8.27

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
158 B
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

8, 15. B. 22

Digitized by Google

VIATOR RELIGIOSVS.

Per Triduanum Perfectionis Iter
Veſtigiis

S. PATRIS IGNATII
FUNDATORIS SOC: IESU,

inter

ASCETICAS ALLOCUTIONES

DEDVCTVS.

A. P. JOANNE KROSNOWSKI,
Eiuſdem Societatis.

ANNO
DEI in terra VIATORIS
1692.

POSNANIÆ, Typis Collegij Soc: IESU.

Digitized by Google

Docebit nos vias ſuas. & ambulabimus in ſemitis eius. Iſaiæ 2.

Arcta via eſt, quæ ducit ad vitam.

Matth: 7.

In præſenti vitâ, quaſi in via ſumus, quâ ad Patriam pergimus:

S. Gregor. Homil: 11. in Evang.

Viator es, illi ſimilis, qui orabat: Greſſus meos dirige: Attende tibi ipſi, ne quá exorbites, ne ad dexteram deflexeris, aut ſiniſtram: progreditor via Regia.

P. Claud. Aquaviva Epiſt: de Renov: Spiritûs.

Digitized by Google

FACULTAS
Superiorum.

CVm Opus, cui Titulus VIATOR RELIGIOSVS, à P. IOANNE KROSNOWSKI, noſtræ Societa: Sacerdote, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe, probaverint: poteſtate mihi factâ ab A. R. Patre Noſtro THYRSO GONZALEZ, præfatæ Societatis Præpoſito Generali: Facultatem concedo, ut Typis mandetur: ſi ijs, ad quos pertinet, ita videbitur. In cujus rei fidem, has ei literas, manu meâ ſubſcriptas, ſigilloque munitas dedi. Cracoviæ, 7. Aprilis, 1691.

IGNATIVS DIERTINS
Viſitator & Præpoſitus V. Provincialis Societatis IESV per Poloniam.

APPROBATIO.

VIatorem Religioſum, per Triduanum Aſceticæ Perfectionis iter, veſtigijs Sanctiſsimi Patris, Ducis & Anteſignani, Divi IGNATII, Protoparentis & Patriarchæ, Magnæ Societatis IESV, inhærentem: ab Admodum Reveren.

Digitized by Google

Reverendo Patre IOANNE KROSNOWSKI, ejuſdem Societatis Theologo, deductum, & ad ultimum beatitudinis, nunquam finiendæ, collimantem terminum, nec jam dies aliquot, ſed annos æternos in mente habentem, prævio jam aliàs examine, & trutinâ ejuſdem Societatis Theologorum, à Reverendiſſimo in Chriſto Patre IGNATIO DIERTINS, Viſitatore, ac Præpoſito V Provinciali, Societatis IESV per Poloniam, edi poſſe in lucem declaratum: ego pariter, tantorum innixus judicio, prelo donandum, ob magnam utilitatem, & profectum in ſpiritu Religioſo, cenſui & judicavi. Die 24. Aprilis, Anno 1691.

STEPHANVS MORESKI, I.V.D.

Canonicus Cathedralis, & Præpoſitus ad S. M. Magdalenam Poſnanienſis, Cenſor Librorum Synodalis per Diœceſim.

AD

Digitized by Google

AD
SANCTUM PATREM
IGNATIUM
FUNDATOREM Societ: JESU.
EXIMIÆ SANCTITATIS, DUCEM INCOMPARABILEM,
PROLOQUIUM.

TAnta ſunt, PATER BEATISSIME, Tua in Genus humanum Beneficia, ut eorum copiâ orbem impleveris: magnitudine verò, ingenij & eloquentiæ vim ſuperaveris. Succumbat neceſſe eſt, omnis intellectûs humani capacitas: quoties Beneficia Tua, non dico, univerſa comprehendere, ſed vel minimam eorum partem nititur computare. Diſperſiſti

 ſti

Digitized by Google

sti PARENS SANCTISSIME, liberales manus Tuas cum Sole. Nam quocunq; Aſtiorum Princeps iſte, lucem diſpenſat: eòdem & Tu, ardentiſsimæ Caritatis Tuæ, flammam invexiſti, ita, ut cœli terræq; immenſa vaſtitas, Tuis ingentibus Beneficijs, affatim repleatur.

Orthodoxæ in primis Fidei, Regnorum limites, ſi accuratiori oculo circumſpicio? effuſus in lætitiam video, inſtauratam Pietatem, auctam Religionem, apertis ubique locorum Gymnaſijs, teneram ætatem, non minùs eruditione, quàm Chriſtianis moribus piè imbutam, inſtructas ſalutari doctrinâ, rudes Animas, invectum frequentandi Divina Sacramenta uſum, ſuccenſum in vulgi affectibus, Pietatis fervorem, excitatum in Cænobijs, fervens Religioſæ Perfectionis ſtudium, promotam in Clero cum Sapientia Virtutem, aptata tam Infulis, quàm Diadematibus, digna Capita. Hæc omnia, & millena alia, Chriſtianus Orbis, IGNATIANÆ Induſtriæ, gratus concedit, nec non Romanæ Sedis teſtantur Oracula,

& de-

& demonſtrat, planè ad oculum, jugis experientia.

Quòd ſi, ultra Eccleſiæ limina, mentem eduxero? occurrunt oculis, veræ fidei lumine deſtitutæ, propè innumeræ Gentes, & Populi: quibus Tu PATER OPTIME Æterni Numinis, notitiam & venerationem, tot Heroum Anteſignanus, Tuæ cohortis, ſub erecto Nominis JESU Vexillo, militantis, operâ, obtuliſti. Superat profectò humanam fidem, & capacitatem, quàm multas animarum myriades, Tuo juſſu, & ſpiritu animati, Heroicæ Virtutis Viri, erebi faucibus ereptas, cœlo inſeruêre, Tota verò illa, è Dæmonum ſervitute, in libertatem Filiorum Dei, aſſerta multitudo, ſuæ felicitatis originem, ex Tuæ Beneficentiæ fonte, profluxiſſe, pleno grati animi teſtimonio confitetur. Agnoſcit, & grata admittit, Dei in terris Eccleſia, tot Gentium Populorumq; cervices, & Regum ſedes ſuperbas, ſibi, per Te, profundè inclinatas. Totum planè Antipodarum Orbem, ſuis affuſum pedibus, ſpectavit non ſemel Roma: & eſt

Digitized by Google

IGNATIANO gratulata operi, quòd Gentes diſperſas collegeris, & populum, poſt quem non eſt alius, ad veritatis agnitionem deduxeris.

Non minùs & illæ, PATER ſalutis Humanæ AMANTISSIME, Tuis ſunt obſtrictæ beneficijs animæ, quas Hæreticæ pravitatis erroribus, in æternæ perditionis confinia abductas, ad Orthodoxæ Fidei, & Salutis Æternæ viam, Tuorum Commilitonum labore, & conatu, oculos, & calculationem ſuperante numero, gregatim adduxiſti. Sentiunt hoc, & veſano agitantur furore, potiſsimùm, impietatis Luteranæ ſyrtis, & Calviniana charybdis, dum IGNATIANO robore & operâ, multam ſibi, quam ſpe devoraverat, animarum prædam, & ſpolia eripi, acerbè dolent, & palam querulantur.

Si verò, in varias terræ Regiones, obiter conjectos oculos, ad immenſa cœleſtis Regni ſpatia, transferre liceat? obtutum quidem illuc, figere, lux inacceſſa vetat, aure tamen propius admotâ: lætus audio, innumera, ex omni Tribu, Lingva, Populo, &

Natio-

Digitized by Google

Natione, Animarum agmina, Tibi PATER BEATISSIME, poſt Salvatoris ſui Gratiam, toto grati cordis jubilo, acclamantia: Feciſti nos Deo noſtro Regnum. Tuo enim ductu, in viam Salutis Æternæ directi, Tuo ſpiritu animati, ad eam, quâ perfruuntur, Beatæ Perennitatis Gloriam, feliciter pervenerunt. Stillarent credo, in guttas, (quemadmodum cera fluit à facie ignis) noſtræ mortales palpebræ, ſi inſigni ſanctitate & glorioſo lumine, conſpicuam cœli Indigetum multitudinem, breviſsimâ ſaltem temporis morâ, noſtri viſûs acie, ſpectare liceret: quo, dum mortales oculi, nequeunt pertingere, voce ſaltem & affectu, liceat exclamare: O cœlum! quot tu IGNATIO debes, ad tui decorem, rationis & Gloriæ lumine, illuſtria Animarum ſidera: certè plura, quàm in ſacris ejus cineribus, fuerint à te, prodigioſè accenſa.

Magna hæc ſunt, Tuorum Beneficiorum PATER BENEFICENTISSIME documenta: quibus immenſa terræ cœliq; ſpatia impleviſti, ſed majori adhuc Dei Gra

)5(tiarum

IGNATIANO gratulata operi, quòd Gentes diſperſas collegeris, & populum, poſt quem non eſt alius, ad veritatis agnitionem deduxeris.

Non minùs & illæ, PATER ſalutis Humanæ AMANTISSIME, Tuis ſunt obſtrictæ beneficijs animæ, quas Hæreticæ pravitatis erroribus, in æternæ perditionis confinia abductas, ad Orthodoxæ Fidei, & Salutis Æternæ viam, Tuorum Commilitonum labore, & conatu, oculos, & calculationem ſuperante numero, gregatim adduxiſti. Sentiunt hoc, & veſano agitantur furore, potiſsimùm, impietatis Luteranæ ſyrtis, & Calvinianæ charybdis, dum IGNATIANO robore & operâ, multam ſibi, quam ſpe devoraverat, animarum prædam, & ſpolia eripi, acerbè dolent, & palam querulantur.

Si verò, in varias terræ Regiones, obiter conjectos oculos, ad immenſa cœleſtis Regni ſpatia, transferre liceat? obtutum quidem illuc, figere, lux inacceſſa vetat, aure tamen propius admotâ: lætus audio, innumera, ex omni Tribu, Lingva, Populo, &

Natio-

Digitized by Google

Natione, Animarum agmina, Tibi PATER BEATISSIME, poſt Salvatoris ſui Gratiam, toto grati cordis jubilo, acclamantia: Feciſti nos Deo noſtro Regnum. Tuo enim ductu, in viam Salutis Æternæ directi, Tuo ſpiritu animati, ad eam, quâ perfruuntur, Beatæ Perennitatis Gloriam, feliciter pervenerunt. Stillarent credo, in guttas, (quemadmodum cera fluit à facie ignis) noſtræ mortales palpebræ, ſi inſigni ſanctitate & glorioſo lumine, conſpicuam cœli Indigetum multitudinem, breviſsimâ ſaltem temporis morâ, noſtri viſûs acie, ſpectare liceret: quo, dum mortales oculi, nequeunt pertingere, voce ſaltem & affectu, liceat exclamare: O cœlum! quot tu IGNATIO debes, ad tui decorem, rationis & Gloriæ lumine, illuſtria Animarum ſidera: certè plura, quàm in ſacris ejus cineribus, fuerint à te, prodigioſè accenſa.

Magna hæc ſunt, Tuorum Beneficiorum PATER BENEFICENTISSIME documenta: quibus immenſa terræ cœliq; ſpatia impleviſti, ſed majori adhuc Dei Gra

Digitized by Google

tiarum numero, & multitudine, nos Tui ſequaces Filij, Tuo Beneficio repleti abundè fruimur. Tui hæc eſt, maximè prodigioſi operis, in qua degimus Societas, Tui ſpiritûs Proles, Tuæ curæ Alumna, quam mente, Divinis luminibus illuſtrata conceptam, manantibus ubertim è pietatis ſenſu lacrymis, tanquam primævo ſanguine concretam hauſtâ Divinitus Doctrinâ, nutritam, orbi edidiſti, & in eam amplitudinem, ingentibus ſuppetijs provexiſti: quâ nunc, ad Tui ſolatium, & Orbis ſubſidium præeminet. Quidquid illa, vel eſt, vel agit, Tuis Sanctiſſimis Inſtitutis, Tuis efficacibus exemplis, Tuis cœlo propitio favoribus, acceptum refert. Ille ipſe Aureus Exercitiorũ Libellus, grande Magni Patris depoſitum, ac Pignus Æternum Filiis relictum, quid aliud dici meruit? niſi Tuorum in nos Beneficiorum, fons & ſcaturigo perennis; unde innumera eximiæ ſanctitatis, continuò haurire licet documenta: ſeu ad emundandos conſcientiæ nævos, ſeu ad coercendos rebelles animi motus, ſeu ad illuſtrandas lumine, & inflammandas

mandas igne cœleſti mentes opportuna. Ex eo, omnimodæ Pietatis compendio, diſcimus, quantum ſit virtutis pretium? quæ ejus nobis comparandæ obligatio? quibus adminiculis, ad ſummum ejus apicem, ſit eluctandum? quo indicio, vera & fucata, ſit Pietas diſcernenda?

Jam de Sanctiſsimis Legibus, quas Societatis moli, tanquam baſes firmiſsimas ſubſtruxiſti, quid loquar? Certè earum Perfectionem, Sublimitatem, Prudentiam, me tacente, copioſè deprædicant, illæ Igneæ Spiritûs Sancti Lingvæ; quibus inaudito poſt Apoſtolorum tempora prodigio, Tibi Conſtitutiones noſtras ſcribenti, ipſe Deus loquebatur Sed me talia, pluribus recenſere cupientem, verba cum viribus deficiunt. Illa, illa, abſcondita cordium, illuminans. Extremi Iudicij Dies, omnibus palàm faciet, quam ſublimem, & admirandam ſanctimoniam, Tuorum plurimi filiorum, tint con ſecuti, viam mandatorum Dei (prælucentibus Legibus ſuis) decurrentes. Fervet etiamnum, eorum charitate terra, ardet Amore

Digitized by Google

more cælum. Unde tanta eſt, Tuæ erga nos Beneficentiæ, animo præconcepta æſtimatio, quantam, plane è Voto omnium, grato animo expreſsit, & calamo exaravit, Tuorum Scriptor accuratus geſtorum, & à primis poſt pueritiam annis, in Religioſæ Pietatis Palæſtra Alumnus, Petrus Ribadeneira: qui ſua tantùm, à Te percepta Beneficia, diligentiùs contemplatus, eam erga Te grati animi, ſcripto reliquit conteſtationem:
,, Quantopere (inquit ille) Divinæ Bonita-
,, ti obſtrictus ſim, quod me à mundi ab-
,, ſtractum periculis, in Sanctam Domum
,, ſuam admiſerit. Poſt Deum, primam o-
,, bligationis partem, debeo S. IGNATIO,
,, qui mihi adfuit, & veluti manu, in hunc
,, glorioſum receſſum duxit; & tanti facio
,, hujus beneficij magnitudinem; ut nun-
,, quam futurus ſim ingratus; optaremq; ex
,, animo, occaſionem mihi offerri, ut in teſti-
,, ficationem amoris in illum mei, membra-
,, tim in fruſta, diſſecarer, quod minimè
,, detrectarem Ad cumulum meæ felici-
,, tatis, hoc unicum requirebatur, ut ab ipſo

ſtatim

Digitized by Google

, ſtatim vitæ exordio, ejus Ordinem ingre-
, derer: quod ſi mihi contigiſſet, feliciorem
, me crederem, omnibus totius Vniverſi cre-
aturis. Hæc eſt Pii huius Viri, in Te PA-
TER BENEFICENTISSI-
ME grati animi germana teſtificatio,
quam non in unius Petri pectore, ſed in
tot aliorum cordibus, gratificè inſcriptam
legeremus, ſi oculorum acies, eò uſq; poſſet
pertingere.

Sed ſileo aliorum, Tibi PATER O-
PTIME, meliùs utiq; cognita, ferventis er-
a Te amoris, & grati animi Sociorum, infi-
ita prope documenta. Ego omnium po-
remus, & indigniſsimus, Beneficiis qui-
em Tuis, ſupra modum oneratus, ſed non
inùs, delictis quoq; meis aggravatus, ad
ternos pedes Tuos, pronus arrepo, & ni-
ab iiſdem, degenerem repuleris, Orbe co-
n toto, profiteri audeo: Quàm magna
it mihi IGNATIVS, Quidquid enim
t DEVM, Deiq; Matrem, ſperare à
ovis potui, à Te PATER mi: accepi.
cedit totas, non ſermonis tantùm, ſed

)?(cogita-

cogitationis quoq; meæ vires, Tuorum in me Beneficiorum multitudo: ita vt ſtellas cæli, aut arenam maris, promptiùs mihi ſit computare, quàm Tuarum in me Gratiarum, copiam, ad calculum reuocare. Tu ipſe noſti, quantùm roris benefici, in hoc ſterile ſolum effuderis: ſed neq; hoc, Te latere poteſt, quòd nullam adhuc grati animi ſementem, inde collegeris. Terra hactenus fui, delictorum ſpinas & tribulos, non virtutum Roſas germinans: quibus Te, Perennem Munificentiæ Fontem, coronarem. Sed, & hos ipſos ſentes, ſacris Tuis manibus committo euellendos. Et delicta quidem mea, in Diuinæ Miſerationis, & Paternæ Pietatis Tuæ abyſſo, dolenter repono. In Perenne verò, meæ erga Te obligationis monumentum, impenſum libello huic, vilem, & exiguum laborem, Tui Nominis Honori, cupio eſſe conſecratum, atq; vectigalem. Niſi, quòd hoc ipſum, obligationis meæ Tributum, Tui muneris, non mei laboris, opus ſit: ſiquidem eum, quem in lucem produco Viatorem, Tuis direxiſti doctrinis

ctrinis, refeciſti alimentis, roboraſti ſubſidiis & à Te vbiq; ſignanter impreſsis deduxiſti veſtigijs. Unde, nihil planè Tibi offerre, niſi Tuum, poſſum: ſed hoc ipſo titulo, ſpero gratiùs à Te acceptandum: quia quod præſento, Tuum eſt.

Mihi ſola faciei confuſio reſtat: quòd Tuis Præceptionibus, & Exemplis tritum Religioſæ Perfectionis Iter, cæcutientibus oculis, obiter inſpectum, alijs monſtrare, ipſe verò, ne primum quidem in eo pedem ponere, voluerim. Similis factus illis viarum directoribus, qui poſtquam, multâ verborum copiâ, iter, Viatorem edocuerint, ipſi in ſuis Laribus hærent & deliteſcunt. Nam ego quoq; rectam juſtorum viam demonſtro, compediosas Perfectionis ſemitas edoceo, iter, Sanctorum pietate tritum, oſtendo, ad Salvatoris noſtri, Sanctiq; Patris mei, inſiſtendum veſtigijs, vehementiùs cohortor, cœleſtis præmij illicijs invito, horrendis crebi ſupplicijs impello: ipſe verò, in veterno delictorum meorum, longo ſopitus tepore,

ſter-

ſterto: ita ut me, ex eo cætu hominum eſſe, fateri debeam: qui, dicunt, & non faciunt. Proinde quod Apoſtolus verebatur, mihi veriùs timendum eſt: ne cùm alijs prædicavero, ipſe reprobus efficiar: Quod ne mihi, in extremo tandem, provectæ jam ætatis meæ agone, eveniat, totus exhorreſco. Ut tamen ab ea, quam opto, ſalutis meta, finaliter, miſer viator, non aberrem, ſubmiſſo affectu, ad Tuos PATER BENIGNISSIME provolutus pedes, exoro ſuppliciter: ut reliquum, quod exiguum reſtat, vitæ ſpatium, Tuo Ductu & Patrocinio protectus, proſperè conficiam. Ita precor, & ſupplico, qui non ſum dignus vocari

Filius Tuus.

Viam

Digitized by Google

A. M. D. G.

Viam trium dierum ibimus.
Exodi 3.

ALLOCUTIO PRÆLIMINARIS.
Ad Patres, & Fratres Societatis IESV.

QVibus olim verbis, Dux Gentis Hebreæ Moyſes, Dei Populum, ad iter ex Ægypto, in Terram promiſſionis, alacriter capeſſendum, & conſtanter continuandum, animabat; dum diceret: *Viam trium dierum ibimus*: iiſdem à Duce, & Anteſignano noſtro, S. Patre IGNATIO, ad arreptum Perfectionis curſum, nos eſſe animatos exiſtimemus RR. Patres, & CC. Fratres. Vt enim longam nimis, in noſtrâ imaginatione, Religioſæ Perfectionis viam; facilem & compendioſam, B. Pater, nobis persvadeat, intrepidè & ille ait: *Viam trium dierum ibimus.* Et verò, quid diuturnioris moleſtiæ, i-

Iter Perfectionis triduanum.

Breve & facile.

iter hoc (quod Deo Auſpice ſumus ingreſſi) habere poterit? trium duntaxat dierum ſpatio; circumſcriptum. Et fuerit ſanè arcta, & ardua via, quæ ducit ad vitam beatam; omnis tamen ea (quam in ſe continet) difficultas, exiguâ circumſcripti temporis brevitate, facilè lenietur. Sed enim, dum ita ſanctitati gratificor, vereor, ne veritati fiam injurius. Forte enim difficilè intellectu, non nemini videbitur: quâ ratione, ſine præjudicio veritatis, Dux in primis populi Iſraelitici Moyſes, longum illud, ad quadraginta uſq; annos, ex Ægypto, in Palæſtinam productum iter, ad compendium trium dierum redegit? Deinde, quomodo & noſtræ Perfectionis via, quam etiam ultra quadraginta annos, plures protraximus, aut protracturi ſumus, ſine injuria veritatis, ad trium dierum anguſtias, compingi poterit? Sed ecce, jam me ego veritati explico. Si literali verborum ſenſui, inſiſtere cogor: equidem non diffiteor, & Iſraeliticum ex Ægypto in Palæſtinam iter, ad quadraginta annos productum fuiſſe, & noſtræ Perfectionis viam, non trium dierum brevitate finiendam, ſed ad extremum uſq; vitæ mortalis terminum, eſſe protrahendam. Cæterùm ſi me, ad moralem, aut etiam myſticum, verborum Moyſis ſenſum reflexero, facilè ad horum trium itineris noſtri dierum, notitiam pervenio. Et de Moyſe quidem, viderint ſermonum ejus Interpretes: quô ille ſenſu & myſterio, ſuum quadraginta annorum iter, *Trium dierum viam*, appellavit? nam ea explanare, non eſt hujus loci. Quod ad noſtræ Perfectionis curſum attinet: non

Hebræorum & Perfectorum quomodo triduanũ iter?

ex Aſtro-

ſtrorum motu, Planetarumq; obſervatione, ſed ex
nte & ſenſu; Aſceticæ Aſtronomiæ, Peritorum, Tres
Perfectioni noſtræ deſtinati dies, erunt definiendi.
; inprimis, ſi præcipui, hujus viæ Ducis, S. Parentis
ri IGNATII ſenſum, & mentem (ut debeo) ſequar:
riam facilè; totum Perfectionis Agonem, trifariam
o eſſe diviſum. Et primam quidem, itineris noſtri
em, viam Purgativam, alteram Illuminativam, ter-
Vnitivam, appellaſſe. Quod alios quoq; viæ ſpi-
lis Duces factitaſſe novimus: nemo tamen, non meo
um, ſed orbis Aſcetici judicio, iter iſtud, tripliciter
um, B. Patre noſtro melius, perfectiùſq; deſcripſit,
rdinavit:

S. P. Ignatius, Perfectionis viam, in tres diſtinxit partes.

Porrò, ut in pleriſq; Orientalibus præſertim Regio-
s, vias, & itinera, non leucis, & milliaribus, ſed die-
iſtingui, ac menſurari, mos eſt: unde ibi, viæ di-
iam inquirentibus: unius, aut plurium dierum, iter
reſpondetur. Simili ratione, noſtrum quoq; Perfe-
is iter, in tres dimenſum dies habemus: quarum
a adhuc caliginoſa, nos per viam Purgativam, ad
s, & animi munditiem, laborioſè eluctantes dedu-
Altera, jam magis cœleſti luce temperata, quâ per
Illuminativam, gratâ virtutum ſemitâ, pergimus.
ia, æſtu amoris Dei fervida, quâ per viam Vniti-
Deo noſtro jungimur, in ejuſq; perfectiones, quo-
modo transformamur.

Tres Perfectionis dies.

Hæc eſt iſta cæleſtis via, non ſectis lapidibus, Ro-
orum more diſtincta, ſed marmore firmioribus, Ser-

Via Cæleſtis. Chriſti D. & SS. exemplis trita.

Digitized by Google

vatoris mundi exemplis conſignata: Patrum noſtrorum, ad ſummum ſanctitatis bravium, ſtrenuè contendentium veſtigijs trita. Quid enim aliud toto mortalis vitæ ſuæ curſu, Salvator noſter fecit? niſi viam, quæ ducit ad vitam, & verbis docuit, & exemplis monſtravit. Sed parum erat, ſalutis noſtræ Authori, cœleſte iter, virtutum ſuarum triviſſe veſtigijs, niſi viros etiam ſanctitate conſpicuos, & viam perfectæ ſanctitatis doctos, providiſſet: qui cæteris, viæ hujus ignaris, ſalutis æternæ iter monſtrarent, & veluti manu ducerent. Talis erat præ multis aliis, Dux & Anteſignanus noſter B. Pater IGNATIVS: qui admirabili Divini luminis illapſu, rectam & mirè compendioſam, conſummatæ ſanctitatis viam, & ipſe heroicis virtutum paſſibus confecit, & nobis ſequacibus ſuis, prava in directa, & aſpera in vias planas, reddidit: ita ut non ſit neceſſe, viæ hujus, ſeu aſperitatem horrere, ſeu prolixitatem, cum metu imaginari: quam ille non facilem tantùm, ſed brevem etiam & compendioſam fecit. Et aſperitatem quidem, Divinæ Gratiæ lenivit ſuavitate: extenſionem verò, ad breve (ut dixi) redegit compendium. Hâc via, quotquot in Religione noſtra, ſanctitate perfecti, numero propè infiniti, fuêre viri, ad beatam in cœlo vitam, feliciter tranſierunt: quorum ſi glorioſis veſtigiis, prompto, & alacri animo inſiſtere voluerimus: aderit cum ſuppetiis B. Parens, Ductorq; noſter, qui nihil à nobis ardentiùs deſiderat, quàm ut iſtud, à ſe deſcriptum, & heroicis virtutum paſſibus monſtratum iter, magno animo decurramus.

Deſiderium S. P. Ignatij.

Digitized by Google

mus. Exigit hoc à nobis, vocationis noſtræ debitum, & propoſiti in meta, præmij fructus. Benè enim Triduanum iſtud Religioſæ Perfectionis noſtræ iter, illud, Salvatorem ſuum ſequentis turbæ, Triduum adumbrat: de quo Æterna Veritas, Mar: 8. ait: *Miſereor ſuper turbam, quia Triduo ſuſtinent me.* Veluti enim, avidus ille, Divini verbi populus, ab ore cæleſtis Doctoris ſui pendens, objectum Divinæ miſerationis extitit: ita Religioſæ, Servatoris ſui ſequaces animæ, dum eum, toto perfectionis ſuæ Triduo ſuſtinent, Divina ejus plena miſerationis viſcera, erga ſe movent, & experiuntur. Ne verò deficiant in via, cæleſtis ejus doctrinæ, pane reficiuntur. Experimur profectò & nos in hoc arreptæ Perfectionis, quod agimus Triduo, ſimilem Divinæ Miſerationis liberalitatem, quæ ſatis copioſum, peregrinationi noſtræ, providit ſpiritualis alimoniæ commeatum. Quid enim ſunt in Religione noſtræ, ad integræ extenſionem horæ initio cujuſlibet diei, uſitatæ rerum Divinarum meditationes, frequens Sacramentorum uſus, referti ſpirituali doctrina Libri, ſæpius ex præſcripto revoluti, plena ſpiritûs alloquia, & domeſticæ ad fervorem adhortationes? niſi corroborandis, in hoc itineris paſſu, animi viribus, proviſa affatim cibaria: quibus copioſè refecti, facilè ad deſtinatum nobis ſcopum & bravium, alacres & indefeſſi curramus. Dicat ſanè, prodigus ille Adoleſcens in Regionem longinquam progreſſus: *Ego hìc fame pereo.* Nobis in ſimiles queſtus minimè prorumpere licet: qui in domo Patris noſtri, abundamus panibus, & ſpiritualis alimoniæ cibo, ad vitam corroboramur æternam. Equi-

Divinam conſequuntur miſericordiam, qui Chriſtum triduo ſuſtinent.

Magna in Societate, ſpiritualis alimoniæ copia.

Equidem ego fateor ingenuè, nulla me hic, de novo inventa; ad iter iſtud faciliùs conficiendum, afferre adjumenta: ſed pridem, à S. Patre IGNATIO tradita, aliiſq; claris ſanctitate Patribus noſtris, uſurpata ſvadere documenta. Scio me, & illud non latere, quantis librorum voluminibus Aſceticâ pietate, & eruditione Societatis noſtræ, inſignes viri, triplex iſtud Religioſæ Perfectionis iter, graphicè deſcripſerunt, ita ut præclaris eorum ſcriptis, nulla ingenij ſagacitas addere, quidquam poſſit. Proinde viam, tot documentorum doctrinis demonſtratam, & heroicarum virtutum exemplis tritam, non doceo, non demonſtro: ſed ad alacriter in eundam, Aſceticis Allocutionibus invito, & cohortor, ut hac ſaltem ratione, meos in hoc paſſu errores, & langventis animi defectus, aliorum compenſem excitatione. Servient hæc ſpero, non quotidiano tantùm noſtris legibus præſcripto, libri ſpiritualis uſui: ſed annuo etiam Collectionum ſeceſſui, in quo, dum iſtud triplicis viæ ſpatium, quotannis decurrimus, non oberit hæc, illi potiſſimum tempori, accommodata inſpicere. Porrò, quia atteſtante Evangelio, duodecim ſunt horæ diei, totidem quælibet Dies noſtra, horarum numero reſpondentes, continebit Aſceticas Allocutiones.

Copioſa Scriptorum Societatis doctrina de Perfectione.

Hnic Authoris Cohortatio ad Perfectionem.

Duodecim horæ diei.

Tu, qui itineris noſtri Auctor es, & meta Deus: *Vias tuas demonſtra nobis, & ſemitas tuas edoce nos:* auge vires & animum, ut non tantùm viam mandatorum tuorum curramus, ſed arctioribus etiam, Conſiliorum ſemitis prompti ambulemus.

DIES

DIES PRIMA.

Viæ Purgativæ.

Aſceticæ Doctrinæ Magiſtri, viam Purgativam, in eo ſitam eſſe volunt: ut ad ſanctitatem aſpirans anima, non ſolum omnis peccati labe careat, ſed etiam, nihil eorum omittat, quæ ad eluendas, anteactæ vitæ maculas, valent, & conducunt: qualis eſt, in amaritudine animæ, delictorum deteſtatio, & continuus contriti cordis dolor, lacrymarumq; fontes: ut benè Baſilius Seleucenſis ait: *Lacrymis peccatum purgatur, fontibus oculorum extergitur.* Vnde aliqui, candore inſignem Salomonis columbam; lacte lotam, ſymbolum eſſe volunt, animæ, fluentis lacrymarum, candorem nivis æmulatæ. Huc facit aſperior animi, corporiſq; afflictio, & pænalis operæ uſus. Hac ille ratione, emundabat, à contractis delictorum nævis, animam ſuam; qui dicebat: *Scopebam ſpiritum meum,* vel, ut alii *Periphraſtæ* apud Genebrardum legunt: Vaxabam, fatigabam, moleſtia afficiebam, percutiebam carnem & ſpiritum meum. Sed quid ego, unum coronatum Vatem, in rei hujus adduco documentum? cum plurimos præ oculis mentis habeam, qui ad ſuarum emundationem animarum, exquiſitis

Via Purgatiua, conſiſtit in emundatione à peccatis.

Aſperam, exigit corporis afflictionem.

in ſe

in ſe animadvertebant tormentis. Implebant ſolitudines, & eremos, extenuebant corpora jejuniis, vexabant aſperitate ciliciorum, cruentabant flagellorum ictibus. Atq; ut interea, taceam illa patientiæ prodigia, ad ſtuporem orbis, cæli injuriis, expoſitos ſtylitas, prætercam, illa Macariorum, Paphnutiorum, Hilarionum, ſexcentaq; alia Thebaidis, rigida nimis in ſe Aſcetarum nomina: qui omnes puritatis obtinendæ cauſa, atrociter in ſe deſævierunt. S. Patris, & Ductoris noſtri IGNATII, ſupra modum auſtera, ſanctioris vitæ initia, nulla è recordationis noſtræ memoriâ, poterit unquam delere oblivio. Quas ille, in Manreſano receſſu, voluntariæ afflictationis pœnas, ultro non aſſumpſit? quas ærumnas non exhauſit? dum cibo diu abſtinens, aſperâ catena, cilicioq; carnem domans, humi cubans, ferreis ſe flagellis cruentans, longum illud auſterioris vitæ martyrium, protrahebat. ut ſe à contractis, aulicæ, militariſq; vitæ nævis, immunem faceret. Preſſerunt Patris ſui veſtigia, quotquot in Religione ejus fuêre Sancti, perfectiq; viri. Dies me hic, & verba deficerent; ſi ſingulorum in Religione noſtra, ſeriò in Perfectionem incumbentium virorum, ſevera ad ſtuporem, ſuimet affligandi inventa, recenſerem: quæ illi Sanctum ſuum Ductorem ſecuti, ideo toto viæ Purgativæ decurſu, adhibuerunt, ut puritatem corporis & animæ, conſequerentur perfectiſſimam. Sed jam aſperum iter iſtud, alacri ingrediamur paſſu: & attentas dicendis aures, præbeamus.

S. P. Ignatius, quàm aſperam duxerit initio præſertim ſuæ converſionis vitam.

Multi S Patrem, in ejus Religione, vitæ aſperitate, ſunt imitati.

ALLO-

Magna Hominibus Religioſis, Perfectionis incumbit neceſſitas.

Perfectionis Via, non temerè arripienda.

SVſceptum, Perfectionis Religioſæ triduanum iter, priuſquam ineamus, debent prævideri uſitata ad viam præparamenta: quorum primum cogitanti mihi, illud in mentem occurrit, ut cauſam & neceſſitatem, arripiendi ejuſmodi itineris, perſpectam habeamus. Nemo enim ſanæ mentis viator, annexas cuivis itineri moleſtias, ultro arripit, niſi utilitate, aut etiam neceſſitate, urgeatur. Nam ſi quiſpiam citra omnem neceſſitatis, aut ſaltem utilitatis ſtimulum, relictâ domeſticæ habitationis commoditate, moleſto ſe, & tot incommoditatibus obnoxio committat itineri, frigidi, aut æſtuantis cœli injurias patiatur, fame & ſiti preſſus langveat, viribus cadat, curſum tamen intendat: quis non ejuſmodi viatorem, motæ mentis hominem, advertat? qui nulla juſtâ ratione motus, tantùm ſoliti itinerantibus laboris ſubeat. Iam ſi viæ commodum invitat, aut neceſſitas urget, non ſolùm pruden ter ſuſcipitur; ſed etiam alacriter decurritur iter. Pari ratione, & nos Religioſi viatores, tum demum lauda-

laudabiliter & feſtinanter, iter noſtrum arripiemus, ſi eundi, & properandi, neceſſitatem agnoverimus: quam ego, ipſam Religioſæ Perfectionis noſtræ obligationem, inprimis adverto, & accuratiùs conſiderandam propono.

Ad Perfectionem, magna Religioſorum obligatio.

Multa ſunt, eaq; ponderoſa rationum momenta, quæ ad Religioſæ Perfectionis conſecutionem, ſeriò nos obligari evincunt: Quarum prima, ex ſacrâ omni fide & authoritate dignâ ſcripturâ, ſit deſumpta: Dives ille & famoſus in Evangelica narratione Adoleſcens, incertus animi, quâ viâ & ratione, ſuæ proſpiceret ſaluti, Æternam in carne Sapientiam conſulturus adit, & ait: Lucæ 18. *Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?* cui cùm exactam mandatorum Dei obſervationem, huic intento neceſſariam, Divina Veritas reſpondiſſet: repoſuit ille, ſe inviolatè hæc omnia à juventute ſervaſſe: elicuit ea ingenui Adoleſcentis innocentia, pium erga ſe, Salvatoris affectum, ut ei, non jam communem fidelibus, ſalutis viam, ſed compendioſum magìs ad cælum, Perfectionis iter, oſtendere dignaretur, dicens, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me*: quod Divinum conſilium manifeſtè declarat, quia non alio fine ad contemnendas mundi opes, & ſectanda virtutum Salvatoris ſui veſtigia, hic Adoleſcens inducebatur, niſi ut Perfectionem, hoc eſt, efficaciſſimum, æternæ ſalutis medium,

Evangelici Adoleſcentis, perfectionis deſiderium.

Compendioſum ei monſtratur Perfectionis iter.

um,

, conſequeretur: cui tamen perſuaſioni, mini- eſt ille obſecutus. Quod Adoleſcentis, Divino ſilio non acquieſcentis, factum, criſimne, ſeveræ rehenſionis? an laudis encomium magis me- ur? problema mihi incertumq; eſt. Dum tamen profundiùs rimor, à laude quidem abſtineo, ſed vituperare audeo. Eſto enim juvenili ætati in- temeritas, omni culpâ non vacet, quod ſano tili Æternæ Sapientiæ conſilio, irretitus, mundi tate adoleſcens, non acquieverit, quia tamen iod ſvadebatur, conſilium non præceptum fue- alterutrum eligendi, in ſua poteſtate habebat, ertim, quod ſi eâ qua cæperat innocentiæ viâ, perrexiſſet, ſalutem æternam, etiam inter di- rum affluentiam, utique conſequi potuiſſet. endum cœlitibus prodigium futurus, ſi came- ɔer foramen acus tranſijſſet. Iam verò ſi ſpre- iundi opibus, pauper & egenus vixiſſet, ſuique iliarij, & Ductoris veſtigiis ſegniter inſtitiſſet, id eam perfectionem, cujus conſequendæ gra- ad opes contemnendas invitabatur, perveniſ- pœnam utique & ſupplicium, non vitæ æternæ nium meruiſſet, nec aptus Regno Dei fieret: niſsâ ad aratrum manu, retro reſpexiſſet. E- cin ego divinare nequeo, utrum iſte nimiùm do adhæreſcens proſelytus Chriſti, vitam æter ſit defacto conſecutus, minimè tamen dubito ri potuiſſe, cùm non neſciam Abrahamos, Io-

Dubium; criſimne an laudi meruerit, quod Chriſti conſilio non ſit obſecutus.

Etiam in vita ſeculari, homines inveniuntur perfecti.

bos, Euſtachios, Elzearios: cæteraq; divitum nomina, libro, vitæ beatæ, eſſe inſcripta. At ſi iſte de quo agimus, dives cenſu, & opibus Adoleſcens, poſt ſpretas calcataſq; mundi divitias, facti ſui finem, hoc eſt conſummatæ ſanctitatis Perfectionem attingere neglexiſſet, æternæ damnationis barathro hauſtus, vocationis ſuæ fruſtratus fine, pœnam cum Iuda Iſcariote luiſſet: quid enim & huic, quem modo nominavi, Servatoris noſtri ſectatori, mundum reliquiſſe profuit? cui Apoſtolicæ virtutis Perfectionem, hoc eſt profeſſionis ſuæ finem, per neglectum, non contigit attigiſſe.

Religioſi, ſuæ perfectionis neglectores, gravi cũ Iuda Iſcariote ſubjacent pœnæ.

Nec mirum, tàm ſeverè in eos, qui veſtigia Chriſti ſunt ſecuti, ad conſummatæ tamen virtutis Perfectionem, hoc eſt ad genuinum vocationis ſuæ finem, pervenire negligunt, Divinam juſtitiam a-animadvertere, ſiquidem omnis creatura, ut ſuo ad quem condita eſt fini, ſatisfaciat, gravem habet inſitam à naturâ obligationem, idq; ideo: quia to-totum hoc aſpectabile orbis univerſum, ſubitò turbari, & perire oporteret, ſi unaquæq; creaturarum, à ſuo fine deviaret. Quantum putamus per hoc liquidum, inter cœli terræq; terminos, diffuſum ſpatium, confuſionis horroriſq; fieret, ſi lucidiſſimus iſte mundi oculus ſol, eam lucem ex ſe non funderet, ad quam toti univerſo communicandam, conditus eſt: ſtellæ ſi per noctem non lucerent: planetæ in ſuo curſu conſiſterent, & innatâ ſibi vi in ſublunaria

Orbis perturbaretur univerſus, ſi ſingulæ creaturæ ad ſuum non tenderẽt finẽ.

non

Digitized by Google

ı influerent, terra fructus & germina non produ et, ignis non ureret, aqua non humectaret, àër mantibus, ad reſpirium non commodaret. Quis ter, tenebris offuſum ſolem, extinctas ſtellas, im- tos loco planetas cœlo detrudere, terram ſteri- , frigidum ignem, cæteraq; naturæ ſuæ oblita nenta, in nativum ſui nihili chaos, & abyſſum, igere non vellet? tanquam inutiles formas, & fine deſtituta entium monſtra. Quodſi cæteræ ıûs & rationis expertes creaturæ, præter, aut con- finem ſuum ,ad quem ſunt conditæ, aliquid age- t, ordinem univerſi perturbarent, cœlum terræ ıerent, & quod inde ſequitur, Creatoris ſui in- nationem & vindictam, uſq; ad ſui interitum erentur? quantò magis, àd ſectanda Servatoris ri veſtigia, vocati homines Religioſi, non ratio- tantùm uſu præditi, ſed Divinâ etiam luce illu- ati, magis Religioſum Ordinem confunderent, mq; ejus ſtructuram ac ſymmetriam, leges & uta, à fundamentis convellerent ad ruinam: eoq; ı grandem apud Servatorem ſuum, indignatio- & ſupplicij pœnam incurrerent.

Magis Religioſi ſuum perturbarent ordinem, ſi Perfectionem negligerent.

dem planè ſentiunt SS. Patres. Horrendum illud nec tamen à veritate alienum, quod Odo Clu- enſis lib. Coll: 1 ait: *Illos gehenna devorat, qui abitu Religionis negligenter vivunt.* Severius uc Euſebius Emiſſenus homil: 4. de Epiphania itur: *Videte Fratres vocationem veſtram. Ve-*

nire

vire namq; ad eremum, magna perfectio eſt, non perfectè in eremo vivere, ſumma damnatio. Hoc idem magnus Aſceta & clarus Eccleſiæ Doctor S. Hieronymus ſcribit: *Monachum perfectum eſſe nolle, delinquere eſt.* Ex quibus S. Doctoris dictis facilè inferri poteſt, Religioſum conſequendæ Perfectioni minimè deditum, gravi ſupplicio obnoxium eſſe: ſiquidem culpæ, ſemper eſt comes pœna. Ne verò quiſpiam, inter minora culparum errata, Religioſæ Perfectionis neglectum recenſeat, & minorem illis pœnam eſſe debitam velit: obſtant multi ſuâ authoritate, & rationum pondere, graves Theologi, quos Scholaſticos nominamus: qui unanimi conſenſu, Religioſum ſuæ Perfectionis contemptorem, lethalis peccati crimine condemnant: è quorum numero primus primaſq; doctrinæ Theologicæ Princeps S Thomas, Religioſum graviter peccare, ſi nolit Perfectioni incumbere, per expreſſum docet. Idem omninò ſentit, clariſſimum Religionis noſtræ, in Scholis lumen, P Franciſcus Soarez, cæteriq; clari nominis Theologi. Quod ſi dicat aliquis? cadat ſanè hæc Theologorum ſententia, in Religioſos illos, qui ex mente ſuorum Fundatorum, ad obſervanda, minora etiam ſuarum legum ſtatuta, ſub culpâ obligantur mortali: apud quos, ſtatis temporibus, in unum, alterumve verbum, lingvam ſolvere, crimen eſt lethale: at Ordinis noſtri S. Pater, ad implendàs ſui inſtituti leges, ejuſmodi gravioris culpæ terrore,

Non mediocris culpa eſt, Religioſæ Perfectionis neglectus.

Leges Soc: IESU, ad peccatũ mortale non obligant.

rore, nos adigere noluit: quibus filialem, Dei amorem, non ſervilem timorem, cordi eſſe voluit. Ecquid tamen fieri poteſt, ut per liberum à lethali crimine, legum noſtrarum tranſgreſſum, neglecta Perfectionis cura, mortalem in nos culpam inducat? Ivit pridem obviam obiectioni huic, Magnus Religionis noſtræ Theologus P. Thomas Sanchez, qui lib: 6. cap. 4. num. 18. ita in contra ratiocinatur. *Quivis Religioſus tenetur ſub mortali, taliter vivere, ut non ſit graviter Religioni ſuæ pernicioſus, inducendo pravo ſuo exemplo alios, ad relaxandam nimis Regulam, turbando ſuam Religionem. Sed ſi Religioſus nollet ſervare ſilentium, nec cum alijs orare, nec modeſtè incedere, ſi ingrederetur aliena cubicula, & ſimilia Religionis ſtatuta tranſgrederetur, eò quòd ſingula, per ſe, ad culpam non obligant mortalem: abſq; dubio noceret alijs, malo exemplo, perturbaretq; ſuam Religionem. Ergo talis frequens, & habitualis legum noſtrarum tranſgreſſor, graviter delinqueret.* Sed quia in hunc, ratiocinantium Theologorum Palæſtram incidimus, liceat adhuc, in expendendis eorum rationibus, tantiſper immorari. Contendunt aliqui, Religioſum, nullam Perfectionis curam habentem, eſſe mendacij reum, ita & unicuiq; eorum exprobrari poſſit, quod S. Petrus Ananiæ objecit. *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Vnde & S. Hieron. in ſuum Aſcetam, quem ante nominavi Heliodorum ita invehitur.

Grabiter tamen contra eas interdum delinquitur.

Religioſi Perfectionis neglectores, mendaces.

tur.

tur: *Perfectum te fore pollicitus es, perfe*
ſervus Chriſti, nihil præter Chriſtum habet,
quid præter Chriſtum habet, perfectus non e
ſi perfectus non eſt, cùm ſe perfectum forè D
citus ſit? nonne mentitus eſt? os autem quod
tur, occidit animam. Neq; verò S. Doctore
rhetoricè & exaggerativè dixiſſe arbitremur.
qui ad rigidam Theologiæ trutinam ponder
mnia, idem ſentiunt: unum ex illis, ſed max
S. Thomam ſufficiat producere. Qui Reli
mendacem eſſe ait, ſi ab intentione Perf
voluntatem revocet. Conſonat S. Doctori
jam memini, P. Thomas Sanchez, qui Relig
ſuam Perfectionem non intendentem, pecca
taliter aſſerit: quia fruſtra præſefert inten
nem, cum negligat media. Vnde multi ta
ſtem tantummodo Religioſam induti, ſi
res, & hypocritæ, audiunt, imitati Evange
veſte ovium lupos: quod monſtri genus, o
ſuis uſurpaſſe, narrat S. Hieronymus, dum E
Ruſticum ait. *Vidi ego quoſdam, qui poſtquam*
tia verè ſæculo, veſtimentis duntaxat, & vo
feſſione, non rebus, nihil de priſtinâ converſa
immutaſſe. Non minùs graphicè, idem deſc
Bernard: dum epiſt. 198. de quodam ait: *Mo*
habitu mentiens, regularium obſervationum
ptor, frontoſus ad verecundiam, inſenſatus
tum, inflexibilis ad pietatem, ad iram præce

Digitized by Google

dax ad facinus: quo ſimulatæ virtutis portento, nihil Divinæ, ſeu indignationi deteſtabiliùs, ſeu vindictæ atrociùs poteſt contingere. Neq; verò illud obſtat, quod à SS. Patribus, & Theologiæ Doctoribus, ſoli Perfectionis Religioſæ contemptores, ita graviter vapulent: at neglectum quis contemptui aſſociet? immo verò nomine tantùm non re, hæc duo differre plerumq; contingit. Si enim ex bono & Perfectioni addicto Religioſo quæſieris, cur mundi vanitates negligat? reſpondebit utiq;: quod eas contemnat, & quare Religioſæ Perfectionis neglector, contemptum ejus fateri tergiverſatur? cùm ita naturâ comparatum eſt, ut illa negligamus, quæ contemnimus: unde patet Perfectionis neglectum & contemptum, mala eſſe ſynonimia. Neglexiſſe tantùm, obturatâ aure, putabat ſe Rex ille David, internos loquentis ad cor Dei inſtinctus: & tamen Propheta Nathan, arguit eum manifeſti contemptûs, dum in faciem ait: 2. Reg: 12. *Quare contempſiſti verbum Domini?*

Perfectionis neglectus, coincidit cum contemptu.

Quæ cùm ita ſint, nemo noſtrum, ſuæ in profectu Perfectionis deſidiæ, nimis blandiatur, quam à contemptu, raro abeſſe agnovit. Sed abfuerit ſanè, à noſtro tepore contemptus formalis, non tamen deſes in profectu ſpirituali animus, à gravi culpâ & pœnâ abeſſe poterit: ſi intelligat, quod longo uſu edocti, Aſceticæ doctrinæ Magiſtri tradunt, illos, qui multa ad conſecutionem Perfectionis apta me-

Media Perfectionis negligentes, gravi ruinæ patent.

Digitized by Google

dia negligunt, facilè in gravia crimina labi & perire. Quod S. Chryſoſtomus, aureo ore ſuo, hac ſimilitudine elucidat, dum in caput 1. ad Galat. ait: *Vt in corporibus vulnera, quæ negliguntur, febres gignunt, putrefactiones, ac mortem: ita in animis, qui puſilla diſſimulant, majora invitant.* Demus, quòd frequens Religioſæ legis, ac diſciplinæ tranſgreſſio tua, ſit levioris culpæ ac momenti, ingentis tamen rem eſſe diſcriminis, credo fateberis, ſi S. Iſidorum Hiſpalenſem audias, dicentem: *Divino judicio, in peccatum nequiùs labuntur, qui diſtringere ſua facta minora, nolunt.*

Quanta primi Angeli fuerit ſpecies decoris?

Sed res exemplo fiat evidentior: Conijcite unà mecum oculos, in illud inſigne olim cœli decus, & præcipuum Divinæ Creatricis Potentiæ, documentum, primum & principem Angelum, munificentiſſimi erga ſe Dei, multis mirisq; donis copioſiſſimè cumulatum: quem mentis ſuæ oculo intuitus Ezechiel, ita cum ſtupore deſcribit: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientiâ & decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimentum tuum, in medio lapidum ignitorum ambulaſti.* Quibus verbis, multorum Dei donorum, ac perfectionum, numeris omnibus abſoluta congeries deſcribitur, in eum immortalem ſpiritum collata. Sed eccce, dum unus admirabundus, & præ ſtupore extra ſe raptus Propheta, Dei gratiis decorum, muneribus divitem, contemplatur Angelum, jam alter miſera-

Digitized by Google

miſerabilem caſum, ruinamq; ejus deflet Iſaias, dum lacrymabundus ait, cap: 14: *Quomodo cecidiſti Lucifer?* quaſi dicat: Fugit omnem intellectûs mei captum, non aſſequor, non capio, quomodo ille tot tantiſq; Dei donis, inſignis ſpiritus, è ſublimi cœlorum loco, in profundam inferni abyſſum, præceps momento ruerit? Demus & nos operam, ut intelligere poſſimus, ecquid tamen cauſæ fuerit? quòd Angelus ille è ſummo felicitatis loco & ſtatu, ſit ad infimam miſeræ ſortis conditionem, repente detruſus? Suo eum ſuperbo mentis faſtu affectati in cœlo principatûs, à multis condemnari, novi, quod ſe Creatori ſuo æquiparare voluerit, dum diceret: *Ero ſimilis Altiſſimo.* Evangelicus Propheta geſtorum cœleſtium optimè gnarus Ioannes, arma eum rebelli ſpiritu ſumpſiſſe, & bellum, factâ cum alijs conjuratione Conditori ſuo intuliſſe, in ſua Apocalyptica Hiſtoria ſcripto reliquit. Deum cœlo & gloriâ exuere impius præſumpſit? ſed ad eam ipſam conſummati ſceleris impietatem, quâ tandem ratione modoq; pervenit? Frigida, dicerem, Aquilonis temperies, ad quam ſeceſſerat, omnem in eo Dei amorem, & æſtimationem decoxit. At enim ſcimus, multos partiū Aquilonarium Tutelares & Patronos Angelos, ſub hac etiam frigidiore zonâ, Dei amore & æſtimatione fervere. Erit qui eum in Dei laude & cultu intepuiſſe, aut etiam à ſeria Divinæ Perfectionis contemplatione, ſe frequenter ſubtraxiſſe dicat,

Quanta poſt modum ejusdem ruina, & infelicitas!

Cauſa ejus ruinæ.

Digitized by Google

dicat, illudq́; oggerat, quod Iob exaggerans, dicebat: *Vbi eras cùm me laudarent aſtra matutina, & jubilarent omnes Filij Dei?* quaſi dicat: fuit non una temporis, præſertim antelucani mora, quam cum cæteri Angelorum, in Divinis laudibus meditabundi inſumerent, tu cum eis, ferventi non inſtabas orationi. Sed quis eum in quem invehimur ſpiritum, inter aſtra matutina non recenſeat? quem Propheta, & Luciferum nominat, & manè oriri ſolitum teſtatur. Quid ergo eum tamen cœlo detruſit? & ad inferos præcipitavit? Ni fallor! aſſequor ego, & teneo ruinæ ejus, & interitûs cauſam. Viator adhuc Angelus iſte protunc fuerat, currere proinde, non langvere in viâ debebat, ille autem quid dicat? audiamus Sedebo in monte teſtamenti. Nihil adhuc in obſequium Conditoris tui pro vita, & gloria æterna Lucifer egiſti! à primo creationis tuæ termino, ne unum quidem amoris in Deum, aut alterius virtutis heroicæ paſſum feciſti, & jam, quaſi multo labore feſſus, & meritorum copiâ gravis, quietem quæris? itane? necdum benè iter ingreſſo, ſedere placet? Sedit miſer, cum nondum cucurriſſet Lucifer, hinc tota casûs & ruinæ origo.

Deſidia principaliter cœlo eum detruſit.

Quod in cœlo accidit Viatori Angelo, idem in terra mortalibus, in hac Perfectionis via, ſæpè contingere ſolet. Sit Religioſus, plurimis naturæ & gratiæ donis affatim cumulatus, referat vitæ innocentiâ Angelum, ingenij ſubtilitate Cherubinum,

Religioſis tepiditas maximè nocet.

devo-

Digitized by Google

devotionis fervore Seraphinum, ſi tamen Religioſæ Perfectionis media negligat, plùs ſe jam æquo laboraſſe, in animum inducat, ad otium aſpiret, verbo, otioſus ſedeat: gravis eum ruina, & interitus manet: ſenſim ille de ſtudio orationis remittet, horam orationis matutinæ negliget, ut de illo etiam dici poſſit, *Vbi eras cùm me laudarent aſtra matutina?* Ineas, ſi potes, rationem tot horarum, matutinæ meditationi à Religione deſtinatarum, quas otioſus aut ſomnolentus, in vanum abire feciſti. *Radiabant,* Aſtrorum inſtar matutinorum, alij ferventiores Religioſi, in quotidiano orationis uſu, tu ſtertebas deſes: itum eſt in vitia ſenſim graviora, refrixit vocationis amor & æſtimatio, evanuit primævus ille vitæ Religioſæ fervor, vocati in conſortium converſationis ſcandaloſæ, alij: hinc multi primùm ad ſæculi vanitatem lapſi, poſtmodum in æternæ perditionis barathrum præcipites acti. Plena ſunt ejuſmodi Tragædiarum, Annalium noſtrorum volumina, plena, oculis etiam noſtris uſurpata, exempla. Revocemus tantiſper ad noſtræ recordationis memoriam, illos, quibus conviximus, quorum dona & talenta ſuſpeximus: cogitemus deinde, quomodo relapſi ad ſæculum, miſerè perierunt, ita ut eis triſtem illam Hieremiæ nœniam occinere poſſimus. *Qui veſcebantur voluptuose, interierunt in vijs, & qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora,* vel cum Iſaia, unicuiq; eorum indoleamus:

Quomodo

Quomodo cecidiſti Lucifer? Quo tua talenta? quo Dei dona reciderunt? Quodſi cauſam tàm miſerabilis, & frequentis multorum ruinæ inquirimus, non aliam profectò reperiemus, niſi quòd iſti etiam mortales Angeli, non viam mandatorum Dei, & Religioſæ Perfectionis currere, non deſtinatum bravium perſequi, ſed ſedere & feriari, media perfectæ ſanctitatis negligere, elegerint. O miſeram teporis Religioſi ſedem! ex qua multi mortalium detruſi, in abyſſum æternæ perditionis, præcipites ruunt: nec mirum, nam ſi Bernardo credimus. *Non progredi, regredi eſt.* Velut enim ſi quis navim ingreſſus, adverſo flumine ire contendat, ſi vel tantillùm à remigando manum remittat, nec curſum urgeat, illicò violento fluminis impetu raptus, retro labitur, ac ſæpè vorticibus aquarum hauſtus mergitur: ita nos, qui contra violentos vitiorum motus, velut contra torrentem navigamus, niſi omnem conatum & vires ad progreſſum intendamus, retro nos abripi, & perire neceſſe eſt. Cum itaq; tantam Perfectionis Religioſæ conſequendæ neceſſitatem perſpectam habeamus, ut ſine illa, beatæ perennitatis portum ingredi, minimè valeamus, omnem ad currendam viam Perfectionis curam, & animum adijciamus, dicamuſq; Divinâ nos feriò adjuvante gratiâ, verbis & affectu ſanctæ illius in Canticis animæ, cap: 1. *Trahe nos poſt te, curremus:* ſic autem curramus, ut comprehendamus.

In Vita Religioſa non progredi, regredi eſt

ALLO-

ALLOCUTIO II.

Finis Perfectionis Religioſæ, ſolus & unus, Deus eſt.

AD arripiendam Religioſæ Perfectionis viam, quanta neceſſitate impellamur, & ſi jam ex parte cognovimus: adhuc tamen iter iſtud, nobis omnino neceſſarium, ingredi haud poſſumus, niſi finem & terminum, viæ hujus, perſpectum habeamus. Quòd enim plerique hominum, à recta æternæ ſalutis via, longè deflectunt, & graviter errant, ex eo id evenire ſolet: quòd licet uſu rationis ſint præditi, & ſe viatores eſſe meminerint, terminum tamen viæ ſedulò non inquirunt, primaq; finis ac ſalutis ſuæ principia (quantum ex praxi, & actionibus eorum, colligere licet) ignorare videntur. Reperiuntur enim multi, non abſimiles illi, à ſapienti morum inſtructione, & ingenioſis apologorum commentis, celeberrimo fabulatori Æſopo, qui cùm inter eundum, caſu obvium haberet, urbis Prætorem, ab eo, quo iret? interrogatus, curioſæ interrogationi, dignum dedit reſponſum, dicens: neſcire ſe prorſus, quo tenderet: hoc tàm audaci dicto, immo ut videbatur mandacio, Prætor contemni ſe ratus, lictoribus qui pone comitabantur, extemplò imperat, ut homini læſæ ſuæ dignitatis reo, & pervica-

Finis Perfectionis Religioſa pranoſci debet.

Lepidum Æſopi reſponſum.

ci, ma;

ci. manus inijciant, & in carcerem abreptum deducant, dum ille ſic abducitur, ſubitò conſiſtit, & Prætorem affatus, ait: Vide quàm tibi verè rectéque reſponderim, neſcire me quo irem, neq; enim prævideram, me tibi in via occurſurum, multò minùs ſciveram, me hodiè carceri intrudendum. Vado igitur, quò me iturum, prorſus neſcivi. Hoc omnibus illis contingit, qui in vitæ curſu neſciunt, quo vadunt, ſed illud, ſtultis non abſimile, de ſe profitentur. Neſcio quo vado. Nobis, ne ſimilem ignorantiæ noſtræ pœnam incurrere contingat, neceſſe eſt, ut viæ noſtræ finem ac terminum, notum perperſpectumq; habeamus.

Finis noſter, Deus eſt.

Quem ut diu multùmq; inveſtigemus, minimè opus eſt, ſiquidem & fidei noſtræ eruditione, & B. Patris IGNATII magiſterio, edocti ſumus, Finem noſtrum non alium eſſe, niſi ipſum ſummè dignum Conditorem noſtrum, Præpotentemq; Deum. *Creatus eſt homo* (inquit S. Pater, in primo cœleſtis doctrinæ ſuæ fundamento) *ad hunc finem, ut Dominũ Deum ſuum laudet ac revereatur.* Fundatur hæc S Patris doctrina, ſuper illud Spiritûs S. effatum Proverb: 16 dicentis, *Vniverſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* Quanta verò hæc dignitas noſtra! quòd tàm nobilem, & infinitæ dignitatis finem, ipſummet Superdigniſſimum Deum habeamus. In cæteris quidem naturæ dotibus, paulò minùs ab Angelis minuit nos Deus, cæterum ſi finem

Magna dignitas Deum, finem ultimũ habere.

condi-

conditionis noſtræ ſpectamus, etiam immortalibus cœleſtium Principum ſpiritibus, pares nos omnino fecit. Siquidem illi etiam beatarum mentium Throni & Principatus, eundem quem & nos, habent ſuæ creationis finem, immo nec ipſa creaturarum Princeps ac Regina, Dei Mater Beatiſſima, nos finis ſui dignitate ſuperat, cùm & illa, omnium actionum ſuarum, præfixum finem alium non habeat, niſi eundem quem & nos, Deum. Iam ſi cæteræ, uſus rationis expertes creaturæ, in noſtram comparationem veniant: licet enim & illæ, ad eundem, qui Deus eſt, finem, totâ ſuâ eſſentiâ tendant, nos tamen rationis & fidei lumine perfuſi homines, longè nobiliori cognitionis, & amoris tramite, ad eum communem omnibus terminum, pervenire valemus. Sed quid ego creaturas memoro, & in noſtræ felicitatis comparationem adduco? cum & Deus ipſe, dignitate Maximus, ſit ipſemet ſibi finis: ut vel inde, Divinæ nos participes eſſe naturæ, non diffiteamur, quòd eundum noſtri eſſe, & vivere, finem cum Deo Ter Optimo habeamus. Quodſi nos eo dignitatis, finis noſtri ſublimitas evexit, ut non tantùm nobiliſſimis quibuſq; creaturis pares, ſed ipſi etiam Deo ſimiles eſſe videamur, enitendum nobis eſt, ut ad eum, quem viæ noſtræ, Dei bonitas præfixit terminum, totâ mentis affectûſq; noſtri vi, & pernicitate tendamus, neq; unquam, ab ea votorum noſtrorum meta, deflectamus. Deus Bone! quàm

Digitized by Google

Multi ſunt etiam Religioſi, qui Deum ſuum eſſe finem, non conſiderant.

multos reperias, non ſolùm latâ ſæcularis licentiæ via incedentes, ſed arctiorem etiam vitæ Religioſæ ſemitam decurrentes, qui nihil minùs quàm Deum cogitant, immo ab eo vitæ ſuæ termino procul aberrant. Sunt qui alios, à Deo longè diverſos, ſibi præfigunt fines, à Conditoris ſui infinita dignitate, ad miſeram creaturarum utilitatem, mentis ſuæ oculos, animumq; transferunt: dum iſti divitiarum opes, illi voluptatum delicias, alii honorum faſtus, aliaſq; creaturarum illecebras, finem ſuum ultimum eſſe putant. Viderint & Religioſæ mentes, utrùm propriæ æſtimationis ſtudium, commoditatum appetitus, emendicatæ à mundo vanitates, centri, ac finis ultimi, vicem apud eos non abeant? Queritabitur contra eos acerbè, Dei perſonam indutus Propheta Ieremias cap: 2. ita expoſtulans: *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*; quâ ſimilitudinariâ expoſtulatione, id Divina expreſſit querimonia, quòd quemadmodum, vix mentis compos ſitibundus ille judicaretur, qui habito præ oculis limpidiſſimo, & ſiti extinguendæ accommodatiſſimo fonte, illum tamen poſtponeret, & ad turbidam ſtagnantis cœni aquam, ſitim extincturus accurreret: ita planè rationis expertem illum eſſe oportebit, qui relicto pleniſſimo omnium bonorum fonte Deo, cœnoſo creaturarum luto, intendit ſuam explere ſitim. Alia erat mens, deſide-

Varij, varios ſibi fines præfigunt.

Vani ſunt alij, præter Deum fines.

Digitized by Google

deſiderium longè diverſum, Deum ſitientis Auguſtini, dum diceret: *Creaſti nos Deus ad te, & inquietum eſt cor meum, donec perveniat ad te.* Ea enim eſt creaturarum evanida vacuitas, ut humanum nunquam ſatiare queant appetitum: de quibus optimè Regum ſapientiſſimus Salomon pronunciavit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas,* ſeu ut alij legunt: *Nihilum, nihil, & omnia nihil.* & equidem meritò, coronata Salomonis ſapientia, res omnes creatas nihil eſſe dixit, tantam enim res creatæ, ad ſuum Conditorem Deum, proportionem habent, quantam privatio, ad ens poſitivum.

Quomodo Apoſtoli nihil à Chriſto dicuntur petijſſe

Rem expreſſit optimè, major Salomone Æterna in Carne Sapientia, dum ſuis exprobraret diſcipulis Ioan. 16. *Vſq; modo non petiſtis quidquam.* Quæ Divinæ veritatis verba, ſi quæ uſquam alia, ſunt intellectu difficilia, captu noſtro majora. Quis enim novit ſenſum Domini? Ego primus non capio, non aſſequor myſterium: quomodo enim Apoſtoli, à Chriſto Domino, nihil uſq; modo petierunt? qui multoties ſua ante eum vota, preceſque ſupplices, depoſuerunt. Precabantur ſubmiſsè duo Filij Zebedæi, ut unus eorum ad dexteram, & alter ad ſiniſtram ſederent in Regno cœlorum. Intercedebat Petrus pro ſua ſocru, ut à febribus ſolveretur. Rogabant unanimiter omnes, pro filia Mulieris Chananææ, ut dæmonio liberaretur. Eccur tamen non immemor poſtulatorum, quæ falli nequit, Æterna Veritas? ni-

Vana eorum precationes

hil uſq; modo, ſuos petiiſſe Diſcipulos, conſtanter aſſerit? cum tamen, quidam eorum prima in regno honorum ſubſellia, quidam corporis ſanitatem, quidam à dira infernalis genij infeſtatione liberationem, diſertè petijſſent. Sed quod humana capacitas non attingit arcanum, Angelicum S. Thomæ Aquinatis ingenium, ſolvit facile eum difficultatis nodum, dum in cap: 16. Ioannis, ita myſterium exponit. *Vſq; modò non petiſtis quidquam, quoniam in comparatione rei, quam petere debuiſtis, pro nihilo habendum eſt, quod petiiſtis.* Qua verborum explanatione, docet manifeſtè S. Doctor, omnes res creatas, reſpectivè ad Deum, eſſe merum, & inane nihil: ac proinde non mirum, quòd tanta creaturarum farrago, humani cordis capacitatem nequeat implere ſuâ inanitate. Quæ cum ita ſint, quid tandem agimus Perfectionis ſectatores? cur creaturarum mancipia, non ſoli Deo vivimus, eum in omnibus actionibus non quærimus? huc cum totâ mentis & affectûs contentione non tendimus? O quales noſtri hactenus fines! quales præfixiones! quàm miſeræ, temporaneæ, inanes & abſurdæ! Quò noſtra ſtudia ordinata? quò labores directi? quò intentiones deſtinatæ? pudet meminiſſe, tot actiones functioneſq; noſtras, aut ad captandam inanis gloriæ auram directas, aut ad proprij amoris, neſcio quæ commoda, ordinatas. Cum quanta meritorum, præmiorumq; jactura, & pœnali quam meruimus

Creaturæ reſpectu Dei, nihil ſunt.

ruimus, animadverſione, faciliùs eſt cogitatione attingere, quàm verbis exprimere.

Quodſi adhuc, ad hanc ultimi finis noſtri incuriam, non benè coerciti, paſſionum noſtrarum, impetus acceſſerint: aliò nos certè, ab ultimo fine noſtro deferent, & præcipites in ſcopulos creaturarum dabunt. Vir quidam equitandi alioquin gnarus, equum ferocem & indomitum conſcenderat, quem cùm freno coercere, & pro poteſtate regere, ſeu nollet, ſeu non valeret, pernici curſu, per devia abreptus, in præceps ibat, hic ab alio quopiam, quem in ea pernicitate curſûs, obvium habuit, interrogatus: quo, tàm effuſo in curſum paſſu, concitatus pergeret? equum manu demonſtrans, reſpondiſſe fertur: quo huic libitum eſt. Eques iſte, unuſquiſq; noſtrûm eſt, qui ſi impotenti paſſionum motu, veluti mordicus premente frenum equo, abripitur, procul à præfixa ultimi finis meta, in apertum ſalutis æternæ exitium ruet. Nos, ne tam grandè involvat malum, injecto paſſionibus noſtris potenti freno, omni vi, conatu, & actione, in Deum finem noſtrum ultimum, conſtanter tendamus. Præſertim, quòd illius Patris Ductoriſq; filij, & ſectatores ſimus, qui ut ejus Canonizationis proceſſus loquitur: *Omnes ſuas cogitationes & opera, in Deum, tanquam in finem referebat.* cujus glorioſis veſtigiis, niſi degeneres eſſe velimus, ſtrenuè inſiſtamus. Quàm verò ferventes, & ex omni parte

Paſſiones non coercitæ, deviare nos, à fine ultimo faciunt.

Equitis impræcipitium mentis reſponſum.

S. Ignatius omnes ſuas actiones, ad Deum, ſemper dirigebat.

perfe-

perfectæ actiones noſtræ, quibus ad Deum tendimus, debeant eſſe, ex præſtantia ejuſdem ultimi finis noſtri facilè colligere poſſumus. Optimè & rectè philoſophantes aſſerunt, & experimentum docet, media debere eſſe fini proportionata. Cùm ergo finis noſter, qui Deus in ſe Perfectiſſimus eſt, ſit naturâ ſuâ omnis imperfectionis expers, actiones quoq; noſtras, quibus tanquam mediis ad finem perfectiſſimum tendimus, oportet ab omni imperfectione depuratas eſſe: Si finis noſtri, ſymbolicè ſaltem expreſſam volumus noſſe naturam (nam genuinam ejus eſſentiam, oculo corporeo cernere homo viator nequit) *Deus noſter*, (inquit ſacer textus, Deut: 4.) *Ignis conſumens eſt*, ergo ſi eam viæ noſtræ ignitam Divinitatis metam, attingere volumus, ferventes & ipſi, in actionibus noſtris, & igniti, hoc eſt, re magis, quàm nomine, Ignatiani ſimus. Veluti enim obiectum ſpirituale, potentia materialis, ne divinitùs quidem (ut ſpeculativi volunt) attingere poteſt: ita tepidæ actiones noſtræ, ad ferventiſſimum naturâ ſuâ Deum, nunquam pertingent. Præterea, Ens puriſſimum, Deus noſter eſt, nulla proinde humana actio, aliquid imperfectionis admiſtum habens, proportionari poteſt, ad perfectiſſimum viæ vitæq; noſtræ finem.

Media ſint debent reſpondere.

Deus qui Ignis eſt, vult nos ignitos habere ſervos.

Noverat optimè, eam inter finem, & quemlibet actum noſtrum proportionem, cujus modo memini S.Pater noſter. Hic, ut ex geſtis ejus percepimus, cùm

S. Ignatius unum tepidum opus graviter reprehendit

Digitized by Google

cùm in unum è fratribus incidiſſet, qui aliquid operis, remiſſiùs faciebat, interrogat hominem, ecujus gratiâ ageret? quo reſpondente, ſe propter Deum, opus illud facere: tum verò vehementiùs exarſit IGNATIVS, fratremq; affatus dixit: quâ tu fronte & auſu, dicis te opus hoc propter Deum facere, cùm in agendo adeò deſes & remiſſus ſis? ita ſtolidus es, ut tibi perſuadeas, Deum in ſuo eſſe perfectiſſimum, hoc tuo miſero, & tot imperfectionibus referto opere, poſſe unquam delectari? mihi crede, quòd Deus langvidum opus iſtud tuum, non ſolùm aſpernabitur, ſed inſuper horrendum illud anathema ſuum, in te fulminabit: *Maledictus qui opus Dei facit fraudulenter*, vel ut aliqui legunt: *negligenter*. Quæ cum ita ſe habeant, ſi unuſquiſque noſtrûm, ſe ad ſua opera & actiones, cenſorio oculo reflectat, videatq; tot meditationum, vagabundi mente tranſactas horas, cæteroſq. devotionis actus tepidos & negligentes, nec non indignas homine Chriſtiano, magis autem Religioſo, ſacrificiorũ irreverentias, non ſe obſequium Deo præſtitiſſe arbitrabitur, ſed indignationem & vindictam ejus, commeruiſſe fatebitur. Novimus Deum tantam in ſe continere Perfectionem, ut nihil prorſus imperfectionis in eum cadere poſſit, eoq; ipſo Divinum ejus eſſe, deſineret, ſi vel unico imperfectionis nævo afficeretur. Vnde non mirum, quòd perfectiſſima ejus eſſentia, nihil niſi perfectum à nobis re-

Religioſi actiones tepidæ, Deo ſunt indignæ.

quirat

Digitized by Google

Deum æmulari, noſtra Perfectio debet.

quirat, admittatque. Hoc æterna in carne Sapientia attendebat, dum Perfectionem, Deo per omnia ſimilem, à nobis expoſcebat dicens: *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter perfectus eſt.* Matth. 5. Hòc, cœleſti luce illuſtrato, mentis ſuæ oculo perſpiciebat & S. Fundator noſter, dum nos, non ad ſpeciem & oculum Deo ſervire, *ſed in perfectarum ſolidarumq́; virtutum ſtudium, ſeriò incũbere, & nihil perfectionis, quod Divinâ gratiâ conſequi poſſimus, prætermittere,* in ſuis conſtitutionibus volebat.

Actio Perfecta debet eſſe ab omni defectu depurata.

Porrò ut actiones noſtræ, nos ad finem ultimum feliciter ducant, tria illis ex mente Patrum, viæ ſpiritualis peritorum, ineſſe oportebit. Primò, debent eſſe ab omni cujuſvis vitii admiſtione depuratæ: Bonum enim (ut communiter aimus) ex integra cauſa, malum ex ſingulis defectibus. Vnde ſi opus aliquod, etſi ex natura ſua bonum, defectu etiam modico vitiatum fuerit, bonum eſſe deſinet. Res exemplis clarior fiat: ſit Oratio fervens & devota, interdum tamen culpabili mentis evagatione affecta, jam Deo non erit ad guſtum, ſed fiet oranti in peccatum: talis enim computabitur inter illum populum, qui labijs Deum honorat, cor autem ejus longè eſt ab eo. Maceret alius jejunio corpus, ipſam tamen inediam, aliquo complacentiæ alat ſapore, inſulſum & iſte opus, Divino guſtui offert.

Alterum actionum noſtrarum condimentum

eſt,

Digitized by Google

ẽſt, recta intentio: quæ ſi humano reſpectu, aut i-
nanis gloriæ ſtudio, inſperſa fuerit, Deum, ad cu-
ius collimat placitum, non attinget. Siquidem De-
us, odio habet rapinam in holocauſto: quam ille e-
xercet, qui, quod ſoli Deo offerre tenetur, inanis glo-
riæ immolat cupiditati. Hinc clarus ille veterum
Aſcetarum Magiſter Pachomius, cum unum ex ſuis
monachis, quòd brevi temporis intervallo, duas affa-
bré contexuiſſet ſtoreas, ſibi inde nimiùm compla-
cuiſſe, & ab aliis laudari voluiſſe, intelligeret, do-
lenter ingemuit, accitumq; fratrem, ac pro ratione
delicti graviter reprehenſum, juſſit coram toto Mo-
nachorum cætu, altâ voce inclamare, Ah Patres
Fratreſq; mei, per viſcera miſericordis Dei, vos ego
ſupplex rogo, precemini Deum pro me miſero pec-
catore, qui viles duas ex arundine confectas ſtoreas,
pluris feci quàm cœlum, immo quàm ipſum cœli
Conditorem Deum. Neq; hac pudoris confuſione
contentus vir Dei, imperavit eidem, ut illud miſe-
rum opus, quod eum ab ultimi finis metâ abduxe-
rat, omnibus inſpectantibus, foco inijceret.

Recta intentio, ad Actiones requiritur

A S. Pachomio vana gloria factum, graviter punitum.

Tertia actionum noſtrarum, quibus in Deum
tendimus, perfectio eſt, ſi fiant purè propter ſolius
Dei amorem, gloriam, & guſtum, ſine ullo reſpectu,
ſeu ad metum pœnæ, ſeu ad deſiderium retributio-
nis: ita, ut etiamſi nulla eſſet æternorum ſupplicio-
rum pœna, nullum beatæ felicitatis præmium, ta-
men Deo Conditori ſuo, optimè affectus animus,

Propter ſolius Dei amorē, fieri noſtra actiones debent

Digitized by Google

vellet propter ejus amorē & gloriā, multa agere & pati, clametq; ſoli Deo ferventer ſerviendi pio inflammatus deſiderio. Extingve Deus, in totam æternitatem incenſas foci infernalis flammas, combure ære ſolidius cœlum; ego tamen non ſervili formidine pœnæ, non mercenariâ recompenſationis ſpe, ſed ſolâ, infinitæ dignitatis tuæ illectus amplitudine, totum me tuo dedico, & immolo ſervitio. Hoc mente ſuâ continuo voluebat Aureus Doctor S. Chryſoſtomus dum diceret: *Si omninò dignus fueris agere aliquid, quod Deo placeat, & aliam adhuc, præter hoc ipſum, quòd placere meruiſti, mercedem requiris, vere ignoras quantum bonum ſit, placere Deo.* Sed nemo hanc compendioſam, tendendi in Deum, tanquam ultimum finem, triplicem viam meliùs Beato Patre noſtro deſcripſit, qui ita nos, 3 parte Conſtitut: cap. 1 § 26. alloquitur: *Omnes rectam habere intentionem ſtudeant, non ſolùm circa vitæ ſuæ ſtatum, verùm etiam circa res omnes particulares, id ſemper in eis ſincerè, ſpectantes, ut ſerviant & placeant Divinæ Bonitati, propter ſeipsā & propter charitatem, & eximia beneficia, quibus nos prævenit, potiùs quàm ob timorem pœnarum vel ſpem præmiorum, (quamvis hinc etiam juvari debeant) in omnibus quærant Deum.* Quod meritò à nobis S. Pater requirit, nam & ipſe, Deum ſemper & ubiq; modo perfectiſſimo quæſivit, & nos eodem tramite ſuis inhærere veſtigijs deſiderat.

S. Ignatius propter Dei amorē, ōnia à nobis fieri ſolebat, ſemper & ubique

Quod

Quòd ſi quis, de tempore etiam ac loco inquiſierit, ubi? & quando? ab omni imperfectione depuratis actionibus noſtris, tendere in Deum, tanquam finem ultimum, debeamus? ſolvit quæſtionem idem S. Pater, dum ait: *Semper, & in omnibus quærant Deum,* quaſi diceret: nullum nos prætereat tempus, nulla hora, quadrans, momentum, oculi ictus, arteriarum motus, aut quodvis aliud temporis punctum, quô in Deum ferri omittamus: quælibet cogitatio, locutio, actioq; noſtra, non alium præfixum finem habeat, niſi Deum. Et ad talem perfectionem pervenerat Dei gratiâ adjutus, famâ ſanctitatis celebris Pater Nicolaus Lancicius, qui omnes & ſingulos, dum incederet, paſſus, ſingulas dum ſcriberet literas, ſingulos dum legeret apices, actuali intentione offere Deo, immo etiam ſomnians, Dei ſe continuò meminiſſe dicebat; quod & alijs faciendum ſvadebat.

P. Nicolaus Lancicius, omnia ex amore Dei faciebat.

Nobis, ſi eam in Deum tendendi perfectionem, nondum attigiſſe contigit, immo ſi noſtra nos arguit conſcientia, quòd nullius rei, in actionibus noſtris, faciliùs obliviſcamur, quàm Dei, dolenter verbis & affectu, ſimilem temporis jacturam, incuſantis Auguſtini, ingemiſcentes dicamus: *Væ tempori illi, quo te Deus non amavi, quo te ſummum bonum non quæſivi,* aut cum ejuſdem mentis Davide, *Fuerunt mihi lacrymæ, meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, ubi eſt Deus tuus?* Et

Oblivio Dei, fons eſt, noſtrarum imperfectionum.

revera magna hominis præſertim Religioſi infelicitas eſt, ſi eo oblivionis deveniat, ut ei ſæpiùs debeat Deus in memoriam revocari: verùm correcturi errorem, mox cum eodem loquamur. *Adhæreat lingva faucibus meis, ſi non meminero tui.* Eris abhinc meta cordis mei Deus. Ita in finem ac terminum viæ noſtræ intenti, expeditiores jam erimus, ad iter ulterius proſequendum.

ALLOCUTIO III.

Quævis Creatura, homini ad ultimum finem, ductoris inſtar eſt.

PErſpectâ Perfectionis noſtræ, ad quam tendere obligamur, neceſſitate, habitoq; præ oculis, ultimo ejuſdem fine, jam nos nihil moratur, quò minus intentâ proficiſcamur viâ, quam Deo auſpice, dum ingredimur: venit primo ſtatim intuitu, in conſpectum, mira latè patentis campi amænitas, quæ partim in planitiem effuſa, partim in colles & montes erecta, gratam pratorum viriditatem, ſegetum fluctuantes ariſtas, florum flagrantiam & varietatem, frugiferarum arborum proceritatem, ob oculos proponit. Hinc ſinuoſis flexibus oberrant fluvij, & ebulliunt fontes, inde pelagus ſuam diffundit vaſtitatem, pecora campos implent, fovent ſilvæ fe-

Creaturarũ varietas deſcripta.

væ fe-

væ feras, aves varijs depictæ pennis, & ſvavi modulamine gratæ, aures demulcent, cœlum nunc æquabili clementiâ favet, nunc imbribus ſitientem fœcundat humum, ſol veluti mundi oculus, omnia luſtrat, terra aurum, & quidquid eſt pretioſum, recondit, mare gemmas eructat, verbo, quidquid viſui jucundum, guſtui ſvave, cæteriſq; ſenſibus gratum, aut humanæ æſtimationi pretioſum, totum id, incurrit in oculos viatorum. Vnde, ſi quiſpiam ex Arabia deſerta, aut eremo incultâ, vel (quod liceat imaginari) ex altero quopiam vacuo & ſterili mundo, huc adeſſet hoſpes, qui admiratus noſtrum hunc orbem, multiplici varietate venuſtum, elegantiſſimis creaturis ornatum, interrogaretq; aliquem Beatarum mentium Genium: Cui bono tanta creaturarum varietas? ad quid leones, equi, aquilæ, olores, pecudes uſuales, ſilvæ, flumina, flores, metalla, & lumina cœli? diceretürq; illi: Omnia hæc, quæ vides, condita ſunt ſolius hominis gratiâ, ut Deum laudet, eiq; ſerviat, ac tandem æternam conſequatur felicitatem: alias ab eo fatigationes, aut impenſas, Deus non requirit, niſi ut hac rerum aſpectabilium varietate, prout rationis fideiq; dictamen exigit, congruè utatur. Quid putas, novus ille orbis advena diceret? exclamaret haud dubiè, Deus Bone! quantùm ô homo debes Conditori tuo, qui te tot beneficiis prævenit, tantâ rerum affluentiâ locupletavit, quàm carò & multis impenſis, leve, &

Propter hominem, factæ ſunt omnes creaturæ.

Gratus Deo pro beneficijs debet eſſe homo.

tibi

Digitized by Google

tibi honorificum obſequium, emit: quâ ſupplicij & pœnarũ atrocitate dignus eris? ſi per has creaturarum ſemitas, ad Beneficentiſſimum in te Deum, non tendas: aut quod pejus eſt, ab eo te avertas. Exilis eſſet ad tuam ingratitudinem ac malitiam puniendam, quamvis in totam æternitatem ſuccenſus inferni rogus. Quod ergo ille orbis noſtri, imaginarius hoſpes, juſto percitus zelo judicaret, idem & nos, qui tantis fruimur bonis, fateri cogimur. Gravem omninò indignationem, vindictamq; Dei incucurrimus, ſi ex tanta creaturarũ varietate, in Divinæ Sapientiæ, Bonitatis, Omnipotentiæ, aliorumq; Dei Attributorum conſiderationem, non pertingimus. Malè nos Dei vindicta perdet, niſi per rectum, rationiq; ac fidei conſentaneum, rerum creatarum uſum, ad Deum ultimum finem noſtrum pervenerimus. Cæcum enim illum eſſe, & amentem, immo malevolum neceſſe eſt, qui tot creaturis in ſui commodum factis, ad continuam Dei beneficiorum contemplationem non inducitur.

Sed fuerint ſanè, hominum mundi vanitatem ſectantium, & in ipſo creaturarum uſu conquieſcentium, ita obcæcatæ animæ: ut ex earum multiplici commoditate, in ſui Conditoris non aſcendant cognitionem. Obſurdeſcant alij ad ſonoram & concordem rerum, cœlo terraq; contentarum vocem, dicentium: ipſe fecit nos. Certè Religioſæ pietati arctiùs adſtrictæ mentes, apertæ ingratitudinis, gravius

Pietas Religioſa ex creaturarum uſu, mentē ad Deum attollere debet.

gravius crimen incurrerent, ſi ex ea, quam ad uſum habent, rerum creatarum affluentia, ad Deum crebrâ ſuſpiriorum frequentatione, animum non attollerent. Longè aliter, Deo & ſanctimoniæ, devinctæ animæ factitabant: quæ ex ſolo etiam creaturarum intuitu, altiſſimâ mentis ſuæ contemplatione, in perennem Dei beneficiorum memoriam rapiebantur.

Quoties ego, piæ illius animæ, per Cantica Salomonis celebratæ, facta in memoriam revoco, & vocem auſculto, dicentis: *Egrediamur in agrum, commoremur in villis, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica.* Incertus animi hæreo, laude ne magis, an graviori cenſurâ, dignum fuerit hoc ejus deſiderium? Subit inprimis animum cogitare: pertæſam (in qua Deo vacabat,) ſolitudinis, & impatientem ſemoti à conſvetudine hominum ſecretioris loci, hanc animam, ſpatiari per aprica camporum, curſitare per amœnas vinearum ſemitas, deſideraſſe: quaſi ex illorum vagorum, inquietorum, & libertinorum numero eſſet, quibus domus Religioſa carcer, cella ergaſtulum eſt: quibus nihil jucundiùs, quàm clauſtro evolare, domos & plateas circumcurſare, huc illuc diſcurrere, oculos curioſitate, aures rumuſculis, nares odoribus, guſtum ſaporibus paſcere: tædebat & hanc, (ni me mea fallat opinio,) vagabundam animam, diuturnioris ſilentij, non ſapiebat devotio,

Pleriſq; domus Religioſa carcer eſt.

tio, provocabat nauſeam pia lectio, vivebat ... is
vacua conſolationibus, arida & deſolata: u... o-
latiola à rebus creatis quæſitura, dicebat: E... a-
mur in agrum, commoremur in villis, vi... us
ſi floruit vinea. Miſeret me, miſeræ hujus a... e,
ſi creaturarum capta illecebris, à totius feli... is
fonte & authore Deo receſſum cogitabat. ... e-
rùm, conſcientiæ ego mihi duco, bonam ani... n,
mali inſimulare criminis: cogitationi temerè ... i-
canti non aſſentior, innocentem culpâ abſolv... r-
ba, & intentionem, in meliorem partem int... e-
tor. Habebat non dubito in uſu, pia hæc ani... ex
ipſo rerum creatarum intuitu, mentem in D... e-
rigere, cor attollere, affectum elevare. V... &
dicebat: *Egrediamur in agrum, videamus ſi ... it*
vinea, ſi flores fructus parturiunt. quaſi d... et:
non me ſolitudinis tædium, domo expellit, ... o-
blectatio aliqua in campos educit, ſed mira ... tu
rarum varietas & venuſtas, ad contemplat... m
Divinæ Bonitatis invitat. Poſtquam enim ca... rū
amœnitatem, florum pulchritudinem, vin... m
ubertatem, avium ſvaviter modulantium can... o-
culis & auribus percepero, illico extatico q... m
mentis exceſſu, ferar in Deum, dicamq; in ... us
ejus: *Magnus es tu Domine & laudabilis nim... i-*
rabilia opera tua. Ecce tu pulcher es, qui tot ... s-
que creaturis dediſti venuſtates, quis tuas lo... ur
potentias, quis capiet? nedum enumerabit di... s?
... ii

Anima ſancta, ex viſu creaturarum, mentem ad Deum attollit.

qui tot opibus orbem quà latè patet univerſum, & theſauris repleſti abyſſos.

Scimus vilem aſpectu, ſed prodigioſam naturâ, apem, non ex ſvavè olentibus tantùm roſis, violis, liliis, cæteraq; florum fragrantia, ſed ex urticis etiam, & viliori gramine, melleum nectar colligere: ut inde documentum habeamus: nullam tam vilem & abiectam reperiri creaturam, ex cujus conſideratione, pia quævis anima, veluti argumentoſa apis, dulcem cognitionis amoriſq; Dei, non poſſit legere favum. Familiaris hæc erat B. Patri noſtro IGNATIO induſtria, qui ut de eo celebris rerum noſtrarum ſcriptor, Petrus Ribadeneira teſtis oculatus, ſcribit: Vidimus, inquit, frequenter illum, ex tenuiſſimis rebus ad Deum, qui in minimis etiam Maximus eſt, aſcendentem, & ex plantulæ, frondis, fructûs unius aſpectu, & vermiculi alicujus, aut beſtiolæ conſideratione, ſuper cœlos ſe attollentem, & ad ea, quæ à ſenſibus remota ſunt, penetrantem capientemq; è ſingulis utiliſſima documenta, ad totius informationem vitæ. Quod non ſolùm ipſe crebrò & ſuaviter uſurpabat, ſed etiam (ut ait Maffeius) id noſtris hominibus, cupiebat eſſe familiariſſimum: ut è ſingulis rebus, quoad fieri poſſet, Creatoris Sapientiam, Potentiam, Bonitatem agnoſcerent. Faciebat id laudabiliter & ille, quem tanto Patre dignum Filium, Divina Bonitas præparabat, Sanctus noſter Franciſcus Borgia, necdum veſtem religio-

Apis etiam ex urticis mel colligit.

S P. Ignatius, ex cujuſvis creaturæ intuitu, mente ad Deum attollebatur.

 ſam

Digitized by Google

tio, provocabat nauſeam pia lectio, vivebat Divinis vacua conſolationibus, arida & deſolata: unde ſolatiola à rebus creatis quæſitura, dicebat: *Egrediamur in agrum, commoremur in villis, videamus ſi floruit vinea.* Miſeret me, miſeræ hujus animæ, ſi creaturarum capta illecebris, à totius felicitatis fonte & authore Deo receſſum cogitabat. Cæterùm, conſcientiæ ego mihi duco, bonam animam, mali inſimulare criminis: cogitationi temerè judicanti non aſſentior, innocentem culpâ abſolvo, verba, & intentionem, in meliorem partem interpretor. Habebat non dubito in uſu, pia hæc anima, ex ipſo rerum creatarum intuitu, mentem in Deum erigere, cor attollere, affectum elevare. Vnde & dicebat: *Egrediamur in agrum, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt*. quaſi diceret: non me ſolitudinis tædium, domo expellit, non oblectatio aliqua in campos educit, ſed mira creaturarum varietas & venuſtas, ad contemplationem Divinæ Bonitatis invitat. Poſtquam enim camporū amœnitatem, florum pulchritudinem, vinearum ubertatem, avium ſvaviter modulantium cantus, oculis & auribus percepero, illico extatico quodam mentis exceſſu, ferar in Deum, dicamq; in auribus ejus: *Magnus es tu Domine & laudabilis nimis, mirabilia opera tua. Ecce tu pulcher es*, qui tot tantasque creaturis dediſti venuſtates, quis tuas loquetur potentias, quis capiet? nedum enumerabit divitias? qui

Anima ſancta, ex viſu creaturarum, mentem ad Deum attollit.

Digitized by Google

qui tot opibus orbem quà latè patet univerſum, & theſauris repleſti abyſſos.

Scimus vilem aſpectu, ſed prodigioſam naturâ, apem, non ex ſvavè olentibus tantùm roſis, violis, liliis, cæteraq; florum fragrantia, ſed ex urticis etiam, & viliori gramine, melleum nectar colligere: ut inde documentum habeamus: nullam tam vilem & abiectam reperiri creaturam, ex cujus conſideratione, pia quævis anima, veluti argumentoſa apis, dulcem cognitionis amoriſq; Dei, non poſſit legere favum. Familiaris hæc erat B. Patri noſtro IGNATIO induſtria, qui ut de eo celebris rerum noſtrarum ſcriptor, Petrus Ribadeneira teſtis oculatus, ſcribit: Vidimus, inquit, frequenter illum, ex tenuiſſimis rebus ad Deum, qui in minimis etiam Maximus eſt, aſcendentem, & ex plantulæ, frondis, fructûs unius aſpectu, & vermiculi alicujus, aut beſtiolæ conſideratione, ſuper cœlos ſe attollentem, & ad ea, quæ à ſenſibus remota ſunt, penetrantem capientemq; è ſingulis utiliſſima documenta, ad totius informationem vitæ. Quod non ſolùm ipſe crebrò & ſuaviter uſurpabat, ſed etiam (ut ait Maffeius) id noſtris hominibus, cupiebat eſſe familiariſſimum: ut è ſingulis rebus, quoad fieri poſſet, Creatoris Sapientiam, Potentiam, Bonitatem agnoſcerent. Faciebat id laudabiliter & ille, quem tanto Patre dignum Filium, Divina Bonitas præparabat, Sanctus noſter Franciſcus Borgia, necdum veſtem religio-

Apis etiam ex urticis, mel colligit.

S. P. Ignatius, ex cujuſvis creaturæ intuitu, mente ad Deum attollebatur.

Digitized by Google

Idem faciebat Dux Gādia, S. Franciſcus Borgia, in ſuis venationibus.

ſam indutus, Dux adhuc Gandiæ: quem dum inter ſolita, viris Principibus venationis exercitamenta, non modò libertas, quàm ſolitudo per campos afferebat, & libera cœli ſpecies, & ingeſta oculis naturæ pulchritudo, atq; varietas, mirificè excitabant, ad conſideranda cœleſtia & æterna, Authoremque ex operibus cognoſcendum: ſed profitebatur poſtea, ex ipſo venatu, ſalutares animo ſuo cogitationes obortas. Venatio erat, maximè per accipitres, falcones, aquilas, ergò animadvertebat Sapientiam Dei ac Poteſtatem, qui avibus illis, tantùm dederit levitatis ac virium, ut ſublimi volatu, aciem intuentium fugiant, idemq; tantùm homini, in res omnes dominatum, & induſtriæ conceſſerit: ut eaſdem ad ſe vocet, naturali libertate ſpoliet, manſvetas afficiat, ac velut ſatellites ſuos, ad aliarum volucrum capturam emittat. Vnde recordabatur & reputabat, illam, primo homini in omnia animantia, ante peccatum dominationem traditam. Alio tempore in ipſo volucrum certamine, in impetu, & quaſi arte ſequentis prædam, invadentis & conficientis accipitris, rabiem & fraudes cogitabat dæmonum, animas dirè capientium. Sed præcipuè exercebat animum, ad ſanctum quendam ruborem, ſuiq; deſpectum, cogitatione verſans, atq; perpendens, quàm exiguo beneficio, fera volucris naturam mutet, & ad manum aſſveſcat hominis, eidem famuletur, commodoq; & voluptati ſit, quamvis vinciatur

tur

tur ab eo, & oculorum etiam lumine, obiectis integumentis, orbetur. Itaq́, talia ſecum agitans, erubeſcebat abijciebatq́; ſe, quòd manſveti ingenij animal homo, cum nec alas, nec aliam ullam vim habeat, per quam manum ſui Domini effugiat, tamen ſeſe improbâ mente auferat: nec tàm multa beneficia & blandimenta, quæ in eum Divina elargitur manus, cicurando revocandoq́; ei ſint ſatis. Cum verò canem intueretur, quamvis rabidè eſurientem, & altè infixis dentibus, immerſiſq́; faucibus, prædæ devorandæ inhiantem, ad vocem tamen, aut ſibilum Domini, continuò abſterreri, atq; abſiſtere. Enimverò deplorabat pervicaciam mortalium, qui cùm vehementiùs aliquid in appetitum redegerint, nullis Dei vocibus, pollicitationibus, aut minis abſtrahi, avelliq; poſſunt. His ille cogitationibus venationes & aucupia, dum in orationem verteret, nos ſuâ edocuit contemplatione, res omnes creatas, non ſolùm ad agnoſcenda Dei attributa, ſed etiam ad exequenda multa ſanctioris vitæ documenta, plurimum valere.

Mundus instar Bibliotheca eſt.

Vnde meritò aliqui, hunc aſpectabilem mundum, prægrandem volunt eſse Bibliothecam, tot libris, quot creaturis, refertam. arbitranturq́; Deum, rebus creatis homine ignobilioribus, indidiſse quaſdam naturæ dotes, & vitia, quæ ſint veluti probitatis improbitatiſq́; humanæ effigies, & impreſſi characteres, quibus homo, ad omnem vitæ

 melioris

A brutis etiā animantibus, multa homo diſcere poteſt

Formica virtutis magiſtra

melioris honeſtatem, informari queat. Hoc perpendens S. Chryſoſtomus Homil: 8 in Matthæum ore aureo dixit: *Non erubeſcit ſcriptura animal rationis honore donatum, brutorum diſcipulum facere: cùm enim ex ſcripturis diſcere virtutem renuat, neq; Doctoribus aurem accommodet, ad bruta illud ablegat.* Vnde illud Iob 12. *Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cæli & indicabunt tibi, loquere terræ & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris.* Certè S. Gregorius Nanzianzenus, quamvis ad eam doctrinæ & eruditionis laudem perveniſset, ut antonomaſticè Theologus appellaretur, à rebus tamen ſenſûs, & rationis expertibus, ſanctioris vitæ documenta, & praxes ediſcere ſolitus, ſingula quæ videret aut audiret, ad morum informandorum diſciplinam, talis tantuſq; Doctor, convertebat. Immo & ſapientiſſimus mortalium Salomon, cum olim in nullius frugis hominem, otioſum, deſidem, & laboris impatientem incidiſset, non eum ad eruditum Doctorem, aut zeloſum Eccleſiaſtem, ſed ad unius vermiculi ſcholam, & eruditionem remiſit, dum affatus hominem, Prover: 16 moneret: *Vade piger ad formicam, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam, quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, parat in æſtate, cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat:* quaſi deſidiam hominis deteſtatus, diceret: Non te pudet hominem, ratione præditum, deſidem, & inertem

vivere,

Digitized by Google

vivere, & nihil, quò in vitam æternam alaris, providere: cùm vile & minutum animalculum formica, totâ æſtate operoſè laboret: illa ut temporaneam unius hyemis inediam devitet, dies noctesq; labori impendit: tu ut æternam tibi provideas alimoniam, expers omnis laboris, ſegniter vives?

Qualem in formicarum palæſtra, ſapientiam diſcebat Malchus Monachus.

Melius longè in hac formicarum palæſtra, proficiebat ille, ſanctitate & rerum adverſarum, mirâ tolerantiâ clarus Monachus Malchus, qui (ut de eo ſcribit S. Hieronymus) cùm in barbarorum manus incidiſset, ex aſcetico clauſtro, in diram captivitatem abductus, dum illius barbari, in cuius poteſtatem venerat, ex Monacho bubulcus, gregem paſceret, formicarum cumulum intuitus, ita intra ſe aiebat: Aſpicio formicarum gregem, anguſto colle fervere, ferre maiora onera, quàm corpora, aliæ herbarum, quædam ſemina, forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foveis, & aquarum meatus aggeribus excludebant: illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus, horrea in herbam verteret, illata ſemina præcidebant: ſi quam vidiſſent ſub faſce, & onere concidiſse, ſuppoſitis humeris adiuvabant. Quid multa? pulchrum mihi ſpectaculum dies illa præbuit, unde recordatus Salomonis, ad formicarum ſolertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo ſuſcitantis, cæpi tædere captivitatis, & monaſterij cellulas deſiderare, ad formicarum illarum ſimilitudinem, anhelare, ubi labora-

laboratur in medium, cumq; nihil proprium ſit, omnia omnium ſunt. Porrò quales hic, ab aſcetico convictu exul animus, Religioſæ obſervationis, ex fortuito formicarum aſpectu, pias concipiebat flammas: tales animi motus, quævis propoſita oculis noſtris creatura, ciere poteſt.

Sed priuſquam hanc formicarum ſcholam relinquam, libet in digreſſu, ex ſtudioſiſſimo creaturarum diſcipulo, magni in Religione noſtra ſpiritûs Doctorem, cujus proximè mentionem feci, S. Franciſcum Borgiam audire, qui, quantam ab his, etiam minutis animantibus doctrinam hauſerit, teſtatum reliquit, in ſua de medijs conſervandi ſpiritûs epiſtola, ubi ſic ait: *Certe ſi novitius probationis tempore, non imitetur exemplum formicæ, omni ſtudio, æſtate ſibi ad hyemem tranſigendam frumenta congregantis, non parum iactabitur, cùm ingruerit hyems tribulationum, niſi benè munitus, & inſtructus charitatis, obedientiæ, humilitatis ac patientiæ præſidijs, quibus comes ſit, voluntas efficax ſe deſpiciendi, & uſq; ad mortem conſequendi Chriſtum Crucifixum, ad Dei gloriam, & proximorum ſalutem.* Quàm magna, & grandia virtutum documenta, ex puſilli formica decerpſit, docilis, & capax cæleſtis ſapientiæ, hæc Anima!

S Franciſcus Borgia formicas ſuos imitari ſolebat

Ab omnibus creaturis multa diſcere poſſumus

Verùm non minorem formicis, ſuggerunt nobis ſpiritualis intelligentiæ doctrinam, & aliæ, vel unico ſui intuitu, creaturæ. Si unuſquiſq; noſtrum,

defixo

Digitized by Google

defixo in varias creaturarum proprietates oculo, ita ſecum philoſophetur: Ecce expers rationis terra, voluntati Conditoris ſui ad amuſſim obſequitur, dum germinat herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum: Ego autem terra ſterilis, & ſalſuginis plena, profero ſpinas & tribulos. En flumina intrant in mare, & exeunt, revertuntur, ut iterum fluant: ego ſtagnans & putrida vitiorum ſentina, in terræ viſcera influo, & ad immenſum Divinitatis Oceanum, tanquam principium finemq; meum, non recurro. Vrit, ut ejus fert natura, ignis, ego nive & glacie frigidior, vivo: ſi infixos terræ oculos in cælum elevo, adverto ſidera curſum ſuum tenere conſtanter, præeſt & prælucet diei ſol, temperat noctis tenebras luna, hærent, fixæ ſuis ſtellæ locis, & hemicyclis planetæ: ego vagus, & erro, longè à ſemita juſtitiæ deflecto, quod dum cogito, juſto robore ſuffundor. Ita ſi per ſingulas creaturas, tempus nos ire ſineret, multa ſpiritualis doctrinæ & virtutis documenta, ſed non pauciora confuſionis, haberemus incitamenta.

Sed fruſtra ego doctrinæ & confuſionis noſtræ, cauſam inter cæli lumina ſublimè quæro, quid vilius domeſtico animali cane? at iſte etiam noſtram ſæpè confundit ingratitudinem. Herus quidam, canis ſui fidelitatem, amicis demonſtraturus ipſis præſentibus, dirè cæpit canem fuſtibus contundere, ita

Etiam canes, ſalutarem hominibus inſtillant ſapientiam.

re, ita

rè, ita ut oſſa minutim confringeret· atq; eo humi relicto, receſſit. Canis tamen jam ſemimortuus, corporis contuſi ægrè trahens partes, herum crudelem ſequi, ejuſdemq; pedibus affuſus alludere, & blandiri cæpit Ecce canes ob paucula oſſa, quæ ipſis rodenda objicit herus, tàm dira patiuntur, & gratos ſe exhibent Nos quotidianis ijsq; maximis à Deo beneficijs affecti, imò ſangvine filij ejus, ab æterna infelicitate liberati, vix dignamur digito tangere, etiam illa onera, quæ intra fines mediocritatis continentur. Nondum ſuſtinemus graves ictus & lumbifragia, donis potiùs gratijsq; innumeris afficimur, & tamen ingrati, ipſis profectò beſtijs deteriores ſumus. Hæc ſi quis ſecum ſeriò recogitat, habet quod à rebus creatis diſcat, & erubeſcat. Et hoc èſt primum itineris noſtri ſtadium, quo per Creaturas, non ſolùm ad cognitionem, laudem, & reverentiam, earum conditoris Dei, pervenimus: ſed etiam multa ſalutaria documenta, ad vitam rectè religioſèq; inſtituendam, itinerantes colligimus. Vt enim olim Hebræos, nubes interdiu, ignis de nocte, ad terram promiſſionis recto tramite deducebat: ita nos tota creaturarum multitudo, ad Æternæ Beatitudinis Patriam, & ultimam deſideriorum noſtrorum metam Deum, numeroſo agmine ducit & propellit, quibus ſi morem, in ſequendo geramus, felicitatis noſtræ terminum, facilè attingemus.

ALLO-

Digitized by Google

Maxime naturalibus, & ſuper naturalibus Dei donis, incitamur ad finem ultimum.

Viam noſtram ingreſſi, ductu creaturarum, ad præfixam Perfectionis metam, hactenus pergebamus: nunc alijs, & alijs Dei beneficijs, ad proſequendum virtutis iter, ſtrenuè propellimur. Ineſt enim ea, Divinæ in nos munificentiæ vis; ut tardas etiam & ſegnes, in profectu animas, ad curſum excitet & propellat. Veluti enim herus ſua jumenta, eo potiſſimùm fine, liberaliter habet, & alit: ut pares arduo itineri vires aſſumant, & celeriùs currant: Ita liberaliſſimus erga ſuos Deus, apud quem, unuſquisq; noſtrûm, ut jumentum factus eſt: ideo nos plurimis cumulat & largè nutrit donis: ut in via mandatorum, conſiliorumq; ejus, alacres curramus. Quæ Dei beneficia, in nos liberaliter effuſa, cùm omnia, præ eorum copiâ, & magnitudine, recenſere nequeam, aliqua ſaltem, oculis, & conſiderationi ſubijcere, pro virium tenuitate conabor: ut eorum contemplatione excitati, arreptum virtutis iter, alacrius decurramus.

Homo ut iumentum, Dei beneficijs nutritur, ut alacriùs currat.

G Scio

Iacob Patriarcha & Iob, ex diverſis Deo ſerviebant motivis.

Scio equidem, ſervilis animi notam eſſe, beneficiorum intuitu, Deo & virtuti operam navare. Servus planè ſtigmaticus erat, celebris ille, inter veteris teſtamenti Patres, Iacob, dum ita, Gen: 28 cum Deo licitaretur: *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reverſusq; fuero proſperè in domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Excelſioris animi, & magis perfectæ virtutis erat Iob, qui è ſto nihil beneficiorum à Deo percepiſſet, immo quavis ſeverâ, & non parcente manu ejus, continuò ad internecionem uſq; affligeretur, ſe tamen Deo fideliter adhæſurum ſpondebat, dum cap: 31 proteſtaretur: *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo*, quaſi diceret: Non me beneficia, ad ſerviendum Deo excitant, non pœnæ & flagella percellunt, non auri argentiq;, ſed Divinæ dignitatis pretium, me in ejus mancipat obſequium: non emptitius, ſed liber, amore, non commodo ductus, ſervitium præſtabo Deo. Cæterùm quia amoris ductu, non utilitatis illecebrâ, Dei amplecti ſervitutem, genius perfectorum eſt: hoc ad illud tempus, quo viam conſummatæ Perfectionis decurremus, reponendum eſt: nunc quia incipientium iter ingredimur, etiam beneficiorum ſedula conſideratione, ad ſanctioris vitæ curſum, ex mente, viæ hujus peritorum, incitari poſſumus, & ſolemus. Quod ut

Beneficia Dei, magnus ad virtutem incipientium ſtimulus.

tanto fa-

Digitized by Google

tantò facilius præſtemus: jam ego Dei in nos beneficia, & multitudine propè infinita, & magnitudine immenſa, cùm omnia non poſſim, aliqua ſaltem ob oculos pono.

Dona natu-r alia.

Dona, quæ ex Divina percipimus beneficentia, bifariam dividi ſolent. Alia enim ſunt naturalia, alia ſupernaturalia: ex eis, quæ ad ſeriem ordinis naturalis pertinent, occurrunt primò bona corporis, quorum pars potiſſima eſt, membrorum ſenſuumq; integritas ac firma valetudo, hac quicunq; ſe præditum, Dei munere eſſe agnoſcit, non alio fine, eam virium, quâ pollet firmitatem, collatam ſibi eſſe exiſtimet, niſi ut eâ, ad virtutis exercitium, & Divinæ gloriæ augmentum, utatur. Reſtituerat Salvator noſter viſum, homini à nativitate cæco, qui cùm omnia quæ circumſtabant objecta cernere, mirari, ac ſtupere cæpiſſet, ſic eum cæleſtis Medicus affatus, ait: *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare:* quo ſuo Æterna Veritas effato, non ſolùm illum hominem, cui cæcitatis tenebras ab oculis deterſit, ſed omnes nos, doctos eſſe voluit: corporis ſanitatem ſenſuumq; integritatem, non alio nobis fine conferri, niſi ut bona firmaq; valetudo, ſit ſubſidium, rectè virtuoſèq; agendi, non occaſio delinquendi. Vnuſquisq; noſtrûm bonâ pollens valetudine, ſibi quoq; dici exiſtimet: *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare:* hæc qua polles valetudo, non ſit tibi licentioſius agendi anſa, ſed

Sanitas corporis, ſub dium debet eſſe virtutis

Digitized by Google

proficiendi in pietate adjumentum. Quærant ſanè alij, ab infirma quâ conflictantur valetudine, ſuæ imperfectionis patrocinium, dicant: acri dolore gravatum caput, non eſt rerum Divinarum meditationi aptum, totum varijs infirmitatibus afflictū corpus, mortificationis non ſuſtinet moleſtiam. At tu qui bona frueris valetudine, cui caput liberum, vires robuſtæ, quid habes prætenſionis? quòd ita remiſſè Deo tuo ſervias? & in via perfectionis laſſeſcas? Velis, nolis, fateri cogeris, te virium ad Dei obſequium conceſſarum, firmitate abuti, corporis valetudine, viriutem enervare. Quanquam ne illi quidem ipſi, juſtè operam pietati poſſe ſe ſubtrahere putant, qui mala affictantur valetudine, credant Apoſtolo dicenti: *Virtus in infirmitate perficitur*, idemq;, ſuo experimento ita 2 Corin. 12 adſtruenti: *Cum enim infirmor, tunc fortis ſum.* Certè de S. Gregorio Magno, Papa & Eccleſiæ Doctore, memoriâ proditum eſt, illum ſemper infirmâ uſum valetudine, quæ tamen ille fecerit, ſcripſerit & docuerit, orbis ſatis mirari & capere non poteſt. Idem de alio quoq; maximo Eccleſiæ Doctoré S. Hieronymo legimus: qui quanquam variè morbis doloribusq; continuò tentaretur, tamen corporis incommoda, pijs laboribus, & perpetuâ lectione ac ſcriptione ſuperabat. Quid de S. Patre noſtro IGNATIO loquar? ille quoq; continuâ ferè affligebatur infirmitate, ad quantam tamen perfectionis

Etiam infirmitas virtuti famulari debet.

S. Pater Ignatius, in cōtinua corporis infirmitate, multa bona operatus eſt.

ctionis

Digitized by Google

ſtionis ſoliditatem, & ipſe pervenit, & plurimos deduxit, quæ pro Dei gloria, & animarum ſalute geſſit? nemo ſatis cogitare, nedum dicere poteſt: ita in eo infirmitas carnis, vigorem acuebat animi, & membrorum langvor, fervorem augebat mentis. Dixerit ſanè S. Baſilius, cænobium eſſe virtutis ſcholam, morbum, Ambroſius, non minori elogio, virtutum omnium officinam appellavit, quod reputans S. Bernardus, votum illud concepit: *Quis mihi det! non ſolùm infirmari, ſed deficere penitùs à me, ut Domini Virtutum virtute ſtabiliar.* Quæ ideò breviter commemoranda duxi, ut diſcamus ægritudinem, porut loquitur S Pater, *libenter de manu Creatoris, ac Domini noſtri eſſe acceptandam, quandoquidem non minus donum eſt, quàm ſanitas.* Vnde & illam ſvadet indifferantiam, ut animo æquè propenſo, tam ad ſanitatem, quàm ad ægritudinem ſimus. Siquidem utraq; Dei donum eſt, nobis eo fine collatum, ut ſeu integris, ſeu infirmis, totis tamen viribus, in ſtudium ſolidarum virtutum incumbamus.

Morbus virtutis officina.

Sed jam ad animi dotes, inter Dei beneficiorum ſeriem poſitas, tranſeamus: quæ quantò magis, bonis corporis præſtant, tantò fortiùs nos ad curſum, in via virtutis celeriter inſtituendum, excitant, & impellunt. Inter plurima Dei beneficia animæ rationali impertita, duo in præſens (nam omnia quis recenſeat?) præcipua, eaq; ſecum invicem connexa,

Animi dotum efficacia, ad ſanctitatem.

memoro:

memoro: quorum unum innatum, alterum acquiſitum eſt: capacitatem ingenij, doctrinâ & eruditione, tàm ſacrâ, quàm profanâ inſtructam, intelligo. Magnum hoc Dei donum, ingens beneficium eſt, acre ingenium, eruditione perpolitum, hoc ille mortalium ſapientiſſimus Solomon, inter maxima Dei beneficia computabat, quòd & puer ingenioſus eſſet, & ſapientiâ alios antecelleret: nec mirum, quo enim quis, res terra & cælo comprehenſas, perfectiùs intelligit, eò faciliùs cogitatione, & affectu, ferri in earum Conditorem poteſt: quòd cùm, ingenio doctrinis erudito, datum ſit, inter præcipuam humanæ ſortis felicitatem id reputari debet. Verbo, ingenium ſcientiæ conjunctum, ad perfectæ virtutis ſtudium, vehemens ſtimulus eſt. Quòd enim aliqui, è rudi hominum turba, viam ſalutis ignorent, ſemitas perfectionis neſciant, pretium virtutis non apprehendant, dandum aliquid ignorantiæ, ignoſcendum ruditati: at ſi quis ingenio præditus, ſufficienti doctrina inſtructus, ea quæ Dei ſunt non curet, ſtudium virtutis negligat, in via perfectionis pigreſcat: ſeverioris illius edicti, haud dubiè, incurret comminationem: *Servus ſciens & non faciens, vapulabit multis.*

Acre ingenium doctrina perpolitum, facilius quæ Dei ſunt capit.

Scientiam & virtutem, duas ego mihi germanas imaginor ſorores, quarum natu major eſt ſcientia, minor verò virtus. Neq; verò id mirum cuipiam videatur, quòd naturâ viliorem, anteponam

Scientia & virtus, ſorores germanæ.

præſtanti-

Digitized by Google

præſtantiori, quamvis enim virtus nobilior ſit, ſciendis tamen antiquior, quatenus intellectus voluntatem præcedit, & cognitio affectum: ſiquidem uti dicimus, & experimur: nihil volitum, niſi cognitum: cum ergò ſcientia ſpectet ad intellectum, virtus pertineat ad voluntatem, ſcientiam virtute neceſſe eſt naturâ priorem. Verùm tamen, quod dictum eſt, de illis duobus gemellis fratribus, Rebeccæ filijs, minor ſerviet majori, hoc idem, duabus iſtis competit ſororibus, ut major ſerviat minori, ſcientia famuletur virtuti. Quæ cùm ita ſint, ad hoc unuſquisq; noſtrûm, datam ſibi eſſe ſcientiam exiſtimet, ut illa virtutem in omnibus juvet, eiq; obſequatur. Rerum ille ordinem pervertit, qui ſcientiâ, ſui æſtimationem, ſpecioſa munia, exquiſita commoda, cæteraſq; mundi vanitates venatur, quaſi verò ſcientia, non eo fine unicuiq; data ſit? ut virtuti inſerviat, in cujuſq; bonum, totam navet operam. Panis, optimum hominis nutrimentum, in quo robur & vita ejus; quibuſdam tamen venenum eſt, quis credat? Pro certò Aldrovandus de animalibus aſſerit: panē accipitri toxicum eſſe, conſentit & Auguſtinus dū lib: 4 contra Manichæos ait. *Panis hominem alit, accipitrem necat.* Optimè ſcientia panis dici poteſt, quam & ſacer textus panem intellectûs vocat, & Propheta ait: *Petierunt parvuli panem*, hoc eſt, ut explicant interpretes, doctrinam & eruditionem. Qui ergò rationi & fidei conſentaneam

virtutem,

Scientia natu maior, minori famulari debet virtuti.

Panis non nullis venenū

Scientia, panis dicitur, quo nutritur virtus.

Digitized by Google

virtutem, pane ſcientiæ alit, hic, quò magis, hi
Dei ſummè excellentis dignitatem, inde ſuæ con
tionis & naturæ vilitatem perſpectam, probatam
habet, eò profundius ſe coram ejus Divina Ma
ſtate, proſternit & humiliat: inanem mundi oſte
tationem, tantò plùs deſpicit, quantò clariùs, p
ſpicacibus ſcientiæ oculis, vanitatis ejus latebras
det, & perſcrutatur Vnde quò quis majori v
tatis lumine reſplendet, eò ardentiori orationis
dio, Divini amoris igne, proximorum ſalutis ze
accenditur. Nutrit procul dubio talis, animæ ſuæ
rés, hoc ſcientiæ corroborante pane, & velut al
Helias, in fortitudine cibi iſtius, ambulat uſq;
montem conſummatæ Perfectionis. Quòd ſi v
quiſpiam, eodem eruditionis ſuæ pane, propriæ
ſtimationis alat appetitum: ſi alicujus honoris
aut turpis lucri deſiderium nutrit, ſi faſtu elatus
per inane mundi, ſublimè volantes, neſcio quas im
ginationes, alit: accipitri iſte, venenatum pa
porrigit, ſeipſum hoc toxico virulenter necat.
que hæc eſt vanæ imaginationis allegoria, ſed
oculis etiam noſtris, acta ſæpius tragædia. Pl
mos enim in Religione vidimus, qui cùm ſcien
pane, vires ſtabilire, robur ſibi & animum, ad a
am Perfectionis viam, addere debuiſſent, ſeme
pſos venenoſo eiuſdem ſcientiæ uſu, veluti acci
tres prædæ cupidos, peremerunt. Nos, ſi alieno v
lumus ſapere malo, huc vires, & animos intend

Doctrina, interdum vitia nutrit, & multos perdit

mus, ut

Digitized by Google

mus, ut ingenij talentum, & ſcientiæ donum, ſimileſq; aliæ animi dotes, nos à ſuo largitore Deo non avertant, ſed ad ejus obſequium, & virtutis augmentum trahant, & alliciant. Mitto bona fortunæ, & conſultò prætereo: non quòd iſta Dei quoque dona eſſe ignorem, ſed quia hanc levem nimis Deam, talium diſpenſatricem fortunam, pridem deſpeximus: divites ejus gazas, & honorum faſces, nihili ducimus: ut ſancto noſtro Patri morem geramus, qui in tertio humilitatis ſuæ gradu, conſtitutus, vult nos ad maiorem Salvatoris noſtri imitationem, potiùs pauperiem, contemptum, & inſipientiæ titulum amplecti, quàm opes, honores, & æſtimationem quærere, etiamſi par laus, & gloria Dei, ex alterutro foret.

Fortunæ bona, negligi debent.

Venio ad ea, quæ ſunt ordinis ſupernaturalis, Dei in nos liberaliſſimi dona. Porro in ea beneficiorum ſerie, primum locum obtinent, infinita Chriſti Domini Merita, quibus virium noſtrarum debilitas ſufficienter ſuffulta, quidquid eſt, in via Perfectionis oneris, aut difficultatis, facilè ſuperare poteſt. Typum, & umbram, rei exhibet Iacob Patriarcha, qui matris conſilio, de domo paterna, in remotiorem Meſopotamiæ regionem expeditus, cùm inde dives opum, domum regrederetur, gloriabundus dicebat: *In baculo meo tranſgreſſus ſum Iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior.* Gen: 32. Scio SS. Patres in hoc peregrinantis Patriarchæ

Bona ſupernaturalia.

H baculo,

virtutem, pane ſcientiæ alit, hic, quò magis, hinc Dei ſummè excellentis dignitatem, inde ſuæ conditionis & naturæ vilitatem perſpectam, probatamq; habet, eò profundius ſe coram ejus Divina Maieſtate, proſternit & humiliat: inanem mundi oſtentationem, tantò plûs deſpicit, quantò clariùs, perſpicacibus ſcientiæ oculis, vanitatis ejus latebras videt, & perſcrutatur. Vnde quò quis majori veritatis lumine reſplendet, eò ardentiori orationis ſtudio, Divini amoris igne, proximorum ſalutis zelo, accenditur. Nutrit procul dubio talis, animæ ſuæ vires, hoc ſcientiæ corroborante pane, & velut alter Helias, in fortitudine cibi iſtius, ambulat uſq; ad montem conſummatæ Perfectionis. Quòd ſi verò quiſpiam, eodem eruditionis ſuæ pane, propriæ æſtimationis alat appetitum: ſi alicujus honoris ſpē, aut turpis lucri deſiderium nutrit, ſi faſtu elatus, & per inane mundi, ſublimè volantes, neſcio quas imaginationes, alit: accipitri iſte, venenatum panem porrigit, ſeipſum hoc toxico virulenter necat. Neque hæc eſt vanæ imaginationis allegoria, ſed præ oculis etiam noſtris, acta ſæpius tragædia. Plurimos enim in Religione vidimus, qui cùm ſcientiæ pane, vires ſtabilire, robur ſibi & animum, ad arduam Perfectionis viam, addere debuiſſent, ſemetipſos venenoſo eiuſdem ſcientiæ uſu, veluti accipitres prædæ cupidos, peremerunt. Nos, ſi alieno volumus ſapere malo, huc vires, & animos intendamus, ut

Doctrina, interdum vitia nutrit, & multos perdit

Digitized by Google

mus, ut ingenij talentum, & ſcientiæ donum, ſimileſq; aliæ animi dotes, nos à ſuo largitore Deo non avertant, ſed ad ejus obſequium, & virtutis augmentum trahant, & alliciant. Mitto bona fortunæ, & conſultò prætereo: non quòd iſta Dei quoque dona eſſe ignorem, ſed quia hanc levem nimis Deam, talium diſpenſatricem fortunam, pridem deſpeximus: divites ejus gazas, & honorum faſces, nihili ducimus: ut ſancto noſtro Patri morem geramus, qui in tertio humilitatis ſuæ gradu, conſtitutus, vult nos ad maiorem Salvatoris noſtri imitationem, potiùs pauperiem, contemptum, & inſipientiæ titulum amplecti, quàm opes, honores, & æſtimationem quærere, etiamſi par laus, & gloria Dei, ex alterutro foret.

Fortunæ bona, negligi debent.

Venio ad ea, quæ ſunt ordinis ſupernaturalis, Dei in nos liberaliſſimi dona. Porro in ea beneficiorum ſerie, primum locum obtinent, infinita Chriſti Domini Merita, quibus virium noſtrarum debilitas ſufficienter ſuffulta, quidquid eſt, in via Perfectionis oneris, aut difficultatis, facilè ſuperare poteſt. Typum, & umbram rei exhibet Iacob Patriarcha, qui matris conſilio, de domo paterna, in remotiorem Meſopotamiæ regionem expeditus, cùm inde dives opum, domum regrederetur, gloriabundus dicebat: *In baculo meo tranſgreſſus ſum Iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior.* Gen: 32. Scio SS. Patres in hoc peregrinantis Patriarchæ

Bona ſupernaturalia.

baculo,

Crux & merita Christi, robur noſtrū.

baculo, Crucem Chriſti, meritis ejuſdem ſoliditatam, conſiderare, & dicere ſolitos: quòd quemadmodum peregrè profectus, & proſperè redux *Iacob*, omnem itineris ſui felicitatem, illi, quo innixus ibat baculo, attribuebat: ita nos in hac perfectionis quâ gradimur via, non aliundè vires, robur & ſubſidium habituros ſperamus, niſi à Cruce, & meritis Salvatoris noſtri: adeo ut cum Apoſtolo (ſi quæ obſtet difficultas) dicere poſſimus: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*, fortiter tantummodò Crucem Chriſti apprehendamus, tenueſq; vires noſtras, infinito meritorum ejuſdem robore confortemus: & nihil adeo arduum, aut difficile nobis occurrere poterit, quod meritis Chriſti adjuti vincere nequeamus. Quodſi adhuc inter gratias Dei, ex iiſdem meritis promanantes, numero plurimas, valore infinitas, omnem ſpem & fiduciam noſtram conijciamus, ad præfixam Perfectionis metam non ibimus, ſed curremus, feſtinato paſſu. Nam ſi credimus viæ hujus plurimùm gnaro, & individuo comiti noſtro, Thomæ à Kempis, *ſuaviter*, inquit ille, *equitat, quem gratia Dei portat.* Adſit modo nobis gratia Dei, & jam non lento, nec pedeſtri paſſu, ſed concitato, inſtar equitis velociſſimi curſu, viam mandatorum conſiliorumq; Dei curremus. Quanquam ita Dei noſtri Bonitas conſtituta eſt, ut gratiæ ejus nuſquam nobis deeſſe poſſint, quarum longam ſeriem, & diverſa nomina recenſent Theologi,

Gratia Dei, maximum perfectionis adiumentum.

Digitized by Google

legi, dum alias Prævenientes, alias Subſequentes; has Excitantes, illas Cooperantes eſſe volunt. Si noſtris relinquimur viribus, ne unicum quidem in via virtutis paſſum, facere nos poſſe ultro fatebimur, ſed Dei gratiâ & auxilijs adjuti, rurſus cum ſtrenuo viæ hujus curſore, quem modo nominavi Apoſtolo Paulo dicemus: *Non ego, ſed gratia Dei mecum.* Quanta verò foret iſta felititas noſtra, ſi Adiuvantem Dei Gratiam demerendi modus nobis contingeret, certè beneficentiſſimus earum largitor Deus, voto & ſenſu Eccleſiæ ſuppliciter exorandus eſt, ut ad hoc æternæ ſalutis iter, noſtras rebelles etiam, compellat voluntates.

Gratia vocationis.

Poſtrema ordine, prima appretiatione, ſunt illa Dei in nos beneficentiſſimi dona, quæ Bonitas ejus religioſæ vocationi noſtræ, voluit eſſe propria. Omnia ſi recenſerem, dies me hic, & verba deficerent: ergò cum ſingula nequeo, aliqua breviter attingo. Primum illud occurrit, quòd per felicem, Deo vocante religionis ingreſſum, multa quibus mundus abundat, peccandi pericula, & graviter delinquendi occaſiones propè infinitas, evaſimus. Quis enim mundo deditus, inter epulas temperantiam, inter pocula ſobrietatem, inter arma manſvetudinem, inter negotia devotionem, inter lites concordiam, inter detractores famam, inter tripudia compunctionem, inter impudentes, verecundiam, integrè inviolatèq; ſervaverit? Iam vitiorum

Subtractio occaſionis ad malum, grande eſt bonum.

Mundus ſtultis plenus.

colluviem, quâ inundat mundus, quis ſatis enumeret? breviter illam ſed graphicè depingit Bernardus: *Vidi ego, inquit, aliquando quinque viros, quidni phreneticos arbitrer? Primus ſiquidem buccis tumentibus, marinam maſticabat arenam Secundus ſulphureo aſſtans lacui, exhalantem teterrimum fœtidiſſimumq́ꝫ geſtiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accenſæ, micantes ſcintillas biantibus excipere faucibus lætabatur. Quartus ſuper pinnaculum templi reſidens, levioris auræ ſpiritum, aperto attrahebat ore, & ſi quò minus influere videretur, flagello ſibi ventum ipſe ciebat, ac ſi totum ſperaret aerem deglutire. Quintus ſeorſim poſitus, ridebat cæteros, ipſe quoq́ꝫ ridendus, & maximè. Proprias enim carnes, incredibili quodam ſtudio ſugere laborabat.* Quibus Emblematibus, mellifluus Doctor, varia peccatorum mundanorum genera deſcripſit. Nam primus ille cupidos, ſecundus voluptarios, tertius iracundos, quartus ambitioſos, quintus de rebus ſuis gloriantes, exprimunt Quibus omnibus, & ſingulis criminibus, nos Dei bonitas ſubtraxit, cùm ad immunem, ab ejuſmodi vitiorum monſtris, religionis portum deduxit: ubi animum per votorum nuncupationem, Deo arctiùs adſtrictum, ab omni malorum incurſu munivit. Sanctis regularum legibus circumſcripſit, ut ſi ea integra inviolataq; eſſe voluerimus, nullum ad nos cupiditas aditum, nullum ambitio acceſſum,

nullam

Digitized by Google

nullam voluptas viam inveniet: cæleſtium verò donorum, copiam, anguſtia cordis non capiet.

Ex orationis, & Sacramentorum uſu, magnus in religione fructus.

Iam, ex frequentiori orationis, & Sacramentorum, ac mortificationis uſu, cæteriſq; uſitatis in religione virtutibus, quanta in nos emanāt emolumenta? dum ego dicere, ac ne cogitare quidem valeo, S. Bernardum religioſæ vitæ felicitates ad compendium redigentem, ſæpius auditum, ſine faſtidio libens audio. *Nonne* (inquit ille) *hæc eſt regio ſancta & immaculata, in qua homo vivit puriùs, cadit rariùs, ſurgit velociùs, incedit cautiùs, irroratur frequentiùs, quieſcit ſecuriùs, moritur confidentiùs, purgatur citiùs, præmiatur copioſiùs.* Quod dum in ſe affatim experiretur, celebris ille rerum noſtrarum ſcriptor, P. Petrus Ribadeneira, quoties in laudem religioſæ felicitatis ſuæ excurreret, *Magnopere*, aiebat, *Divinæ bonitati me obſtrictum eſſe agnoſco, quòd me a mundi abſtractum periculis, in ſanctam domum ſuam admiſerit, idq; maturè anno ætatis 14, priuſquam innocentiæ terminos exceſſiſſem. Poſt Deum potiſſimam obligationis partem debeo S. IGNATIO, qui mihi adfuit, & veluti manu, in glorioſum hunc ſucceſſum duxit, cujus beneficij magnitudinem, tanti facio, ut nunquam futurus ſim ingratus, immo optarem, ex animo mihi occaſionem offerri, ut in teſtificationem amoris mei in illum, membratim in fruſta diſſecarer,* quibus verbis docet, quantis Dei donis, convictus

P. Petri Ribadeneira, pius erga S. Ignatium affectus.

religioſus

Mundus ſtultis plenus.

colluviem, quâ inundat mundus, quis ſatis enumeret? breviter illam ſed graphicè depingit Bernardus: *Vidi ego, inquit, aliquando quinque viros, quidni phreneticos arbitrer? Primus ſiquidem buccis tumentibus, marinam maſticabat arenam. Secundus ſulphureo aſtans lacui, exhalantem teterrimum fœtiſſimumq; geſtiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accenſæ, micantes ſcintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur. Quartus ſuper pinnaculum templi reſidens, levioris auræ ſpiritum, aperto attrahebat ore, & ſi quò minus influere videretur, flagello ſibi ventum ipſe ciebat, ac ſi totum ſperaret aerem deglutire. Quintus ſeorſim poſitus, ridebat cæteros, ipſe quoq; ridendus, & maximè. Proprias enim carnes, incredibili quodam ſtudio ſugere laborabat.* Quibus Emblematibus, mellifluus Doctor, varia peccatorum mundanorum genera deſcripſit. Nam primus ille cupidos, ſecundus voluptarios, tertius iracundos, quartus ambitioſos, quintus de rebus ſuis gloriantes, exprimunt. Quibus omnibus, & ſingulis criminibus, nos Dei bonitas ſubtraxit, cùm ad immunem, ab ejuſmodi vitiorum monſtris, religionis portum deduxit: ubi animum per votorum nuncupationem, Deo arctiùs adſtrictum, ab omni malorum incurſu munivit. Sanctis regularum legibus circumſcripſit, ut ſi ea integra inviolataq; eſſe voluerimus, nullum ad nos cupiditas aditum, nullum ambitio acceſſum,

nullum

Digitized by Google

nullam voluptas viam inveniet: cæleſtium verò donorum, copiam, anguſtia cordis non capiet.

Ex orationis, & Sacramentorum uſu, magnus in religione fructus.

Iam, ex frequentiori orationis, & Sacramentorum, ac mortificationis uſu, cæteriſq; uſitatis in religione virtutibus, quanta in nos emanāt emolumenta? dum ego dicere, ac ne cogitare quidem valeo, S. Bernardum religioſæ vitæ felicitates ad compendium redigentem, ſæpius auditum, ſine faſtidio libens audio. *Nonne* (inquit ille) *hæc eſt regio ſancta & immaculata, in qua homo vivit purius, cadit rarius, ſurgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quieſcit ſecurius, moritur confidentius, purgatur citius, præmiatur copioſius.* Quod dum in ſe affatim experiretur, celebris ille rerum noſtrarum ſcriptor, P. Petrus Ribadeneira, quoties in laudem religioſæ felicitatis ſuæ excurreret, *Magnopere*, aiebat, *Divinæ bonitati me obſtrictum eſſe agnoſco, quòd me a mundi abſtractum periculis, in ſanctam domum ſuam admiſerit, idq; mature anno ætatis 14, priuſquam innocentiæ terminos exceſſiſſem. Poſt Deum potiſſimam obligationis partem debeo S. IGNATIO, qui mihi adfuit, & veluti manu, in glorioſum hunc ſucceſſum duxit, cujus beneficij magnitudinem, tanti facio, ut nunquam futurus ſim ingratus, immo optarem, ex animo mihi occaſionem offerri, ut in teſtificationem amoris mei in illum, membratim in fruſta diſſecarer*, quibus verbis docet, quantis Dei donis, convictus

P. Petri Ribadeneira, pius erga S. Ignatium affectus.

religioſus

religioſus abundet. Et hæc ſunt, nunquam ſatis enumerata Dei in nos beneficia, quæ hominem etiamſi ferreus, aut ſaxeus ſit, emolliunt, & ad conſummatæ virtutis iter, non excitant, ſed impellunt.

ALLOCVTIO V.

Vanus eſt, difficultatum, in via Perfectionis metus.

Frequens eſt, in via perfectionis langvor.

HActenus Divinorum beneficiorum multitudine ſtimulati, propoſitum Perfectionis iter, alacriter proſequebamur. Et ecce repente obortus neſcio quis torpor, curſum cohibet, & ab incæpto itinere mentem deterret: unde quod olim Doctor gentium Galatis in faciem exprobravit, hoc ego à præclarè cæptis deſpondentibus animis, palam dicere cogor. *Currebatis benè, quis vos infaſcinavit?* Ad Gal: 5 Quò ille currendi fervor? quò proficiendi in via Perfectionis, animi alacritas ceſſit? cur promptus in ardua quæq; labor, ſenſim langveſcit? & ferè retro reſpectat? Iam ſanè video, & clarè adverto, quid nos à propoſito virtutis curſu retardat, & vix retrorſum cedere non cogit. Metus & horror difficultatum, hic nos deterret, & ultra progredi vetat. Quod quidem terriculamentum, ego maximè

Metus difficultatum, multos deterret.

mè incipientibus frequens, & uſitatum eſſe, non
gaverim, vanum tamen illud, & ſuperatu facile
o: ac etiam ad proterendum pedibus, modum,
animum addo.

Ea eſt pusillanimis mentis humanæ conſvetu-
ut ipſa ſibi plena horroris ſpecta fingat, & ſo-
iet, Propheta atteſtante. *Trepidaverunt timo-
e, ubi non erat timor.* Quòd enim in edoman-
paſſionibus, puſillanimes, in conſequendis virtu-
is deſides reperiamur: inde hoc ut plurimùm
venit, quòd cum paſſionibus noſtris, luctam dif-
em & moleſtam, iter virtutis arduum & horri-
, nobis imaginemur: planèq; ſimili imagina-
frequenter laboramus, quâ laboravit ille ho-
m ignaviſſimus, ut de eo refert Proverb: 22,
ſapientia commendatus Salomon. Incumbe-
uipiam ignoti nominis homini, iter quoddam
invitabatur ſuſcepti itineris utilitate, ac ni
, urgebatur etiam imperio, innatâ tamen ſi-
ahebaturq; deſidiâ, unde & dicebat piger:
*via & tcæna in itineribus, in medio plate-
occidendus ſum.* Inijciebat quidem ignavo
ii, ſpes commodi ſtimulos, ſuggerebatq; ad
nî te huic itineri commiſeris, lucro illo care-
egotium haud levis momenti, non conficies?
ui, ſed alieni iuris es? voluntatem præſidis,
iter iſtud ſeriò imperavit, contemnes, refe-
ſtas, contempti imperij pœnas. At ille ima-
ginaria

Difficultates in via perfectionis, ipſi nobis fingimus.

religioſus abundet. Et hæc ſunt, nunquam ſa
enumerata Dei in nos beneficia, quæ hominem e
amſi ferreus, aut ſaxeus ſit, emolliunt. & ad co
ſummatæ virtutis iter, non excitant, ſed impellun

ALLOCVTIO V.

Vanus eſt, difficultatum, in vi Perfectionis metus.

HActenus Divinorum beneficiorum multi dine ſtimulati, propoſitum Perfectionis ite alacriter proſequebamur. Et ecce repen e obor neſcio quis torpor, curſum c hibet, & ab incœ itinere mentem deterret: unde quod olim Do gentium Galatis in faciem exprobravit, hoc eg præclarè cæptis deſpondentibus animis, palam cere cogor. *Currebatis benè, quis vos infaſcina* Ad Gal: 5 Quò ille currendi fervor? quò profici di in via Perfectionis, animi alacritas ceſſit? c promptus in ardua quæq; labor, ſenſim langveſc & ferè retro reſpectat? Iam ſanè video, & clarè a verto, quid nos à propoſito virtutis curſu retarda & vix retrorſum cedere non cogit. Metus & ho ror difficultatum, hic nos deterret, & ultra prog di vetat. Quod quidem terriculamentum, ego m

Frequens eſt, in via perfectionis langvor.

Metus difficultatum, multos deterret.

xim

Digitized by Google

timè incipientibus frequens, & uſitatum eſſe, non negaverim, vanum tamen illud, & ſuperatu facile ſcio: ac etiam ad proterendum pedibus, modum, & animum addo.

Difficultates in via perfectionis, ipſi nobis fingimus.

Ea eſt puſillanimis mentis humanæ conſvetudo, ut ipſa ſibi plena horroris ſpectra fingat, & ſomniet, Propheta atteſtante: *Trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Quòd enim in edomandis paſſionibus, puſillanimes, in conſequendis virtutibus deſides reperiamur: inde hoc ut plurimùm provenit, quòd cum paſſionibus noſtris, luctam difficilem & moleſtam, iter virtutis arduum & horridum, nobis imaginemur: planèq; ſimili imaginatione frequenter laboramus, quâ laboravit ille hominum ignaviſſimus, ut de eo refert Proverb: 22, Rex à ſapientia commendatus Salomon. Incumbebat cuipiam ignoti nominis homini, iter quoddam inire, invitabatur ſuſcepti itineris utilitate, ac ni fallor, urgebatur etiam imperio, innatâ tamen ſibi retrahebaturq; deſidiâ, unde & dicebat piger: *Leo in via & leæna in itineribus, in medio platearum occidendus ſum.* Inijciebat quidem ignavo homini, ſpes commodi ſtimulos, ſuggerebatq; ad intra: nî te huic itineri commiſeris, lucro illo carebis, negotium haud levis momenti, non conficies: ſi non tui, ſed alieni iuris es? voluntatem præſidis, qui tibi iter iſtud seriò imperavit, contemnes, refereſq; juſtas, contempti imperij pœnas. At ille imaginaria

ginaria quadam, immanium ferarum ſpecie ter-
tus, reſpondebat: *Leo in via, & leæna in itine-
ribus*, quaſi diceret: apage omne lucri commod-
non audio, tam crudele imperium, quod me ſæ-
ungvibus, dentibuſq́; leonum dilaniandum p-
pinat: qui, ſi aliquid magnanimitatis habuiſſet, d-
xiſſet potiùs: ſit ſanè leo in via, rugiat leæna i-
itineribus, in medio campo, & inter aperta diſc-
mina, virtus exercenda eſt. Non exhorruit olim p-
ſillus licet ſtaturâ, ſævum leonem David, ſed eum
virili robore, ad internecionem uſq; proſtratu-
necavit. Nolim minor Samſone cenſeri, cui velu
lactentes hædos, iugulare leones, ludus fuit: ibo
& rugientes feras medias diſcerpam. Nihil hor-
dixit, fecitq; timidus ille, ſed ſolo ferarum aſpe-
excors, & exanimis hæſit. Quo ſuo pleno timo-
facto, metum, nobis frequenter uſitatum, grapli-
expreſſit, Cùm enim in via Perfectionis, variæ te-
tationes occurrunt vincendæ, cùm animi paſſio-
ſuperandæ obſtant, ipſa earum apprehenſione
territi, non rarò quid ſimile dicimus: *Leo in* v-
& leæna in itineribus: cùm ſolâ tentationu
paſſionumq; noſtrarum imaginatione perculſi, t-
tùm animi non habemus, ut eas, in nos ſævient-
bellùas ſuperemus: gravior nobis in ijs vincen-
labor videtur, quàm Davidi, aut Samſoni cum fe-
leonibus lucta. Parvæ plerumq; difficultates, in-
nos metu percellunt, & à via virtutis deterren-
qui ſi

Inſigne Davidis, animi robur.

Digitized by Google

aliquid religioſæ fortitudinis præſto habere. omnibus difficultatibus, veluti imaginarijs le- alacres obviam iremus: læti, oblatâ occa- inſignem fortitudinem comprobandi. Legi- ætate teneras, & naturâ imbelles, ſolo ſancti- robore animatas puellas, non proſilientes tan- caveis feras, ſed ex infernali etiam ſpecu e- belluas, leonum draconumq; ſpecie hor- ſæpiùs ſuperaſſe: nos virili robore aucti, & armati gratiâ, tentationum paſſionumq; no- multus, non ſuperabimus? abſit eam, no- noſtro inuri labem.

In fragili ſexu, magna interdum viguit fortitudo.

Hiſtrio ille magis, quàm Romanus Imperator Primates Imperij familiares ſuos, ſic quan- terrere ſolebat, alebat cicurabatq; leones, qui- dentes, & reſecari ungves iubebat: hos caveis emiſſos, in aulicos ſuos concita- qui horrendo beſtiarum rugitu perterriti, tre- vociferabantur, ſuperos ac inferos im- : donec tandem ſe metu exanimatos, à tamen illæſos, integroſq; viderunt, reſumpto in leones ungvibus dentibusq; exarmatos, ac fuſtibus irruebant, & facilè inermem be- feritatem, flagris etiam impunè cædebant: & nos exiſtimemus, edentatos leones, omnes tentationum paſſionumq; noſtrarum, feroces ſpeciem inſultus: qui ſi cuipiam ſunt modo ter- ac formidini, poſt brevem moram, poſtquam

Tentationum inſultus, edẽtatis ſimiles leonibus.

I eis pro

eis, pro viribus reſtiterit, vana hæc & viribus
vata, agnoſcet eſſe terricula menta: it
is prævalere, ac etiam inſultare poſſit, & plexo
funiculis flagello, omnem vim earum, nullo
tio, procul à ſe pellet retundetq; Immo
rem etiam vincendi modum, eiusmodi
paſſionumq; noſtrarum feras, per ſolam
negationem, ſuggerit D. Bernardus, dum
in Quadrigeſima ait: *Sub te eſt, o homo,*
tuus, & tu dominaberis illius. Poteſt quidem
cus excitare tentationis motum, ſed in te
lueris, negare conſenſum. In tua facultate
volueris, inimicum facere ſeruum tuum,
tibi cooperentur in bonum. Ecce enim
micus deſiderium tibi, vanitatis,
cogitationes ingerit, aut excitat
ſolummodo ne conceſſeris, & quoties reſiſteris
es coronaberis. Vnde quis non videat vanos
ſtros eſſe ſæpè timores, qui tam debiles & infirmos
reformidamus hoſtes, quos ſolo contemptu vincere
debellareq; facilè poſſumus.

Solo diſſenſu, animæ vincũtur hoſtes.

Parum eſt, quòd tentationum paſſionumq;
ſtrarum luctâ, ſæpè fruſtra terremur: ſunt &
cæq; non paucæ, in via Perfectionis difficultates,
magnum nobis inijciunt horrorem: immo ipſæ
gratioſiſſimæ alioquin naturâ ſuâ virtutes, non
dicè terrent. Idemq; nobiſcum agitur, quod
illis terræ promiſſionis exploratoribus numero

Ioſue, interdũ virtutes eſſe multis horrori, ſunt documento Hebræi

actum

Digitized by Google

ac... Expedierat Dux populi Iſraelitici Moyſes, ...ram Chanaan, ſibi Divino Oraculo, nomi... ...ditatis appromiſſam, lectos de toto exercitu ..., diligenter perluſtrandam: obtemperant illi, ... iuſſa capeſſunt: vident omnia, & explorant ...ſè, rebus benè confectis, reduces, ita rei ſeri..., ſuo Duci & populo referunt: *Terra revera fluit ... & melle, ut ex his fructibus cognoſci poteſt ...ultores habet fortiſſimos, & urbes grandes ... muratas. Terra quam luſtravimus devorat hab...es ſuos, populus quem aſpeximus proceræ ſta... ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac, de ... gigantæo, quibus comparati quaſi locuſtæ vi...ur.* Solas omnino meticuloſi homines iſti, lo...antur auxeſes, immo mendacia mera, & tam... ...imi inventi ſunt, de populo Iſrael, apud q... ...rba eorum nimis hyperbolica, fidem inve..., unde & dicebant: *Nequaquam ad hunc p... aſcendere valemus, quia fortior nobis eſt.* S..., homines iſti præ nimio timore, extra ſe ...cti, falſa omnia referunt, & ſomnia dicunt. Quis ...nquam credat, terram ſuos devorare habitatores? ...t Hebræos Chananæis comparatos, locuſtas eſſe? & tamen illis creditur, & in totis trepidatur caſtris: ...itum ad terram promiſſionis iter, tantùm non deſeritur: ſunt qui vano timore exterriti, omnem, de terra delicijs plena, curam deponunt, pedem referre in Ægyptum cogitant. Tantùm vani apprehē-

ſio me-

Digitized by Google

ſio metûs, ad heroes illos conſternandos valuit.

Idem omnino nobis, ad cæleſtis patriæ terram promiſſionis, torrente voluptatis ce ebrem, contendentibus, ſæpè contingit: qui leves alioquin, & solo contemptu dignas repugnantias, inter ſimulata adverſitatum & diſcriminum difficultates censemus: quibus perterriti, muſcas elephantes putamus De quo multâ edoctum experientiâ D. Bernardum ita ſerm: 33, in Cantica audiamus, disserentem: *Primordia inquit noſtræ conversionis, primus exagitat timor, quem intrantibus, ſtatim vitæ ingerit arctioris, & inſueta austeritas disciplinæ.* Ita nimirum incipientibus, timidisque ſpiritu agitatis, quòd vel tantillùm adverſatur carnis, monſtrum omni gigante putatur majus. De quibus & chriſtianè Seneca: *Non quia difficilia ſunt, non audemus, ſed quia non audemus, difficilia ſunt.* At ſi quiſpiam audiat, conſideretq; magni animi Ioſue aut Caleb: minimè ejuſmodi terriculamentis motus, imperterrita mente, profectò exclamabit: *Aſcendamus, & poſſideamus terram: quoniam poterimus obtinere eam.* Aſſumamus tantùm aliquid animi, & facilè in via Domini, & religioſæ obſervationis curſu, omnia, ſeu difficultatum tela, ſeu reſpectûs humani ſcuta, ſeu paratos in jugulum proprij amoris enſes, ſuperabimus.

Muſcas interdum elephantes, putant incipientes.

Timor arduas facit difficultates.

Experiebatur olim id in ſemetipſo, è Societate noſtra, vir magni nominis, Andreas Spinola: is cum

proVecti-

P. Andreas ſpinola, arduam ab initio vita religioſa auſteritatem, riſit poſtea.

... viri jam ætate, nempe, ut ipſemet humili ... geo, de ſe queri ſolebat, triginta & octo ... ens, in infirmitate, de ſæculo relinquen- ... taret, atq; in partem contrariam, tum va- ... imbecillitas, tum deliciarum aſſvetudo, ... nobilitas, dignitatis, quam in Eccleſia ge- ... amplitudo, & congeſtæ opes, deniq; religi- ... paupertas, victûs ratio vilis, & ab- ... cultus veſtium uſus, & dependens ab ali- ... obſequioſa ſervitus, multæq; aliæ, ple- ... rationes, quaſi agmine facto, ad ter- ... ſeſe obijcerent, repentè tamen, poſtquam ſi- ... divinæ Bonitatis lumen affulſiſſe ſenſit, & ti- ... proſtratum animum reſumpſit: illico omnes ... & diffidentes cogitationes evanuerunt: ... redditus ſibi, animo penitus obfirmato, ac ... adverſus illa omnia incommoda perman- ... vani metûs terrorem, fortis ſupera- ... ut brevi experiretur cum Auguſtino, quàm ... illi factum ſit, à ſvavitatibus, & deli- ... abſtinere. Nam cùm antea adhuc ... noſtrorum menſæ intereſſet, quod amici- ... interdum faciebat, multa faſtidire ſo- ... delicatoribus epulis, argenteæ ſup- ... & exquiſitæ cuidam munditiei aſſvetus: ... poſtea, jam ſocietatem noſtram ingreſſus, ... primùm ad communem menſam venit, omnia ... videbantur longè alia, mantilia nitidiſſima, pa-

tinæ &

Digitized by Google

tinæ & orbes, quaſi ex argento, ipſe verò locus, optimo odore fragans, cibi ad palatum, ſapidiſſimè præparati: ita ut nihil apud ſe dubitarit, omnia illa, præter noſtrum morem, parata eſſe, Rectoris iuſſu, ad ſuam videlicet infirmitatem, extraordinarijs eiuſmodi delicijs, relevandam. Quapropter de hoc, cum Rectore queſtus eſt ſeriò, quòd ea, in ſui gratiam eſſent præparata, ſed cùm omnia communia fuiſſe agnovit, poſtea hunc ſuum errorem, ſæpiùs amicis familiariter narravit. Tantùm in eo reſolutus, ad auſterioris vitæ incommoda, animus effecit, ut vilem inſipidumq; cibum, obſoletas ſqualore veſtes, cæteraq; vitæ religioſæ incommoda, deliciarum locò haberet. Adeſſet utinam tantùm nobis animi, ad ſuperandas omnes in via Domini adverſitates, nullum omnino in ea difficultatum pertimeſceremus metum: quinimmo illud de nobis aſſereremus, quod olim conſummatæ virtutis exemplar, Iob de ſe dicebat: *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc cibi mei ſunt:* Ita unuſquiſq; noſtrûm dicere auderet: quem prius horrebam, ſapit mihi vitæ ſeverioris rigor, quâ nuper terrebar, iam delector abnegatione, ſuperabundo gaudio, in omni tribulatione, cujus vel ipſum perhorreſcebam nomen. Tales erant, magni animi Patres noſtri, qui commodis omnibus, populari famâ, & humanis reſpectibus ſpretis, per obvios quoſq; labores, & difficultates, per opprobria & pericula, perfectioris vitæ

Patrum noſtrorum, magna in arduis fortitudo.

ris vitæ

[illegible] ſciebant iter. Nos pudeat, leviorum dif-
[illegible] perhorreſcere umbram.
[illegible] metum, puſillanimes animos, varijs
[illegible] in via perfectionis terreri? cùm ipſe
[illegible] intuentium oculis virtutes, multas
[illegible] inſolito horrore percellant: ita,
[illegible] contingat, quod olim Octaviani
[illegible] toribus, narrat Dion. lib: 43. contigiſſe.
[illegible] conſerat dictus Imperator urbem
[illegible] ad deditionem urbis, incolas pro-
[illegible] interea illi, inſolito uſi ſtrata-
[illegible] plures de medio ſui matronas, turpatâ
[illegible] larvis facie, promiſſo & inhorreſcente
[illegible] veſtibus atris induunt, manibus faces, &
[illegible] ardentes, & ita eas per in empe-
[illegible] urbe expellunt: quas pone, mi-
[illegible] armati. Vix illa, ad horrorem in-
[illegible] in oculos Romanorum venit, rati, o-
[illegible] furiarum catervam, & ſpectra
[illegible], crebo egreſſa adventare, ingenti per-
[illegible], terga vertunt, & fugam capeſſunt:
[illegible] larvas indutæ, incendia ſpargunt, armati
[illegible] hoſtem fugientem ſecuti, cædunt, & ma-
[illegible] cædes, & ſtrages: ipſe Octavianus fugâ,
[illegible] nominis ſui dedecore, elapſus, quòd
[illegible] ad ſpeciem muliebres furias, extimuerit.
[illegible] & in religioſæ militiæ caſtris, non ab-
[illegible] digni heroes, qui naturâ pulchras, &

Infamis Octaviani Auguſti metus.

ſpecioſas

Aliqui gratioſas naturâ virtutes, veluti erebi furias horrent.

ſpecioſas formâ virtutes, veluti truces furias ima-
ginantur ſibi, dum humilitatem cultu ſqualentem,
paupertatem viſu aſperam, caſtitatem vultu palli-
dam, & ſui afflictatione marcidam, mortificationem
flagellis, cilicijs, catenulis, cæteriſq; ad torturam in-
ſtrumentis horridam, intuentur. Vnde monſtra
quædam arbitrati, timore perculſi fugiunt, ad ſæ-
culum pedem referunt, dæmonis mancipia fiunt:
qui ſi miram virtutum venuſtatem, & gratiam, ſub
hoc aſpero, ad extra cultu inſpexiſſent, magno ea-
rum deſiderio tenerentur.

Apoſtoli, Chriſtum phantaſma arbitrati, exhorruerũt.

Chriſtum quondam ſuper fluctus maris am-
bulantem, Apoſtoli phantaſma eſſe putaverunt: ve
ut alij legunt, veluti monſtrum exhorruerunt, at
poſtquam in ejus notitiam venerunt, mira eos con-
ſvetudinis ſuæ ſvavitate, Dominus virtutum rece-
avit: Idem planè nobis uſu venit, quòd enim vir-
tutes, velut horrendas ſpecies, primo aſpectu time-
amus, ex eo provenit, quòd earum decus & preti-
um neſciamus. At poſtquam (ut eſt blanda huma-
narum mentium conciliatrix virtus) ſe in noſtram
notitiam & affectum, uſu & conſvetudine inſinua-
verit, ſingulari animum replet voluptate: ita ut
nullas difficultatum adverſitates exhorreſcat, cui
ſemel virtus accidit ad palatum.

S. P. Ignatij magna animi fortitudo.

Verùm jam rem totam, S. Patris noſtri
IGNATII documento, concludamus Iniverat & ill
remiſſo mundi vanitatibus nuntio, arctioris vitæ ra-
tionem.

tionem. Sed quæ, & quanta, à via perfectionis, deterrentium difficultatum agmina obviam habuit, quis ſatis recenſeat? Recurrebat in animum, illa quam deſeruerat bellicæ laudis dulcedo, per quã, & nomen inter bellatores grande, & immenſas opes facilè colligeret. Inita ſeverioris vitæ ratio, auſterâ deterrebat facie triſti, & dejecto in terram vultu, percellebat oculos, mundi contemptrix humilitas: longo jejuniorum uſu ſqualida, flagellis & cilicio horrida, lingvarum & cavillationum aculeis expoſita, mentem horrore implebat patientia: ſquallebat vilis cultu, tenuis victu pauperies, incutiebat timorem emacida vultu caſtimonia: plena omnia erant horroris: minimè tamen ille, ad hæc expavit, aut animo concidit: quinimmò magno virtutis incenſus ſtudio, omnes difficultatum obices facilè ſuperavit: ita ut ei ad guſtum etiam acciderit, acerbiſſima quæq; tolerantia, ut de eo Vaticanum loquitur Oraculum: *Mirum eſt, quas obiq; locorum ærumnas, ac ludibria devoraverit, aſperrima quæq; & vincula & verbera, pæne ad mortem uſq; perpeſſus, quibus tamen longè plura pro Domini ſui gloria expetebat.* Quæ omnia ſolius Divini honoris, & virtutis gratiâ, invicto faciebat animo. Nos ſi Ducem noſtrum ſequi, ut par eſt, voluerimus, miſſo vano, adverſitatum timore, nullum laborem arduum putabimus: ſed virtutis ſuavitate illecti, omnia poterimus, in eo, qui nos confortat.

Digitized by Google

Timor Dei, viam Perſectionis ineuntes, ducit & cuſtodit.

BEnè eſt, quod poſito vano & inani pavore, viam Perfectionis ſecuri agimus. Sed ergone tamen omni ſoluti metu, arreptum perficiemus iter? Avertat eam à nobis mentem, & intentionem Deus. Faceſſat procul, pereatq; ille metus, qui nos, veluti inſtructâ ad terrorem, difficultatum acie, progredi vetat: ſed Sanctus Divini Numinis Timor, adſit in via nobis individuus comes, ille nos ubique cuſtodiat, ille nobis monſtret iter, ille dirigat greſſus. Abſit à ſervis Dei timor humanus, non enim aptus eſt Divino obſequio, qui temporalibus minis perterretur, ſed abſque Timore Dei, ne unum quidem virtutis paſſum, movere fas eſt: ille enim omnes hoſtium à nobis arcet incurſus, ille conſervandis integrè invigilat virtutibus, lapſos per lubricum erigit, alios, ne labantur, fulcit, & ſuſtinet: ut benè de eo B. Laurentius Iuſtinianus cap: 5 pronunciaverit: *In veritate reperi, nihil tam eſſe efficax, ad acquirendam virtutem, ad promerendam gratiam, retinendam recuperandamq;*

Timoris Dei utilitates.

& adipi-

& adipiſcendam gloriam, quam ſi quis inveniatur, coram Deo ambulare ſimpliciter, & non altum ſapere, ſed ipſum timere. Vbi ſanctus iſte Doctor, omnium bonorum noſtrorum Authorem, virtutum & cæleſtium donorum conſervatorem, itineris noſtri Ducem & Cuſtodem, vult eſſe Dei Timorem: ſequamur tantùm Ductorem noſtrum, plurimis ab eo cumulandi, bonis.

Timor Dei, viæ Perfectionis, dux & cuſtos eſt.

Miſera ſatis humanæ ſortis conditio eſt, quæ nulla, ſeu corporis, ſeu animi bona, integra & intacta, ab hoſte habere poteſt, immo omnium malorum patet incurſibus, & rapinis: niſi ſe, ſuaq; pervigili cuſtodiâ tueri, ac conſervare velit. Quid homini, corde magis intimum? quod undiq; oſſibus, carne, & nervis, veluti naturæ propugnaculis, habet circumſeptum, & tamen iſtud quoq; vitale depoſitum, ſolerter cuſtodiri debet: ut Divinum, Prover: 4. Effatum monet: *Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum.* Dentibus & labijs, veluti muro & antemurali, hominis lingvam munivit natura, & tamen ori ſuo, ponebat cuſtodiam, Regum fortiſſimus David. Quis mundi coronatorum Salomon, ſecurè capiet ſomnum? niſi lectum ejus ſexaginta fortes, aut integra etiam caſtra cuſtodiant? Iam verò ad tuendas conſervandaſq; divitiarum gazas, quam cuſtodiarum diligentiam, humana non adhibet, avida opum ſolertia? ita ut non armatos tantum milites, ſed dracones etiam pervigiles (ſi commentis crede-

Homo maximè cuſtodia indiget.

Digitized by Google

re fas eſt) ijs apponat cuſtodiendis. Quodſi cadu-ca & temporanea rerum pretia, natura & induſtria, ita diligenter cuſtodit humana: æternùm perennatura animæ ſanctitas, & Divinarum gratiarū pretioſæ opes, quam demum cuſtodiæ requirent ſolertiam? Huc animum, & vires intendamus omnes, ut ijs tuendis, & conſervandis parem adhibeamus cuſtodiam. Scio vitæ ſpiritualis Duces & Magiſtros docere, virtutes Chriſtianas, & à fortiori religioſas, ſanctitatis noſtræ, & gratiæ Divinæ, nobis liberaliter collatæ, cuſtodes pervigiles eſſe: in quarum centuriatam aciem, dum oculos conijcio, inter omnes, Timorem Dei, maximè huic muneri adverto opportunum. Fuerit ſanè politicum dogma illud: Rerum peſſimus cuſtos timor. Sanctitatis noſtræ, Divinarumq; gratiarum theſaurus, nulla virtus felicius, Timore Dei tueri & cuſtodire poteſt, cui ſemper extitit, optimus cuſtos metus.

Timor Dei; cuſtos optimus

Clariùs id intellecturi, ad terreſtrem illum paradiſum, mentis oculos referamus. Singulari certè vitæ ſanctitate, in illa pietatis palæſtra, vivebant protoplaſti parentes noſtri, ita ut in religioſis etiam clauſtris & cætibus, vix aliquid perfectius animo concipere queas. Tota illorum vita continuis rerum Divinarum meditationibus occupabatur, erat legum exactiſſima obſervatio, animi munditiès ſumma, cogitationes omnes, cælo defixæ, rationis cum Divina voluntate conſenſio, perfectiſſima.

Primorum Parentum, in Paradiſo felicitas.

Videndos

Videndos ſe illos exhibebant Beatarum Mentium ſpiritus, Divinitatis illapſu Numen ſe ipſum ingerebat, ut benè de ijs diſſerit S Gregorius Papa. *Panis*, inquit, *eorum, fuit viſionis Divinæ delectatio, verbi Dei ſatietas, internæ quietis gaudium, Angelorum ſocietas, amor Dei, iubilum ſpiritûs, contemplationis ſuavitas, ſecuritas mentis, præſentia Creatoris.* Memini, D. Bernardum, Religioſum cætum, paradiſum appellaſſe: dubito tamen, num aliquis religioſi huius Paradiſi incola, ſeu ſanctitatis perfectione, ſeu gratiarum copiâ majore floruerit, quàm primum illud par hominum, in paradiſi aſceterio conſtitutum: & tamen de illis debellandis, ac omni ſanctitate ſpoliandis, invidus animarum hoſtis, minimè deſperavit. Sed quâ tandem ratione, ſanctiſſimam vitæ eorum ſpeciem, non ſolùm imminuere, aut deformare, verùm etiam penitus abolere aggreſſus eſt? quem modum induſtriamq; adhibuit? ut eorum vitæ integritatem, voluntatis rectitudinem, Divini amoris ardorem, extingveret, & à continuo cæleſtium meditandi ſtudio avocaret: Non ille à ſummi boni cultu, primos parentes noſtros revocare, non ad ſeceſſionem à Deo inducere, non ſummum Legislatorem criminari, quòd tradito homini orbis univerſi Imperio, unius pomi uſu interdiceret, non ad temulentiam, aut rationi diſſonas voluptates pellicere, attentabat, non otio illos indulgere volebat: ſed ſolùm vim pavoris infringe-

Quâ ratione animarum hoſtis, homines in Paradiſo aggreſſus eſt.

Digitized by Google

Timor Dei, à primis Parentibus amotus, omnium malorum cauſa.

infringere, minaſq; mortis, quam eis vetiti pomi guſtus, eſſet allaturus, elevare contendebat: dum ſuggereret: *Nequaquam morte moriemini*: quod poſtquam perſvaſit, non ultra moratus, victor abſceſſit: ubi enim animum fæminæ metus reliquit, protinus fructûs vetiti, cupido inceſſit, atq; unà odium adverſus legem, contemptus pænæ, oblivio demq; ac neglectus Conditoris, cæteraq; vitiorum monſtra, facto velut agmine irruperunt: ipſumq; adeo virum, ablato mortis metu, in ſuas partes pertraxerunt: ita ut ambo, pomum Deo anteferre, atq; ad ipſas arboris radices, iuſtitiam originalem abijcere, promiſſæ felicitatis præmia conculcare, imperio, quod in omnia animantia habebant, ſeſe abdicare, non dubitârint. Vnde liquidò conſtat, tamdiu parentes noſtros, primævum innocentiæ decorem, ſvitæq; ſanctimoniam, integrè cõſervaſſe, quàmdiu eis, Dei vindicis & mortis metus præſens adſtitit: at poſtquam eum, verſutus hoſtis, parentibus noſtris ademit, gravem innocentiæ ſanctitatiſq; jacturam ſubire eoſdem fecit, ac demum ipſo paradiſo fruſtravit: ut benè dixerit Caſſianus, *Cuſtodia ſalutis, Timor Dei eſt*. Ite jam, obortis lacrymis, Divino deſtituti Timore, miſeri è loco voluptatis exules, in regionem calamitatis, & miſeriæ! nobis documento futuri. Timorem Dei, ſi præſto adſit, innocentiæ dotes, & ſanctimoniæ opes cuſtodire, & tueri: at veró, ſi pulſus animo cedat, illico omnia experimur interire. Teſtes

Teſtes rei, quam aſſero; nos ipſi ſumus. Quid enim nos in hoc, religioſæ vocationis noſtræ paradiſo detinet? niſi judiciorum Dei, & mortis æternæ timor: qui ſi vel tantillùm è recordationis memoria abſceſſerit, illico omnes viæ religioſæ labores, dulces olim ac ſuaves, poſtquam moleſtos ac difficiles reddiderit, etiam ex ipſo religionis paradiſo ejicit, & expellit. Quid enim quæſo, cauſæ poſſunt afferre illi, religionis & datæ Deo fidei deſertores? niſi quia non erat Timor Dei ante oculos eorum. Unde optimè Tertullianus: *Horremus,* inquit, *terribiles Dei minas, & vix à malo avellimur, quòd ſi nihil timeremus, omni licentiæ frena laxaremus.* Unde, audeo & ego dicere, non duraturam diu in nobis vitæ integritatem, ſi eam, à timoris ſocietate, removerimus. Demus fidem & B. Laurentio Iuſtiniano, iterum dicenti: *Timor odit vitia, virtutes cuſtodit; noxias ab ingreſſu cogitationes repellit clava terribili, videlicet memoriâ æternæ pœnæ.*

Defectus Timoris Dei, è religioſa vita paradiſo multos, eliminat.

Timor Dei, odit vitia, virtutes cuſtodit.

Præclarum, rei hujus in noſtris annalibus legimus documentum. Naſcente noſtrâ in Hiſpaniis ſocietate, ſocij nondum benè ætate adulti (neque enim mater adhuc tenera, filios poterat habere grãævos) cæterùm omnes virtute maturi, ſtrenuam pietati dabant ubiq; operam. Frequens illis erat, cum omni hominum genere conſvetudo, & perſpecta vitæ integritas: unde res ſuſpicionem non nemini movit, medicarum herbarum potentibus ſuccis, illo-

Timor Dei, herbæ inſtar medicæ, caſtimoniam conſervat.

cis, illorum contineri caſtimoniam, quæ in mediis periculis tuta verſaretur. Lapſus per ora optimatum ſermo, brevi ad Philippum rumor pervenit: IGNATII ſocios, herbæ cuiuſpiam arcanâ virtute, continentiam conſervari, frequentioribus itaq; ſermonibus indies celebrabatur herba caſtitatis, his motus Rex Philippus, accerſitum ad ſe familiarem ſibi Patrem Antonium Araozium, interrogat: num veri ſpeciem res habeat? quod audiam homines vocationis veſtræ, herbæ cuiuſpiam uſu, integerrimæ continentiæ conſervare famam. Tum Araozius, optimâ uſus occaſione: omninò, inquit, ita res ſe habet, ut ad aures tuæ Maieſtatis delatum eſt: quod audiens Philippus, magis miratus, ait: quodnam iſtud herbæ genus, & nomen eſt? Reſpondet Araozius: herbam hanc eſſe noſtræ ſocietati perfamiliarem, & planè uſvalem, nec lectu difficilem, ſed ubiq; ubertim provenire, nomen verò herbæ, Timor Dei eſt: quo reſponſo plus Pater docuit, quàm Rex quæreret. Subriſit enim tantùm, cognovitq; optimus Princeps, Timorem Dei contra omnes eiuſmodi incontinentis animi peſtes, efficaciſſimum eſſe antidotum. Præbet facilè aſſenſum dictis, iterum Tertulianus, gravis antiquitate Doctor, dum lib: de Præſcriptionibus cap: 43 ait: *Vbi Dei metus, ibi gravitas honeſta, diligentia attonita, cura ſollicita, omnia caſta.*

Sed jam

Digitized by Google

Sed jam è terreſtri Paradiſo, unde eum Ti-
noris Dei florem decerpſimus, & de pedeſtri viâ, ad
avigium nos, idem Dei metus, feſſos invitat : ut
eliquum itineris, per liquidum maris elementum ,
ecti conficiamus. Rem arbitror non vacare my-
terio, quod hominum patientiſſimus Iob , Timore
Dei veluti tumentes pelagi fluctus, in ſua ſibi imagi-
atione ſtatuerit: ſic enim cap: 31 loquitur: *Sem-
er quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum.*
ed quid obſecro, Timor, cum tumeſcente flucti-
us oceano, ſimilitudinis habere poteſt? Rem Re-
igioſiſſimus Doctor & S. Papa Gregorius, ita ex-
lanat: Contigerat forté, Beato huic Pontifici, nau-
ragantem è vicino ſpectare onerariam , videbat
ervere ventis mare, ingruere procellas, decumanis
luctibus navim concuti , malum ventis quaſſari ,
proram ad ſaxa allidi, puppim undis obrui. Ecce
verò in tanto rerum diſcrimine poſiti nautæ, omni-
us oneribus, onerariam certatim exonerant, pre-
ioſis etiam opibus non parcunt, ciſtas & ſarcinas,
argento & auro onuſtas, in furentes pelagi vorti-
ces, feſtinatim proijciunt : tum & cauſam, tantæ
divitiarum jacturæ, facilè aſſecutus S. Doctor, ita
lib: 21. Moral. cap: 12 ait: *Cunctæ res in deſpectum
mentis veniunt, amore vivendi, cum enim fluctus,
eam, quam deferunt mortem minantur, nulla tunc
navigantibus rerum cura, ea ipſa quoq; ex navi pro-
ijciunt, pro quibus longas navigationes ſuſceperunt.*

Timor Dei, æquor eſt

Metus nautis, opes eripit.

L Quodſi

Quòd ſi mortis, in corpore ſolùm obeundæ metus, tantùm efficit, ut avari alioquin homines perdendæ temporalis vitæ, timore perculſi, pretioſas opes, in turbidum mare perituras jactent: quantò plus cura & induſtria humana, ne anima æternùm intereat, conniti debet, ſolertiſq; nos documento ſumus, & in nobis experimur ipſi. Quid enim quæſo nos eò impulit? animumq; induxit? ut fortunas ampliſſimas, ætate integrâ, & florente, rebus ſe undis, ſpebuſq; maximis pleni, procul abiecerimus? eccur commodorum, opum, honorum jacturam libenter fecimus? nihil puto cunctati reſpondebimus: operæ pretium nobis viſum eſſe, rerum omnium temporalium jacturâ, ſalutem æternam in tuto locare; verbo: Timor mortis æternæ id in nobis effecit, ut rerum copiam, inopiâ, otia laboribus, epulas ieiunijs, vitæ licentiam ac libertatem, alienæ voluntati parendi ſtudio, byſſum cilicio, permutaverimus: dum ipſas etiam opum ac honorum ſpes, in turbulento fallacis mundi pelago, demerſimus: eodem S. Papa Gregorio, ſic atteſtante: *Nam veluti tempeſtate deprehenſi, pondus navis abijcimus: quando ab oppreſſa mente, deſideria terrena removemus.* Quia ſicut tempeſtas cogit ad merces, in mare proijciendas, ut vita ſervetur: ita Divinus Timor, impellit ad bona temporalia abijcienda, ne ſpiritualia amittantur. Hæc omnia, multoq; etiam maiora præſtat laudatus Timor

Timor Dei, divitias nos ſpernere facit.

mor

nor humanâ mente receptus At ſi, vel ad mini-
num temporis punctum, eum quiſpiam à ſe rele-
gaverit, protinus proiect s mundi reſorbet vani-
ates: ut ex eadem, quam mente verſamus, navi-
gatione videre licet. Contingit enim plerumq;,
llas ipſas naves, ex quibus pretioſa in profundum
aciebantur onera: ubi primùm mare detumuit,
olenis velis eo recurrere, unde paulo ante, proje-
ctis oneribus, ad littus profugerant, eoq; loco an-
choras jacere, quo mercium ſuarum jacturam fe-
cere: illic contis & uncis, demerſas extrahere ſarci-
nas, & licet fluctibus humidos, corroſoſq; pannos,
pro viribus recuperare. Quod dum perpendo,
movet me tam repentina mutatio, ita ut exclamẽ,
eoſq; quos ita ſollicitos, in requirendis ſuis opibus,
nuper in profundum jactis, interrogem. Quid hoc
rei, boni viri eſt? nonne vos ipſi eſtis? qui non
ita pridem, pretioſiſſimis quibuſq; mercibus veſtris,
navem exoneraſtis? auro argentoq; graves arcas,
in fluctus projeciſtis? opes & gazas omnes placan-
dis procellarum vorticibus objeciſtis? Ecquid cau-
ſæ eſt? quòd tanta laboris contentione, projectas in
mare, miſeras naufragij veſtri reliquias, jactarũq;
mercium quiſquilias, ſeriò colligatis? poſtquam pe-
lago ebur, aurumq; donaſtis. Sed in promptu,
habent illi reſponſum, dicuntq;: Malaciæ, placidæq;
auræ, id tribuendum eſt; quæ dum priſtinum timo-
rem, à nobis removit, ad colligendum amiſſas o-

Maris tranquillitas, avaritia occaſio eſt.

 pes,

pes, animum adjecit. Metus mortis, opes nobis è manibus eripuerat, jam tranquilla ſecuritas, facit nos repoſcere eaſdem.

Ad Vanitates mundi redeũt, qui Timoris Dei obliſcũtur

Annon idem inter nos, uſu venire ſolet? heu quoties accidit! at illi, qui in ipſo ſancti Timoris æſtu, paternas ditiones & hæreditates, à ſe proijciebant, prædiorum pretia in egenos diſtribuebant, auri nitorem generoſo contemptu, in oblivionis pelago mergebant, poſt liminium verò temporis, eadem repetunt, domos pagoſq; tanquam naufragij ſui tabulas, probroſis litibus, fœdiſq; pactionibus vindicant, ſe ipſos, curis ſæculi, veluti tumentibus fluctibus, avari immergunt, auri ſacra fame exagitati, nulla ſalutis diſcrimina timent. Quæ ſanè omnia, vel conſopiti, vel exulantis ab animo Timoris, damna ſunt, & opprobria. Meritò proinde vir juſtus, & timoratus Iob dicebat: *Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum.* Si quidem Divini metûs procellæ, animum à rerum cupiditate retrahunt, & gravaminibus conſcientiam exonerant. Iam verò blandientis auræ flatus, & læta ſecuritas, impellit in deſideria multa, & inutilia quæ mergunt homines (ut ait Apoſtolus) in interitum, & perditionem. Quare cum tantis nos cumulet emolumentis, adſcitus in ſocietatem itineris

Timor Dei, conſerVandus eſt.

noſtri, Timor Dei, pulſus veró animo, extremis miſeros afficiat malis, quis eum non perpetuum ſibi volet eſſe ductorem, atq; viæ comitem. Immo ve-

rò unus-

Digitized by Google

ò unuſquiſq; noſtrum, dum percipit regium vate, ta pſallentem: *Timete Dominum omnes Sancti e- us, quoniam non eſt inopia, timentibus eum.* Pſal: 2. pleno pij affectûs ſenſu, cum eodem dicet: *Par- iceps ſum ego, omnium timentium te. Quoniã beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus volet ni- nis:* immo non tantùm volet, ſed volabit etiam, nam quis, certè Divinus Timor, addit currentibus alas.

ALLOCVTIO VII.

A ſæva latrocinantium pecca- orum crudelitate, Dei Timore protegimur.

PRovidè ſatis, factum eſſe arbitror, quòd viam Perfectionis ingreſſi, in ſocietatem itineris no- ri, Timorem Dei adſciverimus: quaſi futurorum ræſcij, quantùm nobis conſtanti gradu pergenti- us, in arrepta via immineat periculi. Quis enim on videt? & experitur? omnes viæ hujus ſemi- is, ab infeſta latronum turba, circumquaq; eſſe bſeſſas. Sed quis ille latrocinantium prædonum rror, in nos invehitur? Equidem ego plures ef- ſo curſu contra nos feſtinare, jam è vicino adver- , ac etiam de ſpecie agnoſco. Prodit eos indi- *Vita noſtra, plena hoſtibus*

catq;

catq; S. Gregorius Papa, dum Homil. 11 in Evangelia monet: *In præſenti vita, quaſi in via ſumus, qui ad patriam pergimus, maligni autem ſpiritus, iter noſtrum, quaſi quidam latrunculi obſident*. Et non diffiteor quidem ego, tartareos ſpiritus illos, animarum noſtrarum ſævos & crudeles eſſe prædones, quorum unuſquiſq; ab initio homicida eſt: illorum vel ipſa horrenda viſu ſpecies, ſi in oculos incurreret, unumquemq; ipſo intuitu, ſubitò exanimaret. Iam verò nocendi hominibus aviditas, tāta illis ineſt, ut nunquam exſatiari poſſit. Sed ſunt magis adhuc crudeles, ipſiſq; ſævis dæmonibus, humano generi longè nocentiores hoſtes: qui hominem aggreſſi, bonis omnibus ſpoliant, excruciant, trucidant. Porrò prædonibus iſtis, peccati nomen eſt. Quid enim magis in hominem deſævire, & crudelius latrocinium exercere poteſt? quàm de facto ſæviant, exerceantq; crudelitatem peccata: à quorum crudeli latrocinio, niſi nos, individuus viæ noſtræ comes, Timor Dei protegat, de bonis, & vita animarum noſtrarum actum eſt. Fidem dictis facilè dabimus, poſtquam & peccatorum crudele latrocinium, & Timoris Dei efficax patrocinium perpenderimus.

A peccatorum hoſtilitate, Dei Timore protegimur.

Quantis opibus, & divitiarum theſauris, hominum animas ſpoliare, ac prædari peccatum ſoleat, humanæ mentis capacitas, nequit ſatis comprehendere. Certè ſolius Divinæ, hominem ſan-

Peccatum, omnibus bonis, homines ſpoliat.

ctifican-

Digitized by Google

iſicantis Gratiæ, tantum eſt pretium, ut nihil e-
um, quæ cæli terræq; ambitu continentur, cum
conferri poſſit, ſi Authorem eorum Deum exce-
ris. Finge enim tibi hominem quempiam, co-
rporis robore, eâ oris dignitate, & ingenij præ-
niiâ præditum eſſe, ut cæteros omnes magnis
oſt ſe relinquat intervallis. Samſonem fortitudi-
:, Abſolonem venuſtate, ſapientiâ & opibus ſupe-
t Salomonem. Terris ille & Regnis omnibus do-
inetur, maria temperet, & æſtus regat, quamvis
ſolentes: immo ſi voles, in æthera cæleſteſq; ma-
unas potentiam ſuam exerceat, habeat ius in ſu-
eriorum orbium motus, habeat in manu fulgura,
: fulmina, omnem in eum mundi dominatum t aſ-
ramus. Demus præterea, illum eſſe thaumatur-
um, & mirabilium operum patratorem, qui alti-
ri colluſtratus lumine, futura prænoſcere & præ-
unciare valeat, & levi manûs attactu, è tabido
rpore morbos depellat, immo ſolâ corporis umbrâ
anitatem perditam, vireſq; reparet, mortis convel-
at repagula, vitaq; functos, vitæ, & luci reſtituat,
nontes imperio transferat, cæteriſq; innumeris
ol'eat donis, & dotibus. Magna hæc fateor, &
d commendationem illuſtria: inferiora tamen ijs
dotibus ac ornamentis, quibus anima hominis, vel
unicâ Divinæ gratiæ ſtillâ adſperſi, condecoratur.
Nam *bonum gratiæ* (ut ait D. Bonaventura) *ma-
ius eſt, quam bonum naturæ, totius univerſi.* Qui e-
nim gra-

Gratia Dei, omnibus bonis creatis potior.

nim Gratiâ Dei potitur, Deo ipſo bonorum omnium inexhauſto fonte fruitur. Quod tamen adeò grande, & inæſtimabile bonum, peccatum homini eripit, dum eum pretioſiſſimo Divinæ Gratiæ theſauro, velut crudeliſſimus prædo, privat, & ſpoliat. Cujus rei, Evangelicus ille viator, triſte nobis exhibet ſpectaculum. De quo ita Æterna Veritas Lucæ 10 ait: *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis, ſemivivo relicto abierunt.* Qui luctuoſus viatoris, à latronibus excarnificati caſus, quid niſi, miſerabilem animæ illius conditionem exprimit, quæ à crudeli peccatorum ſuorum rabie, Divinæ Gratiæ pretioſâ veſte, & divite donorum ſupernaturalium theſauro, ſpoliatam ſe, graviterq; ſauciatam ingemiſcit.

Peccatum gratiam Dei tollit.

Si mihi ad eam quæſtionem: Quis hominum ab orbe condito, feliciſſimus ditiſſimuſq; fuit? reſpondere incumberet: ego non Cræſum, aut Mydam quempiam, non celebrem opibus Salomonem, aut alium, ſimilem ei orbis Monarcham, ſed Protoplaſtum primumq; Parentem noſtrum, in ſtatu innocentiæ conſtitutum, ditiſſimum fuiſſe cenſerem: non ſolùm ex ea ratione, quòd ſolus, ſine æmulo, toti dominaretur mundo, & omnium divitiarum, quæ orbis continentur ambitu, heres ex aſſe foret: Sed potiſſimum ex eo, quòd originalis Iuſtitiæ, & Divinarum Gratiarum dives viveret. Cæterùm, poſtquam

Adam, omnium ditiſſimus, ad extremam devenit inopiã

Digitized by Google

quam hic, orbis univerſi Dominus, in præda-
em peccati poteſtatem devenit, illico omnibus
tus bonis, immo ipſâ etiam pretioſiſſimâ inno-
tiæ veſte ſpoliatus, eò inopiæ redactus, eſt ut unius
oris folijs, miſerâ ſatis lacernâ, nuditatem ſu-
veſtire cogeretur, & factas ad ſceptrum manus,
nsferret ad ligonem: ita omnium egenus, ut
t regales epularum delicias, in ſudore vultûs, ter-
colonus, modico pane, vix arceret famem: ut ta-
m acerba ſauciatæ conſcientiæ vulnera, veluti a-
rta, in triſtes gemitus, ora: cuius dolendi, in
s quoq; paternæ hereditatis iure, devoluti infor-
nij, nemo alius author, niſi ſævus peccati furor,
lut horrendus prædo.

Similem, ſortis ſuæ vicem deplorabat & ille,
ui contra eundem, per oculorum ſuorum aditum,
miſſum hoſtem, omnibus Divinæ Gratiæ ſpoliatus
ibus, dolenter querebatur: *deprædatus eſt animă
eam* Caſſiodorus urbem quandam ſatis populo-
m ingreſſus, admirabundus dicebat: *Quid hoc De
s bone rei! furcam ego vacuam, & urbem plenam
tronibus video:* cui (ut ego facilè aſſequor) multa
eccatorum congeries, crudelem latronum turbam
epræſentahat: quæ miſeros mortales, in ipſa ur-
is frequentia, palam deprædabatur. Sed quid ego,
ominum vile naturâ genus, ab eiuſmodi prædoni-
us dirè tractari deploro? cum in ipſos etiam im-
mortales ſpiritus, non minus deſæviant, & cæleſtes

Caſſiodorus, maximos latrones, peccata appellabat.

Digitized by Google

illos Principes, omnibus exutos opibus, è ſublimibus cælorum palatijs, in profundum abyſſi detrudát. Et terrenæ quidem habitationis noſtræ, ſilveſtre deſertum, à crudeli peccatorum latrocinio infeſtari, quid mirum? cum cæleſtis etiam patriæ feliciores incolas, eadem prædatrix audacia invaſit, unde multos immortalium ſpirituum thronos, ac principatus, omni divitiarum copia, ac ſplendore ſpoliatos, ad miſeram redegit inopiam. Eminebat inter eos ille, cuius operimentum, omnis lapis pretioſus adornabat: quot in eo Divinarum Gratiarum dona ſpectabantur, tot inæſtimabilis pretij, reſplendebant amethiſti, & adamantes. Verùm iſto etiam gemmis radiante paludamento, latrocinantis peccati malitia, Principem Angelorum exuit, naturæ pretium, ſuperantes Divinæ Gratiæ dotes, ademit. Verùm ut quid nos veteres infelicitatis rapinas, quas peccati ſævitia patravit, in memoriam revocamus: cùm recentia ſimilis latrocinij ſpectacula, præ oculis habeamus.

Etiã Angelos peccatum diviis ſpoliavit

Parum eſt, quod in lata & ſpatioſa, quæ ducit ad interitum via, hominum ſæculi licentiam ſectatium animas, peccatorum malitia infeſtat, ſpoliat, & trucidat. Illud magis dolendum, quòd Deo etiam ſacratas, in arcta & ſtrictori perfectionis ſemita, religioſas mentes, cæleſtibus donis exuat, vulneret, & perimat. Nonne Divino cultui, arctius adſtricta fuit illa, digna lacrymis, celebris in Canticis

Quanta peccati in religioſos ſit crudelitas, pia eſt documento anima.

Digitized by Google

s Salomonis, pia anima? & tamen ab hoſtilibus
ſmodi prædonum injurijs, immunis non erat!
undabat illa ſpiritualium divitiarum copiâ, indu
itur byſſo & purpurâ, fulgebat auro textâ veſte
aritatis, reſplendebat murenulis aureis vermicu-
is argento, tota ubiq; ſparſis ardebat gemmis:
æ omnia ornamenta eius, Gratiarum Dei, virtu-
nq; dotes, affatim exprimebant. Sed eheu! hæc
am pretioſa decora, hoſtibus ceſſêre in prædam:
m multis affecta iniurijs, ita ornamentorum ſuo-
m iacturam deplorat: *Percuſſerunt me, vulnera*
runt me, tulerunt pallium meum Sed quinam
i prædones, adeò crudeles fuere? qui bonam &
nocentem animam, pugnis & vulneribus cruen-
re, pretioſo veſtium apparatu ſpoliare, audebant?
eccatorum eam crudelitatem, & rapinam fuiſſe, a-
ud ſacros Interpretes, indubitatum eſt. Quodſi
i piam, & Deo dicatam animam, tantùm peccati
alitia valuit? quid in cæteras etiam religioſas me-
es non præſumet? Atq; utinam, proprio nobis id
on conſtaret exprimento! quam & quantam, bo-
iorum noſtrorum iacturam patiamur, ab eodem cru
leli peccatorum latrocinio: ſed aliam, longè diver-
ſam experimur ſortem. Neq; verò attinet, ut ego
hic ſingula recenſeam detrimenta, nobis ab hoſti-
litate delictorum noſtrorum illata, quæ uniuſcuiuſq;
notitia, habet in comperto. Sunt quibus non pre-
tioſum tantùm Divinæ Gratiæ pallium, ſed veſtes

etiam religioſas, hæc crudelitas detraxit: ut taceam lethaliter ſaucias multorum conſcientias, ereptum per injuriam ius beatæ hæreditatis, & ſuccenſum excruciandis miſeris hominibus, æternitatis rogum. Quæ quidèm, congeſta in unùm malorum acerbitas, non verbis tantùm recenſeri, ſed ne lacrymis quidem, tota æternitate manaturis, ſatis defleri poteſt. Monſtrum eſſe dicunt, viri perfecti ſpiritu pleni, lethale in religioſo peccatum, & meritò quidèm, nam horrenda in eo, cauſat damna & infortunia.

Tolerabilius eſt à dæmone, quàm a peccato eſſe obſeſſū

Vnde benè, non minus eruditione, quàm ſanctitate clarus, vir magni ſpiritûs P. Ioannes Neręmbergius dicebat: *Pejus eſt, uni peccato obnoxium eſſe, quàm omnes dæmones tolerare, corpori ſuo inſeſſos:* nam ipſi etiam infernales ſpiritus, quamvis omne ſuum robur, contra nos exercent, nihil nobis incommodi afferre poſſunt, niſi in ſocietatem ſui furoris, malitiam peccati adſciſcant. Vnde, magnà illa ſanctitatis nomina, & invicti Heroes, plus unius peccati crudelitatem, quàm omnes mundi ærumnas, ac ipſas etiam infernalium poteſtatum furias, formidabant. Magnus ille pugil Paulus Apoſtolus, omnes huiusmodi ærumnas, quaſi ad certamen & duellum provocabat, dum glorianter diceret: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Verùm tota hac æru-

Sancti nihil, præter peccatum timebāt.

Digitized by Google

ærumnarum legione, minimè perterritus, eti-
infernales principatus ac poteſtates, cæteraſq́;
bi furias, contemptui habebat, dum fidenter ad-
at: *Ce tus ſum, quia neq; m rs, neq; Angeli, neq;
ncipatus, neq; alia creatura, poterit nos ſeparare
haritate Dei* Quam animi magnitudinem, ad-
ratus Ioannes Cluniacenſis Tomo 7 ſer. 67 ait:
nnia provocavit, de ſolo peccato tacuit: quaſi
eret? Quid cauſæ eſt? quod cum S. Apoſtolus,
nium ærumnarum, creaturarum, immo inferna-
m etiam furiarum, centuriatas legiones, auda-
er ad certamen provocaret, ipſum peccatum la-
ſſere non auſus, ne quidem nominavit Quæ in
nto Heroe inſolita formido, illa ſe tuetur ratone:
ıcd à peccati malitia, humana fragilitas, & ſu-
retur facilè, & torqueatur ſupra modum acerbè.
mile (ut alios taceam) & fortitudinis ſpecimen, &
moris exemplum, fuit eiuſdem Pauli Apoſtoli e-
mius cultor, & Encomiaſtes, oris aurei Doctor,
ui cùm nullos mundi terrores timeret, ſolum per-
orreſcebat peccatum. Dum enim Eudoxia Au-
uſta, graves illi intentaret minas, quod ſuæ con-
iorum iniquitati obſiſteret, ita illi reſpondiſſe fer-
ur, *Fruſtra me Regina terres, Chryſoſtomus nihil ni-
peccatum timet.* Quantùm hoc Deus bone! cru-
ele malum! quod fortiſſimi Hercum, ſolum &
nicum pertimeſcebant, non ignari: nihil eſſe pec-
ato, & ferocitate potentius, & crudelitate atrocius.

Inter

Inter eos itaq; adeo validos, & crudeles animarum noſtrarum prædones, cùm iter noſtrum proſequi debeamus, quantùm nobis animi, & virium debet ſupereſſe, ut eorum immane latrocinium euadamus. Actum eſſe de nobis exiſtimemus, niſi nos ille, quem viæ huius comitem adſcivimus, Timor Dei protegat, defendatq;. Cui quis neſciat tantùm ineſſe virium, ut omnem peccatorum rabiem, ſiſtat & comprimat. Mira mihi ſemper, & perceptu non facilis, viſa eſt illa, viri ſecundum cor Dei adhortatio, dicentis: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Neq; enim ſatis capio, quâ ratione, ira à peccato coerceat? cúm & ipſa, inter ſeriem peccatorum recenſeatur: niſi fortè Regius Vates, eius ſenſûs fuerit, quòd animi naturâ fervidiores, & cholerici, non ita facilè peccatis ſuccumbant: ſicut eis ſuccumbere ſolent, complexiones flaccidæ, & phlegmaticæ. At enim experientia, aliud planè docet. Videmus enim fervidos illos ſpiritûs, faciliùs in iram, & cupiditatis flammas efferveſcere, quàm lenes affectu mentes. Scio, quòd Divi Baſilij ore. ira cos virtutis appelletur. Mentis enim fervore, ad omnes heroicæ virtutis actus acuimur. Novi, Interpretes, prædicta Pſalmi verba, ita explanare: *Iraſcimini, & nolite peccare:* hoc eſt, cùm inſurgunt pravi, & rebelles motus, qui ſunt initia, & radices peccatorum, iraſcimini naturæ veſtræ corruptæ, & reſiſtite fortes. Veluti enim, cum quispiam

Timor Dei, noſter eſt, à peccatis protector.

Peccatis, iraſcendum eſt.

am, hoſti vehementius iraſcitur, pugnis eum, & rberibus cædit: ita ſi quis ſuam rebellem, contra ſentiat carnem, iuſtè iratus, plagis eam afficiat ultis, & velut hoſtem perpetuo proſequatur odio: t faciebat ille, qui dicebat: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo.* Talis enim ira, omni letatè melior, & ad arcendum peccato aditum oportuna.

Rem compertam, quiſquis propriâ habet expeientiâ, ultrò fatebitur Pſaltem congruè dixiſſe: *raſcimini & nolite peccare.* In Hebræo legitur: *ontremiſcite, & nolite peccare.* Vnde facilè quiis colligere poteſt, quòd Timor Dei, uſq; ad tremorem concutiens oſſa, latrocinantem peccatorũ aalitiam retundat, & debellet: ut facilè aſſentiens it D. Bernardus: *Validus & vehemens eſt ſpiritus imoris, ad reſiſtendum peccato.* Rei quam aſſero, eſtis eſt luculentus, & inſigne documentum, præclaræ virtutis adoleſcens, gentis Hebrææ decus, Ioeph: qui in periculoſo illo conflictu, & lubrico pudoris certamine, licet detracto per vim pallio, è manibus impuræ prædactricis profugit, integram tamen innocentiæ veſtem, cæteraq; virtutum ornamenta, ſolo Dei protectus Timore, victor è pugna retulit. Metuebat enim ille vindicem ſceleris Deum, cum diceret: *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum.* Id vel maximè D. Hieronymus, ſanctæ illi animæ, quam in ſpiritu inſtru-

Periclitanti Ioſepho, Timor Dei ſuppetias tulit.

ritu inſtruebat, diligentius inculcabat, dum ei ita in ſuis monitorijs ſcripſit: *Onuſta incedis auro, latro tibi vitandus eſt. Nolo tibi venire ſuperbiam de propoſito, ſed timorem.* Quaſi diceret: es tu quidem ſponſa Chriſti, Divini Amoris auro, & pretioſis virtutum gemmis adornata, ſed quò pluribus refulges ornamentis, eò magis prædæ avidos habes undiq; infeſtos latrones: quorum inſidias & conatus, nonniſi ſolius Timoris Dei adjuta ſubſidio, eludes & ſecura evades. Quare cum tanta vis, contra omnem peccatorum nequitiam, inſit Timori Dei: ejus protectionis beneficio, crudeles iſtos latrones feliciter evadamus.

ALLOCUTIO VIII.

Leves culpæ, gravium ſunt cauſæ malorum.

POſtquam grandiores offenſionis ſcopulos, ſumus demoliti, reſtant, munitiora quidem illa, multùm tamen curſum noſtrum retardantia offendicula, de eadem perfectionis viâ amovenda. Quid enim refert, maiores ſaxorum obices, ne graviter impingas, ſubmoviſſe? ſi minores ſilices, & lapilli, viam aſperant, & veſtigia cruentant? ac quod inde ſequitur, ultra progredi non ſinunt. Porro in

viâ

Digitized by Google

iâ Perfectionis, minora hæc, profectûs noſtri im-
edimenta, vitæ ſpiritualis Duces, ac Magiſtri, di-
unt eſſe minutiores defectus, & culpas veniales,
uæ eſto viatorem, letihaliter collapſum, non col-
dant, multùm tamen à profectu impediunt, &
etrahunt: immo ſæpè parvitatis ſuæ contemptores,
d interitum uſq; offendunt. Vt benè de illis di-
erit Angelicus Doctor: *Impedimenta ſpiritualis
rofectûs, ſunt peccata venialia: per illa enim re-
ardatur affectus hominis, ne promptè feratur in
Deum.* Gravius illud eſt, quod de ijs aſſerit S.
Auguſtinus, dum ita in expoſitione Pſalmi 118 loqui-
ur: *Adverſus majora vigilantibus, quædam incau
is minora ſubrepunt, quæ ſingula, ſi nos non con-
erunt, omnia tamen acervo obruunt.* Ex quo pa-
et, ab hiſce etiam minutioribus offendiculis, grā-
de nobis imminere periculum. Demus conſideran-
dis eorum diſcriminibus operam, & ſic, quævis mi-
nuta, ſolita in grandia excreſcere mala, vitare co-
nabimur.

Veniales culpæ, periculoſi ſunt in via perfectionis ſcopuli.

Grande inprimis malum, quævis minutiſſima etiam venialis culpa infligit animæ, ad ſimilitudinem Creatoris ſui conditæ, & Divinarum Gratiarum venuſtate, ad ſtuporem præditæ: dum ejus ſpeciem naturâ & gratiâ mirè decoram, inficit & deturpat. Rem ut clariùs mentis noſtræ obtutu intueamur. ponamus ante oculos, viatorem formâ venuſtum, & facie decorum, veſtibus pretioſis, cæ-

Quantùm peccata venialia, deturpant hominem, patuit in anima, à Solomone deſcripta.

 teriſq;

teriſq; ornamentis inſignem, inter grandia & minora, ſcopulorum ſaxa curſu contendentem. Non ille alliſo ad petram capite, cerebrum fundat, non cervicem ad ſcopulum frangat, Sed in aſperos ſilices, & præacutas teſtas lapſus, facie impingat, rurſus quidem ille, ſe in pedes erigit, & attolit vultum: ſed ſaucium & fœdè deformatum. En illa, grata ad illecebram oculorum facies, multo ſangvine pluit, crebro vulnere hiat, livore tumet, monſtrum horrendum, non hominem gratioſum refert. Veſtium nitor, & elegantia, luto, & cruore reſperſa vileſcit: atqui non in grande ſaxum, totâ mole impegit, ſed in minutos, verùm præacutos lapillos, lapſabundus cecidit, quantum tamen, ab hiſce etiam minutis damnum, & dedecus retulit! ita, ut qui nuper mirâ oris venuſtate, omnium in ſe rapiebat oculos, jam deformis, horrori ſit intuentibus. Ita omnino multis in ſanctioris Perfectionis via, contingere ſolet. Quid ſunt enim grandia peccatorum crimina? niſi fatales ſcopuli, & grandia ſaxa, ad quæ ſi impingas, graviter concuſſus, lethali caſu occumbis Minora verò errata & veniales culpæ, ſunt veluti parvi quidem, ſed aſperi, & præacuti ſilices & lapilli, qui conſcientiam vulnerant, decoram animæ faciem deformant, & pretioſum gratiæ ſanctioris amictum, fœdè deturpant: ita ut cæleſtis ille Sponſus, & Rex Potentiſſimus Chriſtus Deus noſter, animam minoribus etiam

peccatis

Digitized by Google

catis deformatam, videre horreat: & abomi-
ur.

Documentum rei, eſt illa celebris in Salomo-
hymenæo ſponſa: quæ, quouſq; integrum ani-
æ ſuæ nitorem retinuit, grata ſemper oculis ſpō-
:æleſtis fuit: cujus ille venuſto recreatus aſpectu,
pè in ejus elegantis formæ laudes excurrens, di-
bat: *Ecce tu Pulchra es, formoſa mea, Amica*
: *mea, & macula non eſt in te.* Poſteaquam ve-
› hæc eadem infelix anima, in minora quidem il-
, graviter tamen decorem ſuum lædentia, neſcio
uæ offendicula, incidiſſet: propter quæ denigra-
ım ſe, & fædè vulneratam ingemiſceret, illico, nau-
:abundos ſponſi ſui oculos, à ſe avertit: ita ut cu-
.ıs nuper delectabatur aſpectu, deformatam, ne
ntueri quidem, citra abominationem, ſuſtineret.
Vnde, ne ſibi in oculos ampliùs incurreret, à ſuo e-
ım abigebat aſpectu, dum indignabundus diceret:
Abi poſt veſtigia gregum tuorum, paſce hædos tuos.
Quaſi diceret, faceſſe ab oculis, ſpectrum non ani-
ma, quæ contemptâ rationis lege, in belluinos de-
generaſti mores, inter bruta & pecudes commoreris.
Divino indigna conſpectu & præſentiâ: horror eſt
oculos, conijcere in hanc tuam deformitatem. Ne-
que verò ſola & unica, tam miſeræ ſortis fuit hæc
anima: habet plurimos hominum, infelicitatis ſuæ
conſortes: quorum, cum diu, multùmq; ſanctioris
gratiæ venuſtate, inſignes animæ, Divinis gratæ eſ-

 ſent

Digitized by Google

Animæ culpis venialibus infectæ, horrori ſũt

ſent oculis, poſtquam eum interiorem, mentis ſuæ decorem, levioribus etiam nævis deformarunt: horrori, & abominationi eſſe Deo cæperunt. Immo ſi humanis etiam oculis, deformitas animæ, quamvis minoribus vitijs deturpatæ, patere poſſet, tanto horrore hominem concuteret, quantus ad eum interimendum, ſufficiens eſſet. Cujus rei conſcia, ſancta illa anima, Beata Catharina Genuenſis, Deum precata eſt, ut ſibi in extremo mortis agone, omnium potiùs dæmonum ſpectra, cernenda exhiberet, quàm minimam peccati ſui maculam. Id enim ſi animæ, Deum ſincerè diligenti, perſpicuè intueri detur, futurum ajebat: ut mox in pulvere redigeretur. Vnde eadem, cùm interiori luce, aliquando colluſtrata didiciſſet, quantum malum eſſet peccatum veniale, tantus illicò æſtus, cor ejus inceſſit, ut videretur diſſolvi, & in fruſta diſcerpi, ſi in ſe, vel unam ejuſmodi maculam advertiſſet, immo mox obrigeſcens mortua concidiſſet. Confirmat idem è primorum Patrum noſtrorum decemviratu, pietate & eruditione inſignis P. Alphonſus Salmeron, qui multa, quam allegat authoritate fretus, aſſerit: *Si quem Deus permitteret, videre peccata ſua, etiam leviora, ſicut ea intuetur ipſe, mox homo ille, ruptis præ horrore præcordijs, ſenſibus & vitâ deſtitutus, areſceret.* Immo Lorinus præclarus Divinæ ſcripturæ noſter Interpres, non dubitat, acerbius ipſâ gehennâ tormentum eſſe, fædiſſimam ſuorum peccatorum formam intueri. Quod-

Digitized by Google

Peccata venialia, homines a Dei conſpectu arcent.

Quodſi cæcucientes hominum oculos, tanto
orrore venialis etiam malitia, perſtringit? quid
nirum, Deum viſu perſpicaciſſimum, animam ita
nquinatam, à ſuo conſpectu arcere. Rei quam aſ-
ero, teſtis eſt omni exceptione major, immo ma-
imus Eccleſiæ Doctor S. Auguſtinus qui ſerm. 41.
e ſanctis ita ſenſum ſuum enuntiat: *Venialia, no-
rum decus exterminant, & animam inquinant, e-
mq; veluti quibusdam puſtulis, & quaſi horrendâ
cabie, deformem faciunt, ut eam in conſpectum
ponſi cæleſtis, aut vix, aut cum grandi confuſione,
enire permittant.* Quare cum ita minores etiam
ulpæ, humanos Divinoſq; oculos, ſuâ offendant
æditate, quis earum turpitudinem non perhorre-
cet? quis militiam non deteſtabitur? quis, non po
iùs, omnium rerum creatarum jacturam facere?
uàm vel leviſſimam ejuſmodi labem, quæ tantam
n ſe vim mali continet, in animum admittere præ-
umet?

Gravem peccatis venialibus deberi pænam, multæ docent hiſtoriæ

Et quia ita naturâ, uſuq; comparatum eſt, ut
gravitatem offenſæ, æquè gravis comitetur pæna.
entiunt eam duram naturæ legem, etiam mini-
næ mortalium culpæ: nam uti magnam Deo cre-
nt offenſam, ita in grandem pariter excreſcunt pæ
nam: quæ illis humano, Divinoq; iudicio infligi ſo-
et. Leve omninò fuit, illud delictum, Regis Saul
ilij Ionathæ, dum paululum mellis delibaſſet: quod
n eo, latæ legis extenuabat ignorantia: & tamen à

Rege

Rege & Parente, capitis damnatus eſt Certè & illud Ananiæ ac Saphiræ mendacium, venialis culpæ metam non exceſſerat, uti cum Auguſtino, cenſent pleriq; magni nominis Doctores: & tamen Principis Apoſtolorum ſententiâ, ſubitâ morte ambo mulctati ſunt. Approbant humanum iudicium, in castigandis levioribus culpis, & Beatorum ſpirituum mentes, è quibus fuit ille Angelus, à quo S. Franciſca Romana, ob exiguam temporis moram, inutiliter tranſactam, gravem excepit alapam. Sed nemo ſeveriùs leviores culpas, quàm Dei Iuſtitia caſtigat, quibus eluendis, piacularem ignem, flammis infernalibus, per omnia parem, non æternum quidem illum, in multa tamen tempora duraturum ſuccendit. Experitur etiamnum, ejus pœnæ gravitatem, Religioſus ille, è familia D. Dominici, de quo Heroldus, ejuſdem religionis ſcriptor memorat, quòd ob ſuam in explendis pœnitentijs negligentiam, uſq; ad diem extremi judicij, flammis purgatorij adjudicatus eſſet. Æquè horrendum & illud eſt, quod Petrus Damianus memoriæ prodidit, Religioſum quendam, quòd in ſolitis ſibi precibus, ad ſolenne illud carmen, *Gloria Patri*, in ſignum reverentiæ, capitis inclinationem negligeret, marmoreæ columnæ fuiſſe alligatum, cum cuius ingenti pondere, centies interdiu, totidem vicibus noctu, ad profundiſſimam totius corporis inclinationem, continuò cogebatur, quo ſupplicij genere

Igne purgatorij leves culpæ puniuntur

tantum

ntùm ſe affligi referebat, ut gravius tormentum
ud inferos, vix reperiri crederet. Sed quid ego,
uca hæc commemoro, quorum plena extant ad
orrorem, gravium volumina ſcriptorum. Quæ o-
nia claro ſunt documento, magnam, minimis
iam culpis, ineſſe vim malitiæ: quæ tam gravi
pplicio, & exquiſitis ad horrorem, caſtigatur tor-
entis, ab æquiſſimo rerum Arbitro, & Iudice Deo.

Noverat benè, Divino afflatim illuſtratus lu-
ine, B. Pater noſter, grande in quibuſvis minutis
tere malum. Libet aliqua rei huius documenta
memoriam revocare. Contigerat B Patrem, in
uoſdam è noſtris, ad januam confabulantes inci-
iſſe, unde indignatus loquacitati, nec non tempo-
s iacturæ, juſſit eos acervum lapidum, in proxi-
o ſitum, ad ſummam ædium contignationem, ſi-
e cunctatione transferre. Gravius illud eſt, quod
efert Petrus Ribadeneira, & plures alij teſtantur,
vibus interdum erratis, graves ſtatuere pænas, e
more habuiſſe: quod patuit inde: Sanciverat I-
natius, illam tot ſubſequentium Generalium ordi-
ationibus, & Congregationum Decretis, approba-
m legem, ne noſtri, graves alioquin matronas, re-
oto ſocio, adirent, & alloquerentur. Contigerat
num è Patribus, optimum ſenem, contra legem
tam, ſimplicitate magis, quàm dolo, deliquiſſe:
uod poſteaquam ad notitiam S. Patris perveniſſet,
raviter illud, ſenilis ſimplicitatis factum, vindica-

S. Pater Ignatius leves etiam culpas, graviter puniebat.

vit, nam

vit: nam coactis in unum aliquot Patribuſ, hom-
nem productum in medium, verborum aſperita-
coarguit, & tamdiu in ſe flagelliſ animadverte-
iuſſit, quàmdiu, orſi à quinquageſimo, ſinguli Pſa-
mum unum recitarent. *I*dem IGNATIVS (ne qu-
obſcuri nominis homines tantùm, in officio eum c-
tinuiſſe credat) Laynium ipſum, hominem, cu-
parem, in Europa Societas non habebat, abſolut-
virtutis & eruditionis virum, gravi nihilominu-
& ſevero correxit imperio. Relatum fuerat S. Pa-
tri, concionantem ad Divi Iacobi in urbe Layn-
um, ieciſſe dicta, quibuſ aliquorum Principum vi-
tia, quamviſ ſubobſcurè tangi, ac perſtringi vide-
bantur: quod cum ab IGNA*TII* prudentiſſima d-
ſciplina longiſſimè abeſſet, redeuntem Laynium, a-
januam domûs præſtolatus, adducto, interrog-
ſupercilio. Velletne in Societate perſeverare? q-
interrogatione improviſà Laynius, nihil quidem -
bi conſcius, reverentià tamen tanti viri, in quo -
legitimum in ſe imperium, & neſcio quid Divi-
ineſſe ſentiebat, non mediocriter conturbatus, re-
ſpondit: id ſibi fixum animo conſtanter eſſe. Tu-
IGNATIVS, graviter incuſans, quod minuſ cau-
locutus, occaſionem ſuſpicandi, atq; obloquen-
dediſſet, publicam ſubire iuſſit verberationem: n-
Layniuſ cunctanter exequebatur imperium. E-
dem, & alterum illud, Societatiſ lumen, Franci-
ſcus *X*averius agebatur in Indijs ſpiritu, quo

IGNATI-

Digitized by Google

NATIVS, in Europa Vnde Antonium Somé-
m, hominem clari nominis, & Goæ, apud viros
ncipes gratioſum in paucis, ſui tamen imperij,
mus promptum exſecutorem, Societate exau-
ravit Imitabatur utrumq; & illud contemptûs
mdi, & humilitatis prodigium, toto orbe cla-
ſmum, S. Franciſcus Borgia, qui regimini ad-
otus, aliquos magni generis, & ſpei juvenes, è ſo-
etate dimiſit: ob aliquot racemos, in vinea, non
e cuiuſdam pervicaciæ notâ decerptos. Ita San-
i perfectiq; viri, Divinæ Iuſtitiæ æmulati rigorem,
minores etiam graviter animadvertebant culpas:
uòd in illis, plurimùm latere mali, optimè noſſent.

SS. Franciſcus Xaverius & Borgia, ſeverè in minores defectus animadvertebāt.

Parumne homini rationis compoti, ac lumine
ei illuſtrato, mali in ſe continere, minimæ etiam
lpæ, videbuntur? quæ ex communi Aſceticæ &
heologicæ eruditionis, Doctorum ſenſu, ad gravi-
lethalium peccatorum crimina diſponere, ac ve-
ni viam ſtruere ſolent. Aſſertum probat experi-
entali inductione B. Laurentius Iuſtinianus, dum
b: de vitæ ſolitudine, ita loquitur: *Quicunq; ab
tioſis ſermonibus linguam minimè compeſcit, ſæ-
pe in mendacia, detractiones, blaſphemias, turpilo-
quia delabitur.* Hoc idem ex antiquioribus, gravis
Aſceticæ doctrinæ Magiſter, S. Dorotheus ita incul-
cat: *Vt pernoſcatis, quòd ex minimis, & naturâ
vilibus, ad magna & pergrandia contemnenda, per-
facile delabamur. Cum cæperit quiſpiam dicere:*

Culpæ leviores, ad gravia diſponunt peccata.

O   *quid*

quid refert, ſi verbum dixero? quid refert, ſi m… cum extra tempus comedero? quid refert, ſi in h… rem oculos intendero? Ex hoc enim, quid eſt hoc? … quid eſt illud? quid refert hoc? quid refert illud? m… la ac perverſa conſuetudo admittitur, & imbibit… & ſic ad magna & gravia itur. Quod multis, i… felici experimento conſtat: cùm enim quiſpiam … cere præſumit: quid mihi incommodi verbum o… oſum parere poteſt? Minus eſt, ſi licentioſiùs ri… deam & iocer: quid mali ſubeſſe poteſt liberio… aſpectui, ac facetiori ſermoni? ecce verò audacia … lis, magnis ſenſim aſſveſcit malis, portamq; aper… quâ ingenuus pudor, & verecundia, in ſcelus er… pant, & in enormia crimina ruant. Quinimmo m… gnus Eccleſiæ & S. Doctor Auguſtinus, ipſam m… titudinem, lethalem eſſe ſæpè aſſerit, dum veni… bus culpis, veluti multiplicatis arenæ granis, … mam obrui & ſuffocari, aſſeverans ait: *Proje… molem, vide ne arenâ obruaris.* Tiberio Cæſ… draco in delicijs erat, quem ipſe manu ſuâ nutr… bat, hunc cùm à formicis conſumptum eſſe cog… viſſet, ab oraculo monitus eſt: multitudinem cav… ret. Plinius narrat in Hiſpania à cuniculis, in Th… ſallia à talpis, in Gallia à locuſtis, oppida & urb… ſuffoſas, & demolitas eſſe. Immo à culicibus, … pibus, & veſpis, integros exercitus fuſos, fugatoſ… que eſſe, plurimæ referunt hiſtoriæ. Quòd ſi tan… tùm, minuta animalcula, in grandes moles poſſun…

Parva magnis exitio ſunt.

valentq;

[...]lentq[...] Quid conferta venialium multitudo, in [...]iſeras, depravatæ naturæ hominum animas, non [...]oterit? immo verò eas numero obruit, & necat. [...]uamvis enim (ut communis eſt Theologorum ſe[...]us) multa venialia, unum non efficiant mortale: [...]iſponi tamen, & quaſi manu duci hominem, à [...]inoribus culpis, ad maxima crimina, nemo eſt [...]i dubitet: immo omnes, cum Doctore Angelico [...]onſentiunt, venialibus, cauſari diſpoſitivè lethalia.

Deus minutiora peccata, gravibus punit ſceleribus.

Et quod maximè horrendum eſt, cum eodem Theologorum Anteſignano, communiter docente: Deo uſitatum eſſe, leviores hominum culpas, grandibus vindicare ſceleribus. Cujus calamitatis maximæ vim experimento percepit, regio diademate redimitus Propheta David. Non exceſſerat ille, culpæ venialis terminos, quando orationi, ut ego conjcio, dicatum à meridie tempus, ſomno conceſſit, quanto tamen ſcelere, vindicavit in eo, modicam illam ſomnolentiam Deus, horror eſt dicere, pudor vetat, etiam cogitare: qui ſi brevem illam temporis, moram quam ſopori indulſit, ſolitæ orationi impendiſſet, nunquam eum Divina Providentia permiſiſſet, in tanta labi crimina; quæ multis lacrymis, & rigidâ vitæ auſteritate, vix tandem expiaret. Quid inter religioſos cætus, aut frequentationê crebriùs, aut æſtimatione leviùs, quàm ſacratas orationi temporis particulas, ſomno, vel otio litare? alijs orantibus altùm indormire, inter leves

Davidis ſomnilentia, adulterio eſt vindicata.

O2 id re-

id recenſetur culpas: cùm tamen, non unus ex-
riatur David, quantis criminibus, plectat po-
modum Deus, hoc culpæ genus, ad ſpeciem lev-
Non quòd Divina Bonitas, protrudat in ſcelus al-
quem, violentâ manu: ſed quia, levioribus offen-
ſa culpis, ſubtrahit auxilium ſpeciale, quo deſtitu-
tus homo, in enormia lapſus ſcelera, ruit præcep-
in æternæ perditionis abyſſum. Cùm itaq; in tam
multa & grandia mala, minutæ etiam, excreſcan-
culpæ: huc curam, & laborem, omni ſtudio admo-
veamus: ut hæc opinione parva · nocumento ma-
xima, Perfectionis noſtræ offendicula, ſubmo-
faciamus.

ALLOCUTIO IX.

Grandis eſt, cujusvis ſcandali malitia.

Iter perfectionis, ſcopulis plenum.

INfeſtam nuper latronibus viam, Timoris Dei o-
pe, feliciter prætergreſſi, hodie in plenum, mul-
tis & grandibus offendiculis iter incidimus: per
ſaxa, & rupes, reptandum nobis eſt. Quis verò in-
ter frequentes ſcopulos iter habens, non facilè of-
fendat & labatur? Ipſe tibi compatitur Deus, in-
ter ejuſmodi offendicula, deplorande viator, unde

& *An-*

Digitized by Google

Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Pſal. 90. Et debemus quidèm, in cuſtodiam noſtri deputatis beatis Ductoribus, immortales gratias, quòd eorum beneficio, & vigilantiâ, multos offenſionis ſcopulos, illæſi tranſeamus. Cæterùm tamen, quia inter ipſas etiam ſupportantium Angelorum manus, contingit pleroſq;, in hæc offendicula, graviter impingere, & turpiter labi: ideo omnem lapidem movere debemus, ut hos offenſionis obices (ſi nos illæſos eſſe volumus.) de via ſubmoveamus. Porro hæc, itinerantium offendicula, non ſunt alia, niſi lapides offenſionis, & petra ſcandali· hoc eſt graviores culpæ, quæ, ſi ad extra prodeant, & in oculos incurrant, nunquam ſine aliorum offenſione, & ſcandalo fiunt. Iſti nempè ſunt fatales ſcandolorum ſcopuli, in quos, non tantùm hominum, mundi vanitatem ſectantium, ſed religioſi etiam pedes, non raró impingunt, & cruentant conſcientiam Hos ergò offenſionis lapides, & petram ſcandali, tollere opus eſt, ut fiant prava in directa, & aſpera, in vias planas: neque enim aliter illæſi traſibimus, niſi hæc obſtacula amota faciamus. Quod laboris onus, puto nos non illibenter aggreſſuros, poſtquam damna & pericula, ejuſmodi offendiculorum, perſpecta habuerimus.

Scandala, ſunt lapides offenſionis.

Quamvis multis, & enormibus, tota hæc qua

late

Chriſtus ſcã-dalũ gravi ad-dixit ſuppli-cio

latè patet mundi machina, ſit hominum refer-
ſceleribus, attamen nulli eorum, aut acerbiùs inve-
luit, aut graviùs comminata eſt, Æterna in carne
Sapientia, quàm ſcandalo, dum diceret: *Væ mundo*
à ſcandalis. Gravem omnino, & nocentiſſimam, hu-
jus criminis malitiam neceſſe eſt, quæ adeo triſte
& horrendum Væ, ex ore Divino elicuit Neq; ve-
rò tantùm, æquiſſimus rerum Arbiter & Iudex, in
carne humana Deus, dolenter ſupra ſceleris hujus
enormitatem ingemuit, ſed graviſſimo etiam ſup-
plicio, idem crimen addixit, dum plenum horro-
edictum, in ea verba publicari fecit: *Qui ſcanda-*
zaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt,
expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria, in collo e-
jus, & demergatur in profundo maris. Et quis eſt,
quem tam formidabiles minæ, & edicti ſeverita-
non terreat? Noverat Incarnata Dei Sapientia, in-
finitas ſcelerum enormitates, genus hominum per-
vagari, ſciebat reperiri maleficia, uſurpabat o-
patrata homicidia, non ignorabat, beſtijs turpiora
intemperantiæ flagitia, audiebat blaſphemias, &
perjuria. Nullum tamen ex his, alijſq; infinitis fa-
cinoribus ſcelus, tam gravi & acerbo ſupplicio ad-
judicavit, quanto crimen ſcandali affecit: dum il-
non quemcunq; lapidem, ſed molam graviſſimam
alligari, & in altiſſimos pelagi hiatus, demergi ac
ſepeliri iuſſit. Nec mirum, cætera enim crimina,
præter delinquentem, aut nulli, aut certè, uni & al-

teri,

Digitized by Google

... ſolent eſſe nocumento. Malitia ſcandali, ő-
nnibus facinus inſpectantibus, perniciem affert
c ad exitium trahit.

Et ut à cælo, peſtis hujus initium ſumam, quæro: quid illa clariſſima ſedis Empyreæ, ſidera, mmortalium ſpirituum lumina? extinxit? & veluti umantes tædis, ſtagno immerſit tartareo: unde rævaricatoribus Angelis, cauſa & origo interitus? Erant inter eos, affectu ardentes Seraphini, emiebant dignitatis præcellentiâ inſignes Throni & Principatus, valebant viribus Virtutes, & Poteſtates. Excellebant Cherubini ſapientiâ, pollebant multis univerſi, gratiæ & naturæ dotibus Et quia ſcientia, multis præſertim juncta præcellentijs, mentem ſuperbo tumore inflat, & mox inflata detumeſcit: ta & Angelis naturæ, & gratiæ excellentia, mentis elationem, elatio ruinam, acerſivit. Semper enim ſuperbos, ſequitur gravis, à tergo caſus. In livorem alij, ruinam Angelorum conijciunt. Invidebat, aiunt illi, ſuæ ſibi conſcia excellentiæ, Angelica cogitatio, humanæ, longè viliori naturæ, eam felicitatem, quòd *non Angelos* (ut ait Apoſtolus) *ſed ſemen Abrahæ*, eſſet Verbum Æternum, ad hypoſtaticam unionem apprehenſurum. Vnde cùm hominem, ſibi præferri, mens Angelica, non poteſt concoquere, rumpitur invidiâ: inde origo caſûs, & ruinæ. Verùm aliam textus Scripturæ, interitûs Angelici innuit rationem: dum illa clariſſima cæli ſidera,

Angelis, fa. ſtu, & invidia, occaſio ruina fuit.

Digitized by Google

li ſidera, immanis cuiuſpiam draconis malitia, narrat eſſe detracta, quod ita ſcriptor Apocalipticus refert· *Ecce draco magnus & cauda ejus trahebat tertiam partem ſtellarum cæli.* Tantæ nimirum virulentiæ, fuerant primi inter Angelos Luciferi, facta impia, & nefarij auſus, ut non tantùm illius eximium decorem, in horrendum draconis monſtrũ transmutarint, ſed plurimos etiam immortales ſpiritus, peſtiferâ ſcandali afflatos malitiâ, traxerint, & detruſerint in interitum

Scandalum ſinaliter Angelos cælo detruſit.

Neq; verò in Angelos tantùm, ſed in univerſum etiam mortalium genus, venenatus ſerpens iſte, virus ſuum exhalavit: quando parentes noſtros, plenâ ſcandali perſvaſione, à ſui Creatoris cultu, & obſequio retraxit, & in omnes eorum poſteros, eandem peſtem propagavit. Grave hoc, & damnoſum fateor, fuiſſe ſcandalum, quo dæmones humano generi plurimum nocuerunt, ac etiamnum nocere non deſinunt. Cæterùm Sanctus Abbas & Doctor Bernardus, nocentiora hominum, quàm dæmonum, putat eſſe ſcandala, dum ſerm: 1 in ſeptuageſimà ait: *Atq; utinam, ſoli impugnarent nos maligni ſpiritus, cum ſuis ſuggeſtionibus, & nihil nocerent homines, pernicioſis exemplis, ſvaſionibus importunis, atq; alijs modis.* Qui, ſancti Doctoris, ſenſus, manifeſtè declarat, majoris eſſe virulentiæ, prava exempla, ab hominibus profecta, quàm à dæmonibus ſuggeſta, ad malum incitamenta: unde liquet,

Homines paradiſo ejecit.

Nocentiora ſunt hominũ, quàm dæmonum ſcandala.

quet, ipſis etiam malignis ſpiritibus, profundiùs
ɔc, hominum crimen, in pelago inferni, cum mo-
aſinaria eſſe demergendum. Et quod majus,
:aviuſq; eſt, quò quis hominum ampliori pollet præ
·llentiâ, eò faciliùs, ſed & nocentiùs, alios perver-
agendi ratione, aut avellit à bono, aut impellit
l malum.

Rem ſtabiliat Evangelica narratio. *In hu-*
ıanam ſalutem ſollicitè incumbens Redemptor
oſter, iter pro more agebat: ecce autem cæcita-
s ſuæ tenebris, involutus miſerabilis quidam men-
icus, cùm Dominum prodigiorum famâ celebrem,
:anſire intelligeret, magnis vocibus ſucclamabat:
ſu Fili David, miſerere mei: non. ſtagnet erga
ıe pietas tua, quæ in omnes redundat. Multa tum
Chriſtum cingebat undequaq; turba, confertiſſimus
ındiq; erat populus, ex quibus: *Qui præibant, in-*
repabant eum, ut taceret. Rem puto non carere
nyſterio, quòd cum plurimi retro, & ante comites,
ıſſiſtebant Domino, ſoli tamen priores objurgabant
:æcum: *Qui præibant, increpabant eum, ut taceret*.
Bonum revera opus, cæcus iſte operabatur, dum
Verbi Incarnati laudem prædicabat, & ejuſdem
piiſſimam bonitatem, ac clementiam implorabat.
Ecquid tamen: inventi ſunt, & quidem ex primis,
& cæteros præeuntibus, qui eum objurgarent? lau-
danti Deum, ſilentium imponerent? os devotioni
deditum, vix non pugnis obtunderent? Iam (ni me

Cæcus à Chri-ſto illuminatus, cur tacere jubetur?

 mea

Digitized by Google

mea fallat opinio) aſſequor, ac pando arcanum. Ideo iſti, qui in ſocietate Chriſti, alios præeunt, cæcum devotioni vacantem, arguunt, quia adumbrat illos, qui cum in domo Dei, alios officio præeunt, ac dignitate præſtant, quales ſunt Religioſi, ac inter eos, ſacro munere inſigniti Sacerdotes. Hi enim frequenter alios, ſeu dictis increpant, ſeu factis à pietate avertunt, & ſæpè aut re, aut voce dicunt: Quò iſtud triſte, ac luctuoſum vitæ genus? quò ſolitaria vita, & hominum fuga? quò indiſcreta carnis afflictio, & auſtera ſævities? Quorſum, os homini, ad loquelam datum, tantùm non duriori ferreâ obſtrui debet, ſtrictioris ſilentij ſera? utquid iſta inopiæ voluntaria egeſtas? quorſum grave alieni imperij jugum? Atq; ita videmus, magis eos algere, quibus, alios incendere, incumbebat, & impedimentum pietati afferri ab eis, à quibus promovenda erat.

Antiquiores ſunt religione, ſunt ſcandalo junioribus.

Ad rem melius illuſtrandam, nollem loci hujus, graviſſimis, Divinæ Sapientiæ oraculis, aſſvetam ſanctitatem, unius fabellæ narratione profanare: quia tamen, coram ſuprema ſedis Apoſtolica Majeſtate, in præſentia Sanctiſſimi Domini Alexandri Papæ Septimi & Purpuratis Patribus, Sacer, & per orbem clarus Eccleſiaſtes, non pridem vitâ functus, Pater noſter Generalis, Ioannes Paulus Oliva, non eſt veritus, eandem inducere: dabitur & mihi venia, pleni ſpiritûs Oratoris, & Patris veſtigia, in

Lupus pastorum ſaltu ſcādalizatus.

narratio-

Digitized by Google

arratione ſequenti Lupus famē urgēnte, è ſil-
a progreſſus, venit ad ovile, & clandeſtinè, a-
gnum negligenter ſervatum, ſurripuit: mox celeri
ugâ, famem prædâ expleturus, feſtinabat. Cùm
ecce cuſtodes, animadverſo infortunio, ad arma
conclamant, ſtatimq; omnes citatis paſſibus, feram
ſequuntur, ſaxis, & fuſtibus armati, ac canum la-
trantium dentibus, belluam impetituri. Lupus tam
ingenti ſtrepitu, & armatis undiq; concurrentibus,
exterritus, prædam dimittit, celeriq; curſu, ſe in
ſilvam proripit. Sed brevi, interpoſitâ temporis
morâ, primis veſpere tenebris, famis impatiens,
rurſus ſilva egreditur, & perceptum è culina na-
ribus odorem, lento, ac latente veſtigio ſequitur:
deductus ad tugurium, videt per feneſtræ vitrum,
illos ipſos Paſtores, qui ſibi modo primùm, miſe-
ram è famelicis faucibus prædam, tanto clamore, &
tumultu eripuerant, clanculum & opiparè epulari:
advertit, non tantùm agnum, ſed pingviſſimum e-
tiam armenti vitulum, ab illis devorari, canibus ve-
rò pone jacentibus, reſiduum cum oſſibus proijci.
Rem admiratus, ſubridens exclamat: O vos præcla-
ros, lupo etiam infideliores Paſtores! unum ego a-
gnellum, ad ſedandam famem ſuſtuleram, & quos
contra me clamores, tumultus, ac latratus non ſu-
ſcitaſtis? fuſtibus me veſtris contundere, haſtis con-
fodere, canum dentibus dilacerare contendiſtis.
Vos verò ipſi, inſcio hero, in detrimentum ejus,

non unum jam agnum, & vitulum, devoraſtis. Quodſi plura furta, & ſcelera eorum didiciſſet, plura haud dubiè, ferociens beſtia, in hunc ſenſum iiſdem objeciſſet: ſiccine impij probitatis ſimulatores, ut veſtram probetis fidelitatem, tanto contra me zelo exardeſcitis? ipſi tot furtorum, & rapinarum rei, Parcite in poſterum mihi, ſodales mei cúm ego de grege veſtro, fami meæ conſulam quandoquidem & vos, tot pingvia domini veſtri pecora, uſq; ad ingluviem, devoratis. Atq; ita peſſimo Paſtorum exemplo, ſcandalizatus lupus, avidiùs poſtmodum, rapiendis clanculum ovibus, inſtabat, & gregem ferox mactabat.

Etiam viri religioſi cum alios arguunt ipſi ſcandaloſè delinquunt.

Cujus veró typum gerunt iſti Paſtores: Nos omnino, religioſos & ſacerdotes, notant ad vivum & exprimunt. Exardeſcimus ſiquidem & nos, ac non raró, ſeu in familiari ſermone, ſeu è ſuggeſtu, pro concione detonamus, fulminamus: contra multorum hominum crimina: arguimus illos, qui in religione nobis, ſunt aut ætate, aut ſtatu inferiores, ipſi interea, multa, non minori reprehenſione digna, facimus. Reperiuntur, inter nos, qui fures, raptores cæteroſq; juſti, & æqui violatores, ardentibus inferni flammis addicunt, & tantùm in ſulphureos vortices, proprijs manibus, non detrudunt: ipſi vero amant, & exercent rapinam in holocauſto: dum ea quæ Deo, ſacramento votorum dicârunt, iterum ſibi vendicant, & uſurpant: quaſi veró grandius crimen fue-

ien fuerit alienum peculium depilaſſe, quàm vo-
am Deo paupertatem violaſſe? Sunt qui mancipatã
varitiæ cupiditatem, idolorum ſervitutem, cum A-
oſtolo appellant: ipſi autem crimen ariolandi, &
celus idololatriæ committunt, dum ſuis non acqui e-
unt, aut repugnant Præpoſitis. Fœdas in alijs volu-
tates, æternis cruciatibus deſtinatas, damnant:
enſus interea ſuos, delicatè, & licentioſè tractant:
ctiones illorum nullis modeſtiæ legibus circumſcri
tæ, loquendi & quidvis effutiendi, ingens libertas.
Quæ dum extranei, pariter ac domeſtici, vident:
quid non audent? immo idem ſibi arbitrantur lice-
re, dum poſitos in altiori gradu, graviter delinque-
re advertunt. Quo criminis genere, quantùm Di-
vina exacerbetur patientia? teſtis eſt Sanctus Gre-
gorius Papa, dum ex intimo animi ſenſu, Hom. 17.
in Evan: querulosè ait: *Nullum puto, ab alijs ma-
jus præjudicium, quàm à ſacerdotibus tolerat Deus,
quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, da-
re de ſe exempla pravitatis cernit.* Quales erant
illi juniores, Heli Pontificis temporibus, ſacerdotes,
quorum, grande nimis peccatum, Sacra Hiſtoria
proclamat, quòd populum à Divino cultu & pro-
feſſione pietatis, peſſimâ morum ſuorum pravitate
retraherent.

Non minùs graviter & acerbè, Petrus quoq; Damianus invehitur in quoſdam Eremitas, qui cùm aliquando hoſpitio exciperent virum quendam, Per- *Profelitus factis Eremitarum ſingularitatum.*

fectioris

fectioris vitæ ineundæ ſtudio incenſum: ſic eum aniilibus nugis, & otioſis deliramentis, ſic ſcurrilibus jocis, inanibuſq; ludibrijs, licentiâ & levitate agendi, interturbarunt, ut & ſuum ordinem: ei redderent contemptibilem, & hoſpitem ab optimo Perfectionis capeſſendæ propoſito, averterent. Quibus, eorumq; ſectatoribus, deditis nugacitati religioſis quadrat illud, quæ Dei Incarnata Veritas, ſectæ Phariſaicæ, ita exprobrabat: *Væ vobis ſcribæ, Phariſei, & hypocrytæ, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum, & cùm factus fuerit, facitis filium gehennæ, duplò quam vos.* Tantum, malitiæ hujus, alios corrumpentis, virus eſt, ut plurimos viciet, & interimat: unde non mirum eſt, S. Bernardum, contra eam vitij peſtem, ſic olim declamaſſe: *Expedit ei, ſi quis eſt, qui ſcandala ſuſcitat in hac domo, in hac ſancta, Deo placita, & Angelis ejus admodum grata, ac familiari congregatione, ut ſuſpendatur in collo ejus mola aſinaria, & pro ſuavi jugo & onere Salvatoris, gravi mole terrenæ cupiditatis humeris ejus impoſitâ, demergatur in profundum maris hujus, quod eſt ſine dubio, ſæculum nequam.* Quaſi Apoſtoli ſenſu & affectu loqueretur, dicentis: *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant!* Velut enim in humani corporis compage, infectum lue peſtiferâ, (quæ gangræna dicitur) membrum, illicò abſcinditur, ne virus in corpus ſpargat, & diffundat univerſum: ita in nulla ſanctiori communitate

S. Bernardi contra ſcandala telum.

tolerari

ſerari poſſunt, qui mali virulentiâ exempli, afflant inficiunt cæteros.

Quod, vel maximè in myſtico Societatis noſtræ corpore, clarum eſt. Tolerantur hic, multi humanæ infirmitatis defectus: verùm ſi aliquod, corã extraneis, aut domeſticis ſcandalum, erumpit in facinus, præciſa omni morâ, malum avellitur, ne in multorum ſerpat perniciem. Cum igitur tanta inficiatur lue, & afficiatur pænâ, ſcandali malitia, omni ope ac induſtriâ laborandum eſt, ut eam amoveamus de via. Angelum imitati Apocalipticum, qui (ut de eo Evangelicus Propheta refert) *ſuſtulit lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare*. Et benè Angelus, non quiſpiam alius, grandem hanc ſcopuli molam ſuſtuliſſe, & in profundum pelagi projeciſſe refertur: ad tollendos enim lapides offenſionis, & ſcandali, Angelica vi, ac virtute opus eſt. Vnde & Æterna in carne Veritas ait: *Mittet Filius Hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala*. Tanti enim ponderis, grave ſcandali crimen eſt: ut non humanis, ſed Angelicis humeris, & viribus tolli debeat, ne ſit offendiculo multis. Ergo, vel itineris noſtri fidos comites, & duces, Tutelares Angelos, ſupplices deprecemur, ut eos offenſionis, & ſcandali ſcopulos, de medio noſtri tollant, vel certè ipſi, Angelis vitæ innocentiâ, & ſanctitate ſimiles facti, eoſdem Perfectionis religioſæ, grandes ſcandalorum obices, pro viri-

Angelicis viribus opus eſt, ad tollenda ſcandala.

pro viribus amoveamus: obſecuti Apoſtolo ſvadenti: *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetúr miniſterium noſtrum:* ut ſublatis hujuſmodi offendiculis, ſecuriùs iter noſtrum conficiamus.

ALLOCVTIO X.

Seria mortis conſideratio, magnus eſt, Religioſæ Perfectionis ſtimulus.

POſt longa, & aſpera, emenſi itineris ſpatia, inclinata jam ad veſperam, prima profectûs noſtri die, quieti aliquid dandum eſt. Veluti enim cæteri viatores, feſſus longo itinere, recreaturi vires, ad obvium, declinant diverſorium, ut ibi quieti, & refocillationi, datâ aliquâ temporis morâ, corroboratis viribus, reliquum vitæ ſpatium, alacriùs proſequantur: ita & noſtræ, diuturniore curſu, defatigatæ vires, modicam quietis, poſtulant pauſam. Sed quod iſtud hoſpitale erit? noſtræ quieti, & reſtaurandis viribus opportunum? Nullum ego putaverim commodius illo, quod nobis Regius Vates indigitat, dum Pſalmo 48. ait: *Sepulchra domus eorum.* Quaſi dicat, ſi quis viatorum, ad proſequendam virtutis viam, vires ſibi & animum deeſſe ſentit, ad

Sepulchrum, viatorum eſt hoſpitale.

Digitized by Google

, ad tumulos mortuorum, mente, & cogitatione, ntiſper deflectat, ibi, ſi uſquam aliàs, & feſſas ſtaurabit vires, & ad continuandum profectum, ovum aſſumet robur. Veritas dicti, non ſolâ di- ntis authoritate, ſed multorum etiam experimen- conſtat, ita enim fieri videmus, & experimur, uòd langvidis, & torpentibus in via perfectionis entibus, humanæ mortalitatis ſedula cogitatio, d ulteriorem profectum, robur, & animum ad- at. Ingrediamur & nos, ſeriæ conſiderationis ac- ceſſu, ſepulchrale diverſorium iſtud, ut reſtaurato, ic animi fervore, alacriori poſtmodum paſſu, iter noſtrum proſequi valeamus.

Mortis conſideratio, vires reſtaurat, ad profectum ſpiritualem.

Incredibile dictu eſt, quantùm non in ſæcula- es tantùm animos, ſed in religioſos etiam affectus, aleat aſſidua mortis recordatio, quæ dum in cogi- atione viget, mentem ad mores, & vitam ſanctè inſtituendam, allicit. Quid enim eſt, quod nos, divitiarum opes, honorum faſtus, deliciarum ſua- vitates, cæteraſq; ſpecioſas mundi illecebras, fecit deſpexiſſe? niſi viva mortis contemplatio? Certè magnus ille ſanctioris ſapientiæ Magiſter, D. Hie- ronymus, tanti fecit mortis meditationem, ut eam, ad omnes, vitiorum labes eluendas, & humanæ æſtimationis aſpernanda pretia, ſufficere arbitra- tus fuerit, unde illud tanto ingenio dignum, fre- quens ei axioma erat: *Facilè contemnit omnia, qui ſe cogitat moriturum.* Neq; enim huiuſmodi ho-

Qui mortem cogitat, facilè contemnit omnia.

Digitized by Google

minem, à contemplanda Dei pulchritudine, ſanctimonia vitæ, creaturarum venuſtas, & ſenſuum lenocinia revocabunt. Facilè contempla[tione] mortis, auri ſplendorem, & divites gazas, volu[pta]riæ poſtponet inopiæ, illuſtres honorum titulos, [...]æ poſthabebit abjectioni, ſvavem deliciarum g[u]ſtum, procul à ſuis arcebit ſenſibus.

David dum mortem cogitat etiã ab aqua potu abſtinet.

Quantùm enim, ad infrenandas cupidit[ates] hominum, potens ſit propoſitæ mortis imago, [re]ligioſis etiam mentibus, ſit documento, Rex & Pro[pheta] David: quem cùm aquæ Bethleemiticæ, [ve]hemens cupido inceſſiſſet, tres, quos in ſuo exe[rci]tu recenſebat, Heroum fortiſſimi, deſiderio Regis [ob]ſecuturi, vi & armis, per media hoſtium caſtra, [a]pertâ viâ, ad ciſternam penetrârunt, indeq; per eoſdem hoſtiles cuneos, inſolito fortitudinis exem[plo], hauſtam, & Regi expetitam aquam, attulerunt. Gratus Rex, allatum accepit potum, non tamen guſtavit, quin potiùs effudit, & libavit eum Domino dicens: *Num ſanguinem hominum iſtorum bibam?* Teneor pernoſcendi deſiderio, quid cauſæ fuerit, quòd magnâ ſiti concupitam, nec minori labore acquiſitam aquam, Regum optimus David, bibere renuerit? Noverat credo optimè ille, quantùm & Divino guſtui arrideret, & inſerviret merito, cujuslibet ſenſuális appetitûs refrenatio: ac proinde ut victoria ſui, & Deo placeret, & præmio gauderet, propinato ſibi abſtinuit potu. Sed hanc

ipſam

Digitized by Google

ſam meritoriam abſtinentiam, quis perſvaſit ſi-
mi? Rem tangit S. Doctor Ambroſius, qui cùm
Apologia David, eandem inſtituiſſet quæſtionem:
d Sanctum Regem impulit, ut ab aquæ percu-
o potu, ſibi temperaret? reſpondens ait: *Sua-*
item bibendi, aqua bibere non poterat, quæ pro-
ſito mortis horrore conſtabat. Vbi S. Doctor, be-
& indubitatè ſentit periculum illud diſcrimen-
e mortis, in quod ſe, vitamq́; ſuam, conjecerant
es bellatores fortiſſimi, Regi, prorſus omnem ap-
etitum ademiſſe, ad eam, quam ſitiebat aquam?
Quodſi, ſolâ cogitatione mortis alienæ, alteratus
David, tantopere deſideratum, nauſeavit potum?
quid in religioſis mentibus, propriæ mortalitatis,
ria non efficiet recordatio? nulla omninò illis con-
inget ſine felle voluptas, nulla ſine nauſea dulcedo.

Expertus eſt eam, cogitatæ mortis efficaci-
m, inter proſperæ, & adverſæ ſortis alternas vi-
es, poſt turpem lapſum, erectus in ſpem ſalutis,
conſummatæ ſanctitatis culmen, celebris ille Ia-
cobus Eremita, quem, cùm inter continua ieiuni-
rum, vigiliarum, precationum, cæteraq; morti-
tæ carnis præſidia, eremus & ſolitudo, à fœdæ
voluptatis inſultu, tutari non poſſent, plenum exeſis
oſſibus ſepulchrum, à ſimili incurſu, in poſterum
protexit. Cùm enim ſe, ad unam annorum decadem
in tumulo, lapſus incluſiſſet Eremita, facilè inter
fœtidam cadaverum tabem, non ſolùm contracti

Iacobo Eremita magis ſepulchrum, quàm eremus ad ſanctitatē profuit.

 ſceleris

ſceleris labem eluit, ſed inſuper, ſepulchrali cinere ita ſuam perpolivit ſanctitatem, ut non ſolùm perditum Divinæ Gratiæ theſaurum, abundè recuperaret, ſed miraculorum etiam prodigijs inclareſceret. Ita ſemper, quanquam omnes, præcipuè tamen affectus religioſos, domicilia mortuorum postquam in ijs, cogitationi ſuæ fixam fecerint ſtationem, non ſolùm à valido gravium malorum incurſu tutantur, ſed ad ſublimem etiam ſanctitatem erudiunt, & promovent.

Religioſi teporem excutiũt, qui mortem cogitant.

Nulla major, graviorq; lues, homines religioſos afficere poteſt, quàm ſi primævo fervore ſpiritûs deſtitutos, deſes quidam invadat, occupetq; torpor: talis enim langventis animi deſidia, inertem ad Dei obſequia reddit affectum, ac ſenſim virtutis omnem abſumit vigorem. Cæterùm ſi huic quoq; malo, ſeria mortis adhibeatur recordatio, facilè torpeſcentes langvore vires, ſpiritu ferventi animabit, addetq; ad alacrem in via virtutis profectum, calcar, & animum. Si quempiam mortalium, certè pervulgatam illam in Canticis Salomonis ſponſam, inſolitus quidam inſederat, ac etiam lecto molliter compoſito, immerſerat tepor: ita ut cæleſti Sponſo, oſtium ſæpiùs pulſanti, ac ingreſſum inſtanter depoſcenti, omni humanitate ſepoſitâ, inurbanè ſatis reſponderit: *Expoliavi me tunicâ meâ, & quomodo induar illâ? lavi pedes meos & quomodo coinquinabo eos?* Gravis omnino fuerat, hæc

Digitized by Google

, hæc torpeſcentis animæ pigritia, & inurbani- morum, quæ cæleſtem ſponſum, ad ſe magnâ natione accedentem, non admiſit, ne dicam, occluſis foribus, cum rubore repulit. Sed enim ne- o, quo, ſubito acta fervore, & alio, repentè af- ta ſpiritu: *Surrexi inquit ut aperirem dilecto meo* nde quæſo, tam repentina mutatio? quid, modo- imúm deſidem, & quietem ſuavem, cauſantem nimam, lecto excivit? ad aſſumendas, quas jam uerat veſtes, induxit? & ad aperiendum pulſanti onſo impulit? Pandit ipſa arcanum, dum mox ddit: *Manus meæ ſtillaverunt myrrham:* quæ ver- a videntur cauſam, ſubitæ illius mutationis conti- ere. Nam myrrha ut Gregorius Niſſenus alijq; lures interpretantur, mortis ſymbolum eſt Vnde eſes illa ſponſa, dum ſeriâ cogitatione, memori- m mortis ad mentem revccavit, illico ad majo- em Perfectionem, ex deſidiæ lecto ſurrexit, & quæ paulò ante, quodam negligentiæ ſopore ſepulta ia- cuerat, mortis contemplatione excitata, ad Dei cultum, & Dininis vocibus obediendum, prompta evigilavit: ita credo ſecum ratiocinata: Quouſq; corpori quietem indulgebo? quod brevi, lethali ſo- mno ſopietur. Vtquid carnem iſtam delicatiùs ha- bebo? quæ in cineris cumulum & vermium agmen, non ita multò poſt reſolvetur. Amareſcitis mihi omnes deliciarum ſuavitates, quas ſors humana, mortalitatis ſuæ, myrrhâ, acerbiore fato, amarè condivit.

Mortis cogitatio Animæ ad fervorem excitavit

condivit. Surgo, & torporem excutio, ut me vi-
cantis Dei conſecrem ſervitio. Non audio deſidia
ad quietem invitantem, ut me inopinatus mo
acceſſus, in Dei obſequio, inveniat vigilantem
que ita beata illa ſponſa, myrrhæ, quam præ o
nibus habebat, amaritudine, ad ſuæ mortalitatis r
cordationem excitata, excuſſo gravi torporis ſo
mno, ad pietatis opera ferventer exhibenda, ala
conſurrexit. Vtinam verò omnes, hâc ſymbo
mortis myrrha, mentis noſtræ cogitationem, pe
petuò conditam haberemus, facilè profectò, re
diata langvoris deſidiâ, ad fervorem ſpiritûs, fe
incitaremur.

Tepidi Brevi-te, mors horrenda, alijs profuit.

Ita contigit illi. apud Climacum, viro religio
ſo, qui cùm ferventer vitæ religioſæ curſum inch
aſſet, ſenſim fervoris deficiente ſpiritu, ſegniter, &
tepidè, reliquos traducebat dies: hic gravi corpo
ris morbo oppreſſus, & ad extrema deductus, mor
te demum extinctus, ab omnibus credebatur. Ec
ce verò poſt aliquot temporis intervallum, quaſi e
gravi ſopore excitus, ſibiq; redditus, faceſſere o
mnes adſtantes iuſſit: tum obſtructo ſaxis cellæ adi
tu, ibi. nemini ampliùs viſus, in omni vitæ rigore,
& ſoli Deo nota ſanctimonia, modico pane, & a
qua, per feneſtellam porrectis, ſuſtentatus, inte
gros duodecim annos tranſegit. Semper ſimili
attonito fluentibus largè lacrymis ſedens, ea ani
mo verſabat, quæ, in ſuo exceſſu, in regione umbræ

mortis

Digitized by Google

ortis perceperat. Cùm verò jam vicinus morti, tremum ſpiritum, inter magnos gemitus duce-r, excitati inſolito ejulantis clamore Monachi, ef-ſracto per vim aditu, ad morientem ingreſſi, noviſ-ſima verba, & ſalutis monita, ab eo petierunt: qui-bus hoc ſolùm, omnium mentibus, altè infigendum liquit dogma, fatiſcenti voce, ingeminans: Sci-te fratres, neminem, qui mortis memoriam ha-buerit, malé vivere poſſe. O quàm facilè, noſter quoq; ſæpiùs intepeſcens ſpiritus efferveſceret, ſi e-am, quam aliorum recordationi, crebrò ingerimus, ſi menti infixam mortis memoriam haberemus.

Scholam Principum, dixit quidam, eſſe ſe-pulchrum, nec immeritò: hic enim nativam ſui litatem, & moderationem actionum, coronata e-iam addiſcunt capita. Sed habet religioſus quoq; intellectus, quam ex hac ſepulchrali palæſtra, per-cipiat doctrinam. Nemo ſiquidem morte profun-dius docet, & efficaciùs ad perſvadendum dicit. Non enim ſoli tantùm, è cinere in altum evolant re-vivi Phænices, ſed religioſi etiam affectus, ex re-vocato ad cogitationē ſepulchrali pulvere, aſſurgūt, in ſublimè perfectæ ſanctitatis feruntur. Sanctū Patriarcham Abrahamum imitati: qui poſtquam uxori ſuæ demortuæ Saræ parentavit, *ſurrexit* (in-quit ſacer textus) *ab officio funeris*. Habent, ipſa etiam, ſacræ ſcripturæ verba, ſuos arcanos ſenſus, & myſteria. Vnde non ſine cauſa, puto ſacrum Hi-

Mortales Phœnicem imitati, ex recogitato cinere mortis evolant ad ſanctitatem, ut patuit in Abrahamo.

ſtoricum,

ſtoricum, Divino ſpiritu afflatum, uſum eſſe h
modo loquendi, ſurrexit non verò receſſit Abraham
ab officio funeris. Bene enim exiſtimari poteſt, S
Patriarcham ab illo tumulo ſurrexiſſe, hoc eſt ad u
teriorem perfectioremq; vivendi ſtatum, evaſiſſe
Dum enim uxoris ſuæ Saræ mortem, tacitâ apud ſ
cogitatione conſiderat, ad perfectiorem vitam co
ſcendit. Neq; verò vana hæc, & ex humano tantùm
cerebro nata eſt conſideratio quæ ſacræ etiam inni
titur Hiſtoriæ, nam paulò ante mortem Saræ, refe
ſacra pagina de Abrahamo, Gen: 21 *Fuit colon*
terræ Palæſtinorum, diebus multis. Exercebat agri
culturam operosè & rem familiarem curabat dil
genter. Iam verò poſt peractum illud funus, fact
eſt ejuſdem terræ contemptor, dum ita Gen· 23 ſu
os alloqueretur vicinos · *Advena ego ſum, & pere*
grinus apud vos: quaſi ex mortis ſeria conſideratı
one, ad rerum terrenarum contemptum inducere
tur, ad ſtudium verò virtutis accenderetur. N
mirum, cur enim temporalia bona non contemn
ret? qui hæc à morte eripi, cogitaret? Scio, quan
tùm mundi pretia & oblectamenta, in noſtris qu
q; animis vileſcerent: facilè conijcio, quantam re
ligioſæ Perfectionis æſtimationem, & ſtudium con
ciperemus, ſi continuam mortis recordationem
præ oculis haberemus.

Abraham de mortem cogitat contemnit terrena.

Ad comprobandam rei veritatem, jam non e
veterum Aſcetarum eremo, ſed domeſticum, & n
tiſſimum

Digitized by Google

ſimum producō exemplum. Quid enim illud, n ſummatæ perfectionis, in religione noſtra progium, Sanctum loquor Franciſcum Borgiam, non lum ad contemnenda omnia, quæ mundus amat appretiat, induxit? ſed etiam ad ſanctitatis perctionem promovit? quam in eo militantis, & trinphantis Eccleſiæ, indigenæ, ſatis mirari nequeat: niſi illa mortis palæſtra, in qua ille, ex putido, bellæ Auguſtæ cadavere, cæleſtem planè didicit pientiam: ut nihil ampliùs duceret æſtimandum, idquid noverat periturum. Princeps medicorum lenus, argentum vivum, cinere extingvi docebat. anciſcus vivam argenti cupiditatem, & inexplelem auri famem, ſepulchrali cinere ſuffocari, & ſe didicit, & docuit orbem. Aureè rurſus Chryſtomus, ſepulchrum vocat: *omnium ſcholam virtum:* in qua, ad *I*ſabellæ tumulum, conſummaæ ſanctitatis adeptus Borgia lauream, nos in eanm palæſtram, ſuo inducit exemplo, & perſvadet, t illic continuâ verſemur recordatione: quod ſi fecrimus, brevi nos in virtutum ſtudio, multùm proecturos ſperemus.

S. Franciſcus Borgia, in mortis palæſtra, eximiâ eſt ſanctitate eruditus.

Vnum, ex invictis vetuſtæ antiquitatis herous, leo ex improviſò, inermem invaſerat, jamq; n eum horrendis dentibus, & ungvibus ferebatur: ui cum arma, quæ belluæ opponeret, præſto non ſſent, arreptum de terra, manu pulverem, in oculs, ferocientetis beſtiæ ingeſſit, & ſic excæcatam

Mortis recordatio, paſſionum, edomat ferociã.

debellavit. Quid ſunt illi paſſionum noſtrarum tioſi appetitus? niſi feroces quidam leones, qu ſuperare volumus, ſepulchralis recordatione cin comprimamus. Niſi fortè, mellei operis fabric ces, imitari malimus apes· quæ inſolito quodam citæ æſtu, toto agmine in ſublimè gregatim ev & ſoliti oblitæ laboris, per áëra ludunt, ac ſtr aculeorum telis confligunt. Quis verò, adeo i lentia apum agmina, coercendi modus? en pul ris exigui jactu, compreſſa quieſcunt, & ad ſo redeunt labores. Contingit interdum etiam r gioſas mentes, longè latèq; evagari, ac morè ap per inane mundi ſpatium, totas ſe ineptæ læ dare. verùm injecto recordationi, mortuali pulve illico inſolentes conquieſcunt, & ad ſolitum, in formanda perfectione laborem, contriti rede

Religioſi, inſtar apum, pulvere ſepulchrali coercentur.

Scimus ignem, cineri inſepultum fove ac conſervari extra verò cineris cumulum, poſitu deficere, ac extingvi: ineſt ſimilis, & ſepulch cineri virtus: nam huic etiam immerſa cogit ſpiritûs religioſi fervorem fovet, ac conſervat: qu in multis quidem, præcipuè tamen in illo. Reli onis noſtræ, magnæ virtutis viro, Patre Andrea Zea patuit: qui primâ Quadrageſimalis jejunij d benedictum cinerem, in cubiculo ſuo aſſervare, in eo mortis cogitationem volvere, continuò ſo bat. Vnde religioſum fervorem, in illo cinere, it feliciter conſervavit, ut non plurimis tantùm virt

Spiritûs religioſi fervorem, inſtar ignis, in cinere conſervari, probavit P. Andreas de Zea.

tum

m exemplis, ſed miraculis etiam clareſceret: ut eo in anno dierum memorabilium prima Ianu- meminit celebris Author Pater Ioannes Nida.
His itaq; & harum ſimilibus dediti cogitationi- ſi in hoc mortis hoſpitali tantillùm quieveri- mus, alacriores, ad proſequendum Perfectionis iter, conſurgemus.

ALLOCUTIO XI.

Gravem Teporis malitiam, Dei Iudiciorum, & pænarum inferni, ſæpe efficaciter amovet, memoria.

FEſſis ex itinere viribus, quietis aliquid, in mortis hoſpitali dedimus, ut vegetiores ultra proficiſci poſſimus. Ineſt enim, ut vidimus, vis non mediocris morti, ad urgendos tardantium greſſus. Vnde & perſpicax illa, in ſua Apocalypſi Apoſtolica Aquila, contemplabatur mortem, equo pallido inſidentem, quòd currentibus calcar, & ſtimulum addat. Sed tanta eſt, humanæ noſtræ conditionis hebetudo, ut mortis etiam impulſu, & ſtimulis exagitati, innati cujuſdam langvoris vitio, adhuc defi-

Magnum perfectionis impedimentum, tepiditas.

Digitized by Google

ciamus in via, & cum vires ad curſum, vel maxim
intendimus, ſolito correpti tepore, non tantum l
tè ſerpimus, ſed etiam, quod pejus eſt, miſe
mur, & concidimus. Et hæc eſt, quanquam
mortalium generi, maximè tamen hominibus,
tam religioſam profitentibus, nocentiſſima tepi
tatis labes, quæ multos, eò progredi non ſinit,
ratio vocationis, & impoſitæ Perfectionis obliga
urget: immo non paucos, retro cedere, & in via ſ
lutis periclitari facit. Quâ ergo tandem ratione
hoc nos extricabimus malo? quod ne ipſius quid
toties conſideratæ mortis, horridus aſpectus vul
à nobis abigere valet. Meum conſilium eſt, gr
de genus mali (ut illud remis veliſq; fugiamus)
curatiùs conſideremus: tum & duo, ad excutien
teporem, opportuna Iudiciorum Dei, & piacula
um ignium, adhibeamus excitamenta.

Tepiditas, ad proficiendum vires adimit, & ad malum impellit.

Omnes quotquot vitæ ſpiritualis profeſſione
& Aſceticæ doctrinæ peritiâ claruerunt, nihil pe
& perniciofius, teporis langvore in vita religi
contingere poſſe, unanimi conſenſu aſſerunt. N
ideo ſolùm, quòd virulenta peſtis hæc, robur
vires, ad omnem in virtute progreſſum, tollat
adimat: ſed etiam, quòd ad multa, & gravia cr
mina, animum ſenſim diſponat, ac tandem in per
ditionis æternæ barathrum præcipitet. Quod ad
ſublatum, peſte hâc, omnem vigorem ſpectat, re
præclarè proſequitur magni animi, & ferventis ſpi
ritûs

...us. Quintus religionis noſtræ Generalis, Pater ...laudius Aquaviva, dum ita, in illa, de Renovatio... Spiritûs, Aurea Epiſtola ſua, loquitur: *Nihil vi... religioſo tam ſuſpectum, æquè ac periculoſum eſſe ...teſt, quàm ſi ſtudium in ſe, procedendi in virtu... & perfectæ vitæ perſequendæ, frigeſcere ſenti... Etenim ea res, non modò facit, ut lentè gradia... ...ur, aut potiùs conſiſtamus, & ad ſpeciem dunta... ..., uſurpationemq; conſuetudinis, noſtra munera ...eamus: verùm etiam aſſiduè, tanquam tinea quæ... ...m, vires roburq; noſtrum ſenſim, ſine ſenſu corro... Itaq; idem nobis, quod ligno carioſo, uſu venit, ...od & ſi integrum videtur extrinſecus, tamen pō... ...e impoſito, frangitur, & caſu ipſo oſtendit, quid ...tea vitij lateret interiùs. Ita fortes olim ac ro... ...ſti, debilitantur paulatim, atq; franguntur.* Quòd ...tio ad graviora crimina, in quæ ſenſim tepor no... ...er delabitur, & ſalutis æternæ diſcrimen attinet. ...um *Bernardum*, rei ſeriem graphicè deſcriben... ...m, audiamus: inquit ille ſermone 6. de Aſcenſi... ...e Domini: *Multos ſanè invenire eſt homines, ...ſillanimes & remiſſos, deficientes ſub onere: vir... & calcaribus indigentes, quorum remiſſa lætitia, ...evis & rara compunctio, animalis cogitatio, te... ...ida devotio. Non tibi horum vita, inferno pœni... ...is appropinquare videtur?* Et quod omnium gra... ...iſſimum eſt, eò infelicitatis gravi tepore obrigeſ... ...cens animus deducitur, ut ne Divinis quidem be...

Tepidum, nullis Dei beneficijs flecti, Iudas eſt documento.

neficijs

neficijs flecti, moveriq; poſſit. Quod Divus Hie nymus per expreſſum aſſerit, & tragico Juda ſcariotis documento probat. Vitam ille & tiro n'um virtutis, in Collegio Apoſtolico, ſub Dei d ctu & magiſterio egerat, nec dubium quòd ſim cæteris Apoſtolis, ſanctitatis fundamenta po'uer unde ſub ipſa Apoſtolatûs ſui exordia, nihi cæteris Coapoſtolis inferior erat: nam ipſe eti non minus quàm alij diſcipuli, pro ſanctiſſimæ d ctrinæ, quam à ſuo Magiſtro hauſerat, confirma one, prodigia faciebat, ægris ſanitatem reſtitu cæcos illuminabat, energumenos à dæmonum rannide vindicabat, cæteraq; prodigiorum gene patrabat Et unde tamen, hic contemptu mun & præclaris ſanctimoniæ cæptis, nec non mira lorum ſignis, celebris Apoſtolus, eò infelicitatis venit, ut in ſacrilegiorum voraginem lapſus, æte nùm perierit? Non ego eum, uno lethali ſaltu Apoſtolatûs apice, in perditionis barathrum, p pitem iviſſe putaverim. Pedentim ille, eo uſq venit, ut Luciferum ſceleris improbitate ſupe verit: Permiſit ſe, credo, ille, ab initio torpori mnum ſub auroram (ſi divinari licet) non pro interrupit, illo ipſo tempore, quo cum alijs pr bus vacandum erat, ſomnolentiæ aliquid conce extra ſtatutam comeſtioni horam, gulæ & ſen litati, modicùm indulſit, verbum, quo leviter p ſtringebatur, impatienter tulit, unius & alter

Judas ſenſim à minoribus ad majora crimina progrediebatur.

in rem

Digitized by Google

um ſuam, abſq; permiſſu, uſurpatione nummi, ... affectui, ad clandeſtinum peculium aperuit. ... poſtea tanta pecuniarum cupiditate exarſit, ... triginta, nec ampliùs ſolidis, Verbum Æternum, in quo ſunt omnes theſauri abſconditi, ini... ...orum furijs vendiderit. Hinc finalis ſubſecuta deſperatio, ac tandem & æterna, irruit ſuper e... ... perditio: ex quo conſtare poteſt, ſenſim eum gradatim, à minoribus vitijs, ad majora delicta ...greſſiſſe: ac tandem infeliciter perijſſe: quæ in... ...ſta gradatio, non ex alio fonte, niſi ex teporis ...ſidia, initium & augmentum habuit.

Iudas Dei beneficijs non mollebatur.

Illud magis ſtupendum, quod poſtquam in... ...s hic proditor, ab ea, quam primò ſibi propo... ...rat, vitæ ſanctitate, abduci ſe torpori permiſit, ...llis poſtmodum Divinæ Sapientiæ perſvaſioni... ..., nullis beneficiorum donis, corrigi, aut emolliri ...tuit: ita ut ad commovendum ejus animum, nec ...ma Chriſti monita, nec collata Sacerdotij di... ...itas, nec liberalis menſa, & religioſa Azymo... ...m ſolennitas, nec deniq; Dei humanam naturam ...duti, primùm ad pedes ſuos proſtrati, deinde ſu... ...re ſangvineo perfuſi, grande ſpectaculum, ad ...ſtinatum animum, quidquam valuêre, emollien... ...um. Quod vehementer ſanctus (quem nomina... ...) Doctor Hieronymus admiratus, Epiſtola 3. ad Heliodorum ait: *Iudas de Apoſtolatûs faſtigio, in proditionis tartarum labitur, & nec familiaritate*

Magna tepiditatis mala.

convivij,

convivij, nec intinctione buccellæ, nec osculi [...] *tiá, frangitur: ne quaſi hominem tradat, quem* [...] *lium Dei noverat.* Tanta nimirum eſt, obrigeſ[...] tis teporis malitia, ut hominem, quem ſemel [...] ripuerit, non in grandia tantùm vitiorum barat[...] ſenſim impellat, ſed Divinarum etiam Gratiarum nullis omnino donis permittat emolliri. Neq; [...] ejuſmodi, in Dei obſequio tepeſcentem animum ille, qui in ſanctorum meditatione exardeſcit ig[...] quidquam illuminat, aut accendit: nihil in eo p[...] ficiunt. Divini inſtinctus, & inſpirationes, non [...] um inflammat ardens adhortatio, gratis eſt illi [...] bri ſpiritualis lectio, non juvant Divinarum Gr[...] arum auxilia, non emollit Divino ſangvine im[...] tus frequens Sacramentorum uſus: talis enim, in [...] tepore obduratus affectus (ut cum D. Bern[...] loquar) *Nec compunctione ſcinditur, nec piet[...] mollitur, nec movetur precibus, exemplis non* [...] *citur, beneficijs induratur,* Quo quidem ma[...] nere, quid, aut ad deteſtationem abominabilius, [...] ad pænam horribilius, dici cogitariq; poſſit? h[...] facilè invenio. Hinc eſt, quòd Deus, in tant[...] tepiditatis luem execretur, ut qui ſceleſtiſſimos qu[...] que hominum, pacificè tolerat, tepidos intra b[...] tatis ſuæ viſcera, dum continere non valet, evom[...] dos ab ore ſuo, tanquam execrabile eructum, p[...] nuntiat. Sancti verò perfectiq; viri, Divinam [...] ſtis hujus, æmulati abominationem, nihil mag[...]

Deus tepidos execratur.

quàm

...m teporem horrent, & deteſtantur.

Sed fuerit ſanè ejus malitiæ, natura teporis, ...in multa ac gravia crimina impellat, & Divinis ...nimè leniatur beneficijs: Iudicis, vindiciq; Dei ...ac pœnis, num aliquid molleſcat? videamus. ...erum inprimis Divinæ Iuſtitiæ tribunal, tantæ ...efficaciæ, ut tepidos etiam, vel ſolâ ſui recorda...ne excitet, & perterreat. Rei quam loquor do...mentum, è ſacra petamus pagina. Primus inter ...ges, throni Iſraelitici Saul, piè ſanctèq; Imperij ...poſuerat fundamenta, ita, ut non ſtaturæ ſuæ ...tùm proceritate, ſed morum etiam, ac virtutis ...nitate, cæteros poſt ſe, longo relinqueret inter...llo. *Non erat vir de filijs Iſrael, melior illo,* tan...n ei Elogij, attribuit ſacra Hiſtoria. Venerabat ille, ſummam illam Majeſtatem, per quam Reges ...gnant, & Principes dominantur. Feruebat in ...atione: Divino, ad ſacrificiorum ignem, incale...ebat amore. Verùm modico temporis interpoſito ...oceſſu, multùm in præconcepto pietatis ardore ...ferbuit, ita, ut ſanctiſſimi Antiſtitis ſui Samuelis ...nſilia, nihili duceret, & Divinas, leges ac ſtatuta ...olare præſumeret: & inſuper innocentem ac fi...elem ſervum Davidem, gravi proſequeretur odio, ...uſq; ad necem ſæpius perſcrutaretur eundem. ...onſtitutus in ijs, iniquæ ſortis circumſtantijs Da...d, audiamus quid dicat, agatq; ? Regem ecce in ...s vocat, perſecutori ſuo diem dicit, neq; illud at-

Iuſtitia Divina recordatione, tepidos ſæpe emolliri patet ex Saule.

David Sauli, ad Dei tribunal diem dicit, ut eum à malitia revocet.

S tendens:

tendens: *Cum potente ne litiges*, Principi ſuo l-
tem intendit, dum ait: *Iudicet Dominus inter m-*
& te. Scio Davidem ab injuriarum tolerantia, &
inimicorum amore ſemper fuiſſe commendatiſſim-
ex ejus ore, prodibant illæ voces: *Deſpexit ocul-*
meus, ſuper inimicos meos, & iterum: *Si reddidi re-*
tribuentibus mihi mala: nunc verò cur ſuæ imm-
mor lenitatis, quaſi vindictam ſpirans, jure ag-
cum ſuo perſecutore? innocentiam vindicat, rigo-
re juſtitiæ. Itane verò, læſa ejus patientia, tandem
in ultionis exarſit furorem? Verùm procul à vir-
patientiſſimo, vult eſſe fervorem iſtum, & ſpiritum
vindictæ S. Chryſoſtomus, dum ita Homil. 2 de
David & Saul loquitur: *Hoc verbum non dixit Da-*
vid, quòd cuperet puniri Saulem, ſed ut illi formi-
dinem injiceret, venturæ condemnationis commemo-
ratione. Noverat optimè, vir ſecundùm cor Dei,
quantâ polleret vi & efficaciâ, vel ipſa Divini Iudi-
cij recordatio, unde non vindictæ ſtudio, ſed ad
meliorem frugem revocandi deſiderio, Saulem, Di-
vino terret judicio, ut commemorato Iudicis fervo-
re, reum exueret illo tepore, qui tot in eo crimi-
num, extitit fons, & origo.

Sanctus Eremita, dum in morte terribile ſubit judicium, à multis excluſit teporem.

Et verò, quantùm valeat ad inflammandum
langventis animi teporem, Iudiciorum Dei viva i-
maginatio, docuit illa narratio, quam refert Cli-
machus in ſcala Paradiſi gradu 2. Quadragenari-
us quidam ſolitudinis incola, Stephanus nomine, ad

eam

am venerat perfectionem, ut non ſuarum tantùm
aſſionum, ſed ferarum etiam domitor eſſet: nam
ræterquam, quòd in poteſtate haberet affectus pro-
rios, iiſq; velut herus, iuſſa dictaret: ferocem quo-
; leopardum ſubitò cicuravit, & ad obſequia ſua
eluti officioſum famulum fecit: lacrymis quoq; im-
eravit, ut modò fluerent ſuaviter, modò fluxum ad
uam voluntatem cohiberent. Verbo, vir erat quo
lle Monachorum cætus, ſanctiorem non habebat.
Hic ante unum exitûs ſui idem, leviori infirmitate
ffectus, repentè alteratus animo, obſtupuit, aper-
isq; oculis, nunc ad dextram, nunc ad ſiniſtram le-
ctuli partem, cum ingenti pavoris ſignificatione
ircumſpiciebat. Et quaſi rationem ab eo quiſpi-
m exigeret, cunctis qui adſtabant, quædam juſti-
cationis, quædam deprecationis verba, ab illo au-
ientibus: nunc enim aiebat: *Ita* ſanè eſt, negare
equeo, ſed jejuniorum & vitæ aſperitate, jam me
uto iſtud exſoluiſſe: deinde contractâ ad indigna-
ionem fronte, dicebat: Hoc nunquam fuit, men-
acium eſt. Rurſus cum quadam animi conſterna-
ione, loquebatur tremens: planè *Ita* eſt, hoc me
eciſſe fateor, nec quod reponam habeo, ideo mi-
ericordiam imploro: poſt puſillum temporis, hor-
ore obrigeſcens, ſuppetias & opitulationes incla-
nare videbatur. Et erat profectò ſpectaculum hor-
endum & terrificum, illa, tàm rigida, hominis (ut
b omnibus putabatur) ſancti, & exacta Iudicialis ra-

S2 tio,

Digitized by Google

tio, quam ille tot culparum accuſatus, ultimo vitæ ſuæ fine, ſtupentibus præ horrore omnibũs, tandem concluſit. Cujus judicialis tragediæ, quis terminus? quod decretum? qualis exſecutio fuerit, dubium incertumq; manſit. Optimus tamen ex hoc tragico ſpectaculo, conſecutus eſt fructus: nam omnes illi qui aderant Eremitæ, inſolito horrore territi, excuſſo tepore ad perfectiorem vitæ rationem, toto incaleſcebant ſpiritu, dum unuſquiſq; ab illo horrendi judicij loco, digrediens, ita ſecum tacitus cogitaret. Ecce vir, religioſá ſanctitate; & prodigijs clarus, tàm ſeverum, præ oculis noſtris ſubiit judicium, & neſcimus, quô illud concluſit exitu: me verò, qui cum ejus perfectioni, & fervori, nullatenus comparari valeo, hominem in oratione tepidũ, & vagabundum, in Divino cultu remiſſum, & irreverentem, ad menſam ſenſualem, ubiq; garrulum & loquacem, verbo paſſionum mearum mancipium, quis, & qualis manet Divini Iudicij rigor? Hæc, aut his ſimilia, dum ſinguli mente ſeriò revolvunt, omnes Perfectionis religioſæ deſiderio exarſerunt. Pulſo enim procul, prioris vitæ tepore, inſolito correpti ardore, in frequentem ac ferventem orationis uſum, in continuum mortificationis exercitium, in accuratiorem ſilentij & regularum obſervationem, cæterarumq; virtutum ſtudium, ſeriò & ferventer incubuerunt. Verbo; toto cænobio, viſa eſt mira mutatio morum, & inſolitus fervor.

Verſare-

Digitized by Google

erſaretur utinam, in mentibus quoq; noſtris, ejuſ-
m Divini Iudicij, in tepidos ſolitus exerceri ri-
or! ſcio quô Perfectionis ardore, noſter quoq;
caleſceret tepor.

Quodſi pertinax, & inolitus tepiditatis no-
ræ langvor, etiam Iudiciorum Dei timore, & il-
, horrendâ Hieronymi tubâ, minus ſe perurgeri
ntit? Ignes ei, ad mentem inflammandam, obijcio
iaculares, ſive illos, qui tepidas olim animas, æ-
rnùm excruciant, ſive eos, qui temporaliter qui-
em, ſed tamen nimis atrociter, torquent eaſdem.
ſuvenire jumentis quibuſdam ſolet, ut poſtquam
ngiori paulò itinere, laſſa fuerint, ita loco, veſti-
ia pertinaciter figunt, ut nulla vi, ac impulſu mo-
ri queant: alliciantur ut placet, ad progreſſum
ibulo, cædantur flagris, vapulent fuſtibus, exagi-
ntur ſtimulis & calcaribus, gratis omnia fiunt:
t immobilis, quaſi obriguerit aſinus, equus, vel
melus, at ſi accenſum igne, ſtramineum faſcem,
edibus jumenti ita obſtinati, injeceris, illico ſe lo-
o proripiet, & continuabit iter. *Idem* omnino
hominibus, quos Regius Vates, jumentis compa-
it inſipientibus, contingere ſolet. Multi enim, e-
am inter religioſa clauſtra reperiuntur, qui cùm
Perfectionis iter gnaviter inchoaſſent, ita ſubitò
ærent, ut ne unum quidem virtutis paſſum, am-
lius, ſeu velint, ſeu poſſint facere, ſed inſtar per-
nacis, in ſua deſidia aſini, immobiles perſtant,
quos

Recogitato igne piaculari, tepidi ad fervorem inardeſcunt.

Digitized by Google

quos ad inchoatum commovere, ac incitare cur-
ſum, modus non occurrit aptior, quàm ſi in recor-
datione eorum, infernalis, aut purgatorius ignis ex-
ardeſcat. Hôc olim medio uſus eſt, celebris Hy-
berniæ Apoſtolus S. Patritius: qui cum regionis il-
lius gentem barbaram, & plus quàm hyberno fri-
gore obrigeſcentem, dictione quamvis fervidâ, e
mollire, ac plurimis beneficijs, etiam prodigioſè
factis, commovere, ad ineundam Chriſtianæ pieta-
tis viam, nequidquam valeret, campum, qui ei pro
ſuggeſtu erat, de repente ſubſidere, & immani hi-
atu patere fecit: unde erumpentes flammarum vor-
tices, ita obſtinatas in malo, ſpectantium hominum
mentes, commoverunt, ut omnes illico Chriſtiani
fervverent fide, ac pietate. Ad hos intuendos ignes,
nos invitat Propheta, dum ait: *Deſcendant ad in-
fernum viventes,* ne (ut Bernardus addit) deſcen-
dant illuc morientes. Spectavit iſtas è vicino flam-
mas, perfectiſſima illa Chriſti Sponſa S. Thereſia,
dum ei in profundo inferni, oſtenderetur locus, in
quo æternùm fuerat arſura, niſi quibuſdam imper-
fectionibus ſuis modum, & finem feciſſet. Vnde
tantô Divini amoris exarſit igne, ut nihil ferventi-
us illâ ſpectari, cogitariq; poſſet. Subjectus ille
menti & oculis ignis, ita eam, ad perficiendam vi-
am Perfectionis incitavit, ut non currere, ſed per-
nicis inſtar columbæ, ſancta ejus anima, volare vi-
deretur.

Recordatione pœnarum infernalium, Sãcta ad fervorẽ accendebãtur.

Hoc

Hoc horrendo igne,& Sanctus Generalis noſter Franciſcus Borgia, ad celerem Perfectionis curſum, vehementer ſe excitabat. Vt taceam, Hieronymos, Auguſtinos, Bernardos, cæteraq; concitatæ ſanctitatis nomina. Vnius, cujus mihi notior virtus, quàm nomen, non meminiſſe non poſſum: de quo in Vitis Patrum lego. Senem quendam, non minùs ætatis, quàm virtutis maturæ, aliqui ex cœnobitis convenerunt, rogaruntq; edoceri. Quâ tandem ratione, diuturnum auſterioris vitæ rigorem tolerare potuiſſet? Quibus ille: omnis labor, & afflictio totius corporis, ex quo in hac ſolitudine vivi, nondum unius horæ, alterius vitæ tormentorum gravitatem adæquat. Ignis ille devorans & excrucians, præ oculis mentis meæ, continuò ardebat, ac proinde leves mihi, & faciles omnes auſteritates, ſui comparatione faciebat, & hâc aſperâ ad ſpeciem viâ, progredi ſuaviter, & feſtinanter urgebat. Satis factum ſuæ quæſtioni, fratres illi arbitrati, injectâ ejuſdem ignis menti ſuæ flammâ, à ſancto ſene receſſerunt, ac ſimili in poſterum cogitatione, ad ferventem vitæ ſanctioris profectum, ſeriò ſe excitarunt. Et hæc ſunt fervoris incitamenta, jam ad veſperam, primæ itineris noſtri Diei, breviter propoſita, longiori, immo continuâ meditatione perpendenda, quæ ſi conſiderationi noſtræ ſæpius obſervabuntur, torpentes languore vires ſpiritu animabunt ferventi.

S. Franciſcus Borgia & alii Eremitis, cõſideratio ignis æterni, incitamento ad ſãctitatem fuit.

ALLO-

Vitæ auſteritas, ad conſequendam Perfectionem, omnino requiritur.

PArum eſt, horrendo mortis aſpectu, & ardentis Erebi ignibus, ad cæptum virtutis iter, excitari, niſi auſterioris etiam vitæ ſtimulis, ad celerem Perfectionis curſum, noſmetipſos urgeamus. Veluti enim, nimiúm iners, jumenti illius hebetudo eſt, quod igne aduri neceſſe habet, ut loco pertinaciter hærens, ultrà progredi velit: ita extremæ deſidiæ notam, Aſceticus Viator ille incurreret, qui non niſi infernalibus flammis, aduſtâ cogitationis ſuæ memoriâ, lento paſſu, hôc quô cæpit itinere graderetur: certè cupidos beatioris metæ animos non tantùm mortis horror, non ſolus Dei Judicum terror, & gehennæ pavor, urgeat, ſed propriæ etiam afflictationis calcar ſtimulet, & promoveat. Cadaveri potiùs, quàm viventi, propius ſimile illud eſt, quod alienâ vi, ac impulſu propellitur, non verò ſuæ virtutis motu fertur, & procedit. Immo non pauci reperiuntur tales, quos, ne ipſius quidem vindicis Dei minæ, ac pœnæ, commovere queant, eò quòd ipſi, propriæ afflictationis ſtimulos,

Voluntaria corporis afflictatio, urget ad profectum.

mulos, minimè addant, ut faciliùs moveantur, alacriùs currant. Nos ut tanto citiùs, jam ruentem in veſperam, primæ Diei iter conficiamus, acres ſeverioris vitæ aculeos nobis addere, non tergiverſemur. Quòd alacriter, haud dubiè, faciemus, poſtquam ſeriò perpenderimus, quantùm ejuſmodi pro ... iæ afflictationis, & ſeverioris pænitentiæ ſtimuli, ... emundandos, & incitandos animos, in decurſu ... iæ Purgativæ poſſint, & valeant.

Quantùm animæ faciem, quævis vitiorum ...bes deformet, ac deturpet, etſi jam aliquid, ſupra ...ctum eſt, nunquam tamen ſatis dici, & ſufficienter explicari, hæc turpitudo poteſt. Nullus credo Æthiops, aut carbonarius deformior eſſe, peccator poteſt. Peccati non dubito labe, deturpatos hominum vultus, intuebatur Propheta Ieremias, dum Threnorum 4. diceret: *Denigrata eſt ſuper carbones, facies eorum.* Neq; enim minùs, vis urentis flammæ, vireſcentis, ac viſu delectabilis ligni, omnem virorem depaſcit, & in deformes tranſmutat carbones, quàm inordinata animi cupiditas, illam quam adurit, denigrat animam. Inde eſt quòd ...mo, quacunq; infectus peccati maculâ, ante Dei conſpectum comparare poſſit: *Nihil* enim *coinquinatum* (ut ait Apocalypſeos Scriptor) *intrabit in regnum cælorum.* Neceſſe proinde eſt, ut ille, qui ...e ejuſmodi, minimâ etiam labe, aſperſum eſſe agnoſcit, òmnem animæ ſuæ mundet, & abluat fuliginem.

Peccati labes multùm deturpat homines.

Ad emundandas animæ labes, mortificatio valet plurimùm.

Digitized by Google

liginem Porro ad emundandas peccatorum labe
nullum fontem efficaciorem, pleno auſteritatis ri
gore, putant, & compertum habent, vitæ ſpiritua
periti. Hinc coronatus Vates, poſtquam & ipſe i
ternam animæ ſuæ faciem, labe peccati denigra
ſet, emundationis ejuſdem percupidus, ajebat: *La
vabis me, & ſuper nivem dealbabor.* Teneor ſcien
di deſiderio, cur ad munditiem animæ ſuæ, anhe
lans Rex & Propheta David, non alium, præter
quam nivis, vult æmulari nitorem? poterat ſanè o
lori, lacti, aut ebori, ſimilem deſiderare candorem.
Cæterùm tamen ille, omnibus hiſce prætermiſſis, ſo
li, & uni, vult æquiparari nivi. Si ſingulorum e
inveſtiganda ratio: ideo ille credo, oloris inprim
non exoptabat candorem: noverat enim hoc vo
cris genus, obfuſcam carnem, nitore plumarum, t
gentis, vivum eſſe hypocriſeos ſimulacrum: la
deinde nitori, conjunctam metuebat dulcedinem
haud ignarus, vicinam delicijs innocentiam, d
candidum non poſſe conſervare colorem. Ebur, e
elephantis dente elaboratum, refugiebat, qu
dentatam, & mordacem timeret pietatem. Ni
verò, ideo puto, illi arriſiſſe nitorem, quòd auſte
rigoris quandam referat imaginem. Scimus, nive
nihil aliud, niſi meram aquam eſſe, quæ non al
tempore, niſi rigidæ hyemis frigore conſtricta al
beſcit: quam ſi ſvavior afflaverit aura, aut ſol tepen
ti lambat radio, illico in turbidam, ac etiam cæno
ſam

David cur nivis, voluit æmulari nitorem?

Nix inter hyemis rigores anima inter vitæ auſteritates albeſcit.

Digitized by Google

ſam aquam reſolvitur. Vnde, cùm interni cando-
is percupidus Propheta, ſuper nivem dealbari de-
iderat, eo ipſo ſanctitatis, edocet ſectatores, ad a-
imæ ſuæ munditiem aſpirantes, eam, nonniſi inter
uſterioris vitæ aſperitates, veluti rigidioris brumæ
lgores, acquiri poſſe. Niſi enim priùs inter conti-
uas carnis, & ſenſuum afflictationes, mens obrige-
cat, anima nivis inſtar, puritatis non albeſcet ni-
ore. Tunc demum uniuſcujuſq; noſtrûm, ſuper ni-
em dealbabitur conſcientia, ſi rigido mortificati-
nis uſu, caro conſtringatur, & veluti congelaſcat!

Alterum rei ejuſdem documentum, è veteris
ynagogæ petamus ſacrario. Rem puto non care-
e myſterio, quòd præcipuum illius temporis, ſa-
rdotalis veſtimenti genus, Ephod appellatum, è
mplici lino, lex Divina confectum eſſe voluerit.
io, inter illum ſacerdotalem apparatum, multas
elegantes, ex molli ſerico, & fulgenti auro, tex-
s fuiſſe veſtes, radiabant aliæ gemmis, corruſca-
ant lapidibus pretioſis. Solum & unicum Ephod,
quamvis ſolenne veſtis ſuperioris genus, lineâ vili,
& vulgari telâ, totum conſtabat. Quid quæſo, in-
er illa, plus quàm Regia paludamenta, vile hoc fa-
iebat indumentum? Gloſſa arcanum, ex Origene,
evulgat myſterium, dum ita in caput Exodi 28 ait:
*Linum cùm in terra naſcatur, multo labore nati-
vum colorem deponit, & quem priùs non habuerat
candorem aſſumit: in lino igitur puritas intelligitur,*

Ephod ex tela lineam confectum, præcipuū ſacerdotis ornamentum?

 quia

quia caro noſtra, ſine multâ corporis, & ſpiritûs afflictione, ad munditiæ honeſtatem non perducitur. Et ita fieri videmus: quis enim ſatis verbis exprimat, quàm multa linum pati, & tolerare debeat, donec ad eum, quem præſefert candorem, veniat. Ecce terræ inprimis, in ſuo ſemine injectum putreſcit, & moritur: omnibus deinde cæli iniurijs expoſitum, in nativum creſcit virorem: mox glebæ inhærens, eradicatur: tum ſemine, multis tunſionibus excuſſo, aquæ demergitur, indeq; extractum ad ſolem, aut ignem, ſiccatur: ſæpiùs poſtmodum teritur, ac tunditur, pectitur & in fila ducitur. Multo verò labore textum, & in telam concinnatum, frigidi crebrò perfunditur, & ad ſolis æſtum diu exponitur, ac inter repetitam toties loturam, continuis tuſtigatur verberibus: tum demum diu, & operoſè quæſitum aſſumit candorem. Vnde, ideo Divino cultui dicatus Sacerdos, longiori tolerantiâ exercito, candido lini operimento induitur, & adornatur, ut deditus ſanctimoniæ animus, noverit interiorem animæ nitorem, nonniſi multâ, rigidæ afflictationis tribulatione, acquiri poſſe.

Veluti linum multa patitur, donec ad ſuam veniet perfectionē: ita & anima, ſi ita auſteritate emundatur.

Porrò eam auſterioris vitæ praxim, ita pauci innuit S. Ambroſius, dum lib: 2. de Pænitentia ait: *Renuntiandum eſt ſæculo, ſomno ipſi minùs indulgendum, quàm natura poſtulat, interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus ſuſpirijs, ſequeſtrandus orationibus. Vivendum eſt ita, ut vitali huic moriamur*

Quæ pati homo debeat, ad emundandam conſcientiam?

amur ſenſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur. Quod uberiùs deſcribit Climacus, dum gradu 5. de Pænitentia, ita ait: *Pænitens vitæ auſteritas, eſt ſeipſum condemnans cogitatio, eſt conſolationis corporeæ perpetua repudiatio, & voluntaria rerum omnium, quæ affligunt, tolerantia, eſt cruciatuum ſibi ſemper opifex, eſt valida ventris afflictio.* Ac ſtatim quod definivit, probat exemplis, quæ ipſe ſuiſmet uſurpavit oculis. Poſtquam, inquit, veni ad Monaſterium pænitentium, vidi revera res, quæ Deo vim inferre poſſunt. Quoſdam ex pænitentibus, vidi noctibus totis, uſq; ad diem ſtare pervigiles, pedeſq; immotos tenere, contra ſomnum, vim naturæ inferre, nullam ſibi requiem indulgere. Alios in oratione, reorum more, vinctis poſt terga manibus, humi luridas facies ſuas inclinantes, indignos ſe, qui cælum aſpicerent, vociferantes, nihil petentes, ſed tacitam, mutamq; Deo mentem offerentes, confuſione plenam. Nonnullos ſpectavi, in pavimento ſtrato cinere, & cilicio ſedentes, & faciem genibus operientes, frontemq; in terram collidentes: alios pectora jugiter tundentes. Vidi aliquos veluti æneos, mærore affectos, & inſenſibiles ad omnia. Erant qui fixis obtutibus in terram, caput aſſiduè movere, & leonum more rugitum edere, cernebantur. Ex his aliqui, ſub ardentiſſimo ſolis æſtu, ſeipſos cruciabant, alij acerrimo frigore ſe affligebant, quidam modicum aquæ guſtantes,

Horrenda auſteritatis ſpectacula, à Climaco viſa, & deſcripta, in Eremo.

ne omni-

ne omnino ſibi areſcerent, ita quieſcebant: aliqui cum panis exiguum quid accepiſſent, reliquum, ... quam illo indigni, proijciebant. Quem locum apud eos riſus habuit? quem ſermo otioſus? Nulla ibi iracundia, nulla vini cogitatio, nulla pomorum deguſtatio, Tot illi, viſu non ſolùm ſtupenda, ſed horrenda etiam, obſtinatâ tolerantiâ patiebantur, ut poſt contractos aliquos, in vita ſæculari nævos, ſuper nivem, inter continuos vitæ rigores, dealbarentur. Tot affligebantur cruciamentis, ut candidum ſanctimoniæ Ephod, dignè induerent. Sed quid nobis, hæ veterum Anachoretarum crudeles laniena oggeruntur? in triſtes Scetis, aut Thebaydis ſpecus & cavernas relegandæ. Bene eſt! relinquamus cum ſuis cruciatibus, rigidos Eremitas.

Primi ſocietatis noſtræ Patres, etiam Anachoretas, ſi ... vendi auſteritate ſuperabant.

Ad religioſæ vitæ noſtræ prodromos, & Patres, animum, & oculos convertamus. Certè Beatus Pater & Legislator noſter, in primis ſanctis vitæ ſuæ primordijs, ſacco veſtitus, ferreis catenis oneratus, inediâ extenuatus, flagris laceratus, contemplatione ad cæleſtia erectus, veteres illos Anachoretas, ſi non ſuperavit, omninò vitæ aſperitate adæquavit. Idem de alijs, primis præſertim Patribus noſtris, in eorum Annalibus paſſim legimus. Recurrunt nobis in memoriam, eorum itinera, pedibus confecta, ſomni ſupra ſtramenta, obiter capti, duri atriq; panis alimonia, corporis divexati ſævities, inopia rerum neceſſariarum, peregrinantibus

tibus

bus per orbem tolerata, *Inſiſtebant ſtrenuè Pa*-
um veſtigijs ſine cenſu, & numero, plurimi in So-
etate noſtra vitæ auſterioris ſectatores, ſtellas cæ-
facilius ad calculum revocarem, quàm eorum; vel
ia nomina; ſigillatim recenſerem. Ergo cùm o-
mnium meminiſſe nequeam, aliquorum tamen o-
livisci non poſſum. Occurrit inprimis memoriæ,
oriosus ille Martyr Conſalvus Sylveria, qui licet
udeliſſimam necem. ab Ethnicis tortoribus paſ-
uſit, longè tamen gravius, & prolixius martyri-
m fuit, quod ipſe ſibi ſingulis diebus ac noctibus,
trociter inferebat. Perpetuus illi erat thorax cili-
nus, ferreis intertextus aculeis, humi, ſaxo pro
ervicali adhibito, brevem capiebat ſomnum, cibo
odico, eoq; viliſſimo utebatur, flagris, ac virga-
m faſcibus, ita in ſe deſæviebat, ut toto corpore,
num fieret vulnus, quod oleo quopiam perunctum,
leo perſanabat, ut iterum, repetitæ eſſet idoneum
nœ, ut taceam multos alios cruciatus, quos ille
n ſe exercebat. Pater Sertorius Caputi, ſpeo ſimi-
ter cilicio, ſemper inhærebat, quotidie flagro ſtel-
ſ æreis horrido, quater ſe flagellabat, per ſpati-
m ſeptem Pſalmorum, non raro integrâ etiam ho-
: lectus illi aſſer, ſolâ ſtereâ ſtratus, & brevis, in
o quies modica, quam poſtremis annis, nonniſi
exis genibus capiebat. Pater Ioannes Nunnius
ræter conſveta cilicia, & flagella, crucem varijs
culeis aſperam, & corpori firmiter appreſſam,

Severa nimis ſui afflictatio quorundam è ſocietate, breviter recenſetur.

continuò

continuò geſtabat, quæ poſt mortem ejus, ita i
hæſiſſe cadaveri, reperta eſt, ut vix inde extr
poſſet. Patri Petro Claveo, lectus erat humus, cib
cinere corruptus, vini uſus pænè nullus: in ſumm
frigoribus, nunquam adduci poterat, ut ad foc
accederet: in maximo verò caloris æſtu, nunqu
ſudorem tergebat, muſcas & culices, faciei, ac m
nibus ad ſangvinem uſq; aculeo altè defixo inſ
ſtas, nunquam repellebat. Vt reliquos prætere
pænè innumeros, qui inter exquiſita, ad ſtupore
cruciamenta, plenam rigidæ auſteritatis vitam
ducebant, & in omnes ſenſus, atrociter ſævieba

Anachoretas, vita auſteritate, plures è ſocietate adæquarunt.

I nunc, & omnem rigoris auſteritatem
Anaboretarum ſpecus, & antra relega, cùm ad
munem, cum hominibus conſvetudinem, vo
homines religioſi, ipſos etiam Eremi incolas, v
ſeveritate adæquaſſe, immo, ſi verum fateri veli
tiam ſuperaſſe vides. Quod non alio fine, fec
eos arbitror, niſi ut inter ejuſmodi rigores, a
mas ſuas ſuper nivem dealbarent, vel primævo i
nocentiæ candore albeſcentes, eundem in ſuo
tore conſervarent. Noverant illi optimè, ſole
iſtud internæ munditiei Ephod, non aliter, qu
per multas tribulationes albéſcere, ac proinde,
ipſi quoq; ſtolis amicti albis, coram Divino conſ
ctu apparerent, aſperis ſe tribulationibus vexab
Quæ, dum ſimiles attonitis mente recolimus,
hæc heroica, Patrum Fratrumq; noſtrorum fac

ra, æmu-

, æmulari non audemus, ſaltem pudore confuſi, rubeſcamus, & ad emundandas conſcientias, ſi on omnimodè, ſaltem aliquâ rigoris imitatione, ro virili contendamus.

Magna hæc eſt fateor, auſterioris vitæ comendatio, quòd animas vitiorum nævis inſperſas, Via præſertim Purgativa emundet, ac dealbet: ed nec illa minor, quòd eodem tramite pergentius, vires & animum addat, immo deficientes animô, urget, & propellit. Nemo Doctorem gentim Paulum, Apoſtolicæ Perfectionis ſuæ, citò & eliciter curſum conſummaſſe, mirabitur, ſi intelligat, quibus ille ſtimulis ſe, in eo ſanctitatis curſu xcitabat, ac perurgebat De quo ipſummet audimus, ita de ſe 1. ad Corinth: 9 referentem: *go ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno, non uaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & n ſervitutem redigo* Vbi S. Apoſtolus, pro ratioe & excitamento, velocioris curſûs ſui, rigidam orporis ſui caſtigationem, & crebram diverberationem apertè ponit. Veluti enim, non ſegnes tanm aſini, flagris fortiter cæduntur, ut feſtinatiùs urrant, ſed equi etiam generoſi, niſi acriori freno egantur, & calcaribus adigantur, facilè de itine is rectitudine deviant, & exerrant, aut in præceps uunt: ita S Apoſtolus, quamvis ad propoſitum ſii bravium, ſuapte incitatiſſimus fuerit, tamen rigidiori etiam corporis ſui tractatione, & ſæpius re-

Quantùm vita auſteritas urget & ad profectum, patuit in Paulo Apoſtolo.

V petitis

petitis verberibus, ad velocitatem curſûs ſemet ipſum adigebat. Quodſi talis tantuſq; Eques Paulus, ad præfixam ſanctitatis metam, aliter ſe accurrere, non potuiſſe fateatur, niſi additis acrioribus corpori ſuo ſtimulis, & caſtigationibus: nos, quibusvis aſinis ſegniores, quâ tandem ratione, perſvadebimus nobis, poſſe nos viam Perfectionis decurrere? abſq; ſimilibus auſterioris vitæ excitamentis. Fallimur, omnino fallimur, ſi nos in via Perfectionis, vel unum virtutis paſſum, ſine ejuſmodi rigidioribus ſtimulis, facere poſſe exiſtimamus. Quid illi Angelico Adoleſcenti B. Aloyſio noſtro, deeſſe ad curſûs pernicitatem poterat? quem, nullum gravioris culpæ onus gravabat, ita ut innocentiæ inſtructus alis, volare potiùs, quàm currere videretur: & tamen hic etiam, ad curſum expeditiſſimus animus, ſine adactis calcaribus, & impactis verberibus, ſanctitatis metam, ſe conſecuturum nequaquam putabat. Nobis, quos plurimæ gravant iniquitates, quid facto opus ſit? exinde judicemus.

B. Aloyſius vitæ ſuæ innocentiam planè Angelicam, calcaribus ad profectum urſit.

Et hæc ſunt, omnibus quidem Chriſtianis, maximè tamen, vitam religioſam profitentibus, uſitata ad Perfectionem excitamenta, quæ uniuſcujuſq; animam, non ſolùm à contractis vitiorum nævis emundant, ſed incitant etiam, ad virtutis curſum. Quibus ſi nos quoq;, ut res ipſa exigit, uſi fuerimus, Viæ Purgativæ iter, facilè conficiemus. Sed jam ad primæ Diei metas, hîc conſiſtamus.

DIES

DIES SECVNDA
Viæ Illuminativæ.

ALteram Perfectionis noſtræ viam, ſcholæ Aſceticæ, cum S. Patre, Magiſtri, eam eſſe vo-nt, quæ *Illuminativa* nuncupatur: cujus finis, rfectarum virtutum conſecutio eſt. Veluti enim, actâ rigidæ hyemis aſperitate, Plenum amænitis ver, ſubſequi ſolet: ita dedita Perfectioni ani-a, poſtquam è varijs, quæ in via purgativa oc-rrunt moleſtijs, veluti aſperæ hyemis rigoribus, ictata fuerit: convenit, ut amænam, & grato rtutum flore, vernantem viam ingrediatur: ita, , cum pia illa, in Canticis anima, geſtienti voce cere poſſit: *Iam hyems tranſijt, imber abijt, flores paruerunt in terrâ noſtrâ.* Plurima hîc virtu-m decora, noſtris occurrunt oculis, & ut venu-te ſuâ, recreant mentis viſum, ſic utilitate, ma-s autem neceſſitate, trahunt in ſui poſſeſſionem, rcupidum Perfectionis affectum.

Via illuminativa, amana & virtutibus plena.

Porro via hæc, dicitur Illuminativa, quòd, poſt pulſam vitiorum caliginem, mentem virtutum lendore illuſtret, ſeu, quòd ad perfectæ virtutis

Divino lumine abundat

Digitized by Google

conſecutionem, Singulari Dei lumine opus habeat. Illuminat enim vultum ſuum ſuper nos, qui nobis conſequendæ virtutis, inſtillat amorem. *In cujus* admirabile lumen, cum cæcutientibus palpebris intendere minùs poſſumus, humi ſaltem defixos mentis noſtræ oculos, teneamus: ut S. Patris, Ductoriſque noſtri IGNATII, viæ huic impreſſa, perfectarum virtutum veſtigia admirati, facilè intueri poſſimus; quanto ille, Divinarum illuſtrationum lumine perfundebatur: qui tantam, eximiæ Sanctitatis Perfectionem, eſt conſecutus, quantam in eo, nemo hactenus mortalium, ſeu verbis exprimere, ſeu cogitatione valuit attingere. Quod vel inde, conjectare licet, quia Sanctus idem Pater, quamvis demiſſione ſui, ultra modum humilis, dicere tamen ſolebat: ſe poſt Apoſtolorum tempora, cum nullo Sanctorum, Dona Divina, ſibi cælitus collata, commutaturum, ſi ij quorum vitæ leguntur, majora iis, quæ de illis vulgata ſunt, dona, & virtutes non habuiſſent: quamvis de multis Sanctorum, tanta heroicæ virtutis, ſint memoriæ prodita documenta, quæ humanæ cogitationis captum, & admirationem ſuperare videntur. Hunc ergo talem, tantumq;, cum viæ hujus, habeamus Ductorem, ita nos, viam mandatorum ejus currere decet: *ut in virtutum ſolidarum, ac perfectarum ſtudium*, (prout ipſe monet) *incumbamus.* Sed jam ejus ductu, & veſtigijs, Diei iſtius, iter ingrediamur.

ALLO-

Digitized by Google

Arduam natura virtutis viam, Chriſti Domini, & Sanctorum veſtigia, faciunt expeditam.

PAulò aſperius, inchoatæ Perfectionis iter, quò nos prima incipientium, caliginoſa adhuc, & ntempeſta Dies, deducebat, tandem emenſi: habemus faventiorem nobis obortam lucem, dum alteram Illuminativam, ſic à Patre Luminum dictam Diem, auſpicatò ingredimur. Vnde ſi quiſpiam, moeſtum iter illud experiebatur, quòd per cænoſas, eductorum ad memoriam peccatorum ſemitas, & pænalis auſteritatis calles, inter horrendas fulminantis cæli minas, & erumpentes Erebi flammas, trepidus conficiebat: jam jucundiorem, & ad omnem amænitatem exporrectam viam, præ oculis habet, quæ tot gratis, & ſuaveolentibus abundat floribus, quot colligendarum virtutum præſefert ſpecies. Erat, & ex ea parte, arduum ac perdifficile illud, primæ Diei iter, quod etſi multa, præeuntium haberet impreſſa veſtigia, pauca tamen, inter ſpinas, & ſentes apparebant. & ſi quæ ſpectari poterant, ſuâ tamen aſperitate oculos & animũ perterre- *Via incipientium aſpera.*

Digitized by Google

Proficientiū, ob ſanctorum exempla, perfectio facilis.

perterrebant. Luce verò hodiernâ, in eum itineris noſtri tramitem, Deo Auſpice incidimus, qui plurima, præeuntium perfectæ ſanctitatis Viatorum habet ſignanter expreſſa, omnimodæ Perfectionis veſtigia: quibus, modò alacriter inſiſtere velimus facilè, citra erroris periculum, trito virtutis itinere ad metam conſummatæ Perfectionis, perveniemus, illud pſallentis Prophetæ occinentes: *Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.* Hoc eſt, ut alij exponunt: ſuaves & faciles virtutis viæ.

Via Perfectionis Religioſæ Regia.

Habet eam felicitatem religioſæ Perfectionis via, planè Regia, quòd multis Sanctorum, trita ſit veſtigijs, ita ut ab illa nemo, (niſi mentis cæcitas adſit) exerrare poſſit. Quòd enim homines ſæculo, & vanitati ejus dediti, in via vitiorum, ſpinis & dumetis obſita, exhauſtis viribus, laſſati errant: ut ipſimet ſapientes ſuum errorem deplorant: *Erravimus*, inquiunt, *à via veritatis, laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis.* Et mox cauſam hujus ſui erroris, ac laſſitudinis adjungunt, dum ajunt: *Ambulavimus vias difficiles*: id ex eo provenit, quòd nulla, præeuntis veſtigia cernant virtutis. Majori longè fruuntur felicitate, Religioſi Viatores, qui non humanæ tantùm, ſed Divinæ etiam virtutis, vident veſtigia. Habemus enim propoſitum nobis exemplar, Authorem fidei & conſummatorem, Salvatorem noſtrum, qui, quò plura ſancti-

Christus Dominus, perfectiſſimum virtutis exemplar

tatis

tis ſuæ veſtigia nobis reliquit; eò faciliorem viã,
oſtræ Perfectionis reddidit, ita ut non gradatim
e, ſed effuſo etiam paſſu, currere viam ſanctitatis
oſſimus. Hunc Ducem & Anteſignanum, hâc illu-
eſcente Die, in ipſo itineris ingreſſu, nobis com-
onſtrat Fundator noſter, ut ad ejus ſigna & caſtra
onvolantes, eum in omnibus, quoad ejus fieri po-
rit, Divinâ Gratiâ aſpirante, imitari & ſequi veli-
us, cùm ipſe vera ſit via, quæ ducit ad vitam.

Porrò quantùm Salvator noſter, omnes viæ
ujus difficultates nobis facilitavit, colligere non
fficulter poſſumus, ex illo, digno obſervatione di-
rmine, quod ipſemet, inter veterum Patriarcha-
m, & Apoſtolorum labores interpoſuit, dicens:
*lij laboraverunt, & vos in labores eorum introi-
ſtis.* Ioan. 4 Equidem non capio, cur Æterna
eritas, veteres Patriarchas ſimpliciter aſſerit la-
raſſe, Apoſtolos verò dicit, non tàm laboraſſe,
àm potiùs in Patriarcharum labores introiſſe,
m tamen Apoſtolorum labor, ſine dubio major &
ravior fuerit, quàm Patriarcharum. Novimus,
idem Abraham, ad vocem vocantis Dei, de ter-
& cognatione ſua exiviſſe: ſcimus tamen eun-
m, in terra aliena, divitem vixiſſe. At verò Apo-
li, adeo pauperem, & vacuam omnium commo-
tatum vitam duxerunt, ut quaſſatos etiam lem-
s, & lacera retia, quorum uſu, inopes ſuſtenta-
ntur, ultro reliquerint. Fatemur Iſaac, florentis

Apoſtoli, cur minus Patriarchis dicuntur, laboraſſe?

adhuc

Digitized by Google

adhuc ætatis Iuvenem, ſe in hoſtiam, & holo-
ſtum Divinæ Majeſtati, prompto animo obtuliſſe:
ſed nec illud nos latere poteſt, eum præconcepti
animo ſacrificium, re ipſâ non compleſſe, verùm a-
rietem, loco ſui immolatum fuiſſe. Non ſic Apo-
ſtoli, qui ſemetipſos hoſtiam viventem, ſanctam,
Deo placentem, obtulerunt: dum Divini amoris ſuc-
cenſi flammâ, per multa tormentorum mortiſq; ge-
nera, Deo in victimam ceſſerunt. Legimus Iacob
labores & ærumnas ſuas, ita enumerantem: *Die
ac noctu, urgebar æſtu & gelu, fugiebatq; ſomnus ab
oculis meis*: Gen: 31. Sed non ignoramus quoq; e-
um, hæc quæ memorat adverſa, temporalis com-
modi gratiâ, propter gregem, Rachelemq; ſuam,
obfirmato in patientiam animo, toleraſſe. Apoſtoli
verò, ſolius Dei intuitu, tot perſecutiones & exilia,
tot verbera & flammas, tot cruces, cæteraq; tor-
mentorum genera ſuſtinuerunt. Eccur tamen, ſo-
li Patriarchæ laboraſſe, Apoſtoli verò in eorum la-
bores, introïſſe perhibentur? D. Chryſoſtomus Ho.
28. in Ioan: ſumit hoc diſcrimen, à præſentiâ præ-
miorum. Nam veteres Patriarchæ, quodammodò
ſeminando, Apoſtoli autem metendo, laborabant:
ſicut autem ſatio, longiùs abeſt à fructu, quàm meſ-
ſis, ita Patriarcharum labores longiùs aberant, à
præmijs vitæ æternæ, quàm Apoſtolorum ærumnæ.
Labores igitur Patriarcharum, duros ac difficiles,
reddebat abſentia præmiorum: at verò laborantí-
um Apo-

Digitized by Google

um Apoſtolorum ſudores, quamvis multò gravi-
es & acerbiores fuerint, præſentia vicinæ merce-
s leves, ac pænè nullos faciebat: optima equidem
urei Doctoris ratio: ſed nec illa, quæ in mentem
enit, fortè eſt contemnenda. Ideò Patriarcharum
bores graves & moleſtos fuiſſe, quòd ſine exem-
lo Chriſti Domini, non dum cum illis pariter
borantis, ſuſcepti fuerint. Iam verò Apoſtolo-
um labores, Chriſti præeuntis exemplum, leves
 ſvaves efficiebat. Verbo, non habebant veteres
atriarchæ, laborantis Chriſti Domini, impreſſa
ræ oculis veſtigia, ideo duris obruebantur labori-
us: at Apoſtoli, quia præeuntis Chriſti inſiſtebāt
eſtigijs, non tam laborare, quàm exultare videban-
ur.

Dilata præmij merces, arduum Patriarchis faciebat virtutis iter.

Apoſtolis Chriſti Domini exemplum, facilia reddebat omnia.

Quæ cum ita ſint: nemo abhinc noſtrûm, ſu-
ſceptos vitæ religioſæ labores, graves & difficiles
eſſe exiſtimet: longè contentioſiùs laborantis Chri-
ſti Domini exempla, veluti firmiter impreſſa veſti-
gia ob oculos habens: quibus, ſi alacriter inſiſtere
velit, omnes ſuos labores leves, & dulces ſentiet.
Quis enim ita cæcutiat, ut multa virtutum, à Sal-
vatore noſtro impreſſa veſtigia, non videat? Certè
D. Bonaventura de informatione Novitiorum par:
. cap: 32 clarè nobis ea indigitat, & ad ſequenda
invitat: *In omnibus* inquit, *virtutibus, & bonis
moribus, propone tibi ſemper clariſſimum ſpeculum,
& totius ſanctitatis perfectiſſimum exemplar, ſci-*

Chriſtus Dominus totius ſanctitatis cōpendium.

 licet

licet vitam, & mores Filij Dei Domini noſtri IES Chriſti, qui ad hoc, nobis de cælo miſſus eſt, ut ape riret nobis viam virtutum, & legem diſcipline ſuo exemplo. Deſcribe tibi in corde tuo, mores & actus ejus, quàm humiliter ſe habuit inter homine quàm benignus inter diſcipulos, quàm modeſtus in edendo & bibendo, quàm liber à curis mundi, ne anxius pro corporis neceſſitatibus, quàm verecun in viſu, quàm patiens ad contumelias, quàm mit in reſponſis, quàm compoſitus in omnibus geſtis ſui quàm ſollicitus de animarum ſalute, Quomodo ſ præbuit exemplum omnis boni. Quomodo omne jactantiam, & ſingularitatis oſtentationem declin vit. Quomodo omnem gloriam, & poteſtatem, hujt mundi fugit. Et multa alia ipſius acta, tuæ memori ſint propinqua, ut in omnibus verbis, & factis tui ſemper ad hunc, quaſi ad exemplar reſpicias. Qu omnia, ut percipimus, ideo Seraphicus Doctor, a breve compendium redegit, quæ Chriſtus Domi nus pluribus fecit, ut eum in omnibus facilè, & ſu viter ſequi, ac imitari poſſimus. Quòd enim Sa cti Apoſtoli, & eorum ſuccedanei Martyres, & nachoretæ, totâ animi contentione, ad ſummum a ſolutæ virtutis culmen, per enſes, ignes, cruces neces rapiebantur, & ubi crudelis tyrannorum d erat ſævities, ſemetipſos voluntariæ afflictionis, e quiſitis cruciabant tormentis, & tamen in omni bulatione, ſuperabundabant gaudio: non alia id

ebat

ıt de cauſa, niſi quia ad eum alacrem virtutis cūr-
n, præclaris Salvatoris ſui, alliciebantur exemplis.
uis enim Chriſtum Dominum, non ſolùm viam
rfectionis oſtendentem, ſed etiam præeuntem nō
qnatur libenter?

Certè cæleſtis illa ſponſa, quamvis nullâ re
agis delectaretur, quàm præſentiâ Dei Hominis,
i arctè deſponſati, nihilominus, ad eum ita loqui-
ır: *Fuge dilecte mi, aſſimulare capreæ hinnuloq; cer
orum, ſuper montes aromatum.* Cant. 8. Equi-
em ego minimè miror, piam hanc animam, cæle-
em ſponſum ſuum, capreæ hinnuloque cervorum,
nimantibus utiq; curſûs pernicitate præſtantibus,
ſimilaſſe. Deo enim nihil velocius eſſe, & cogi-
ıri poteſt, ſive cum multiplicibus gratiarum
ıarum donis, ad hominem feſtinato paſſu pro-
eret, ſive eundem, per averſionem fugiendo deſe-
ıt. Illud potiùs, admiratione defixus cogito: cur
ptima hæc anima, ſponſum ſuum à ſe abire, & fu-
ere poſtulat? quem totis deſideriorum votis ſolli-
itè quærebat, & inventum fortiter, ac conſtanter
enes ſe retinere cupiebat, dum diceret: *Quæſivi
um, inveni, & tenui, quem diligit anima mea.*
ant. 3. Nunc verò, utquid quæſo, quaſi eum re-
ellens dicit? *Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ
innuloq; cervorum.* Credo non poſtulaſſe ſponſam,
t ſuus à ſe ſponſus, de terra abiret, & ex oculis
vaneſceret, ſed ut cum eo, ſanctitatis ſemitâ, cælum

Anima S. ſult'à ſe ſponſum abire, ut ejus inſiſtat veſtigijs.

 ingre-

Digitized by Google

ingrederetur quia enim, ſine Ducis hujus exemplo & ductu, difficilem, arduamq; viam ſanctimoniæ attentare non audebat; proinde ut ipſe præiret, poſtulabat: certa ſequi, & imitari, quem ſuo exemplo præeuntem videret, Ita mihi hunc locum videretur expoſuiſſe D. Ambroſius lib: de bono mortis, cap: 5 *Hortatur*, inquit: *ut fugiat ſponſus, quia jam ſequi poterat, etiam ipſa, terrena fugientem.* Cupiebat nimirum ſponſa hæc, nondum à terrenis cupiditatibus avulſa, videre ſponſum, ab ijſdem mundi illicijs, ad cæleſtia properantem, ut & ipſa, illius excitata exemplo, à ſua ſe ſegnicie & tepore promptiùs expediret, & deſerentem terrena, captà velociùs ſequeretur. Poſtulat igitur, ut ille fugiat, quò & ipſa, ejus imitata exemplum, alacrior ſubſequatur.

Sancti, Chriſti Domini, ſequuntur veſtigia.

Quis ſatis recenſeat felices, illas animas! quæ poſt veſtigia Cæleſtis Sponſi hujus, feſtinatò cucurrerunt. Non commemoro, plurima ſanctorum Martyrum agmina, & Anachoretarum cætus, quos ad concitatum virtutis curſum, præeuntis Ducis ac Salvatoris ſui excitarûnt veſtigia. Prætereo plurima religioſorum clauſtra, & in eis perfectæ virtutis Cænobitas, Chriſti Domini veſtigijs feſtinato paſſu inſiſtentes. Domeſticis Patrum noſtrorum moveor magis exemplis: qui non ſolùm eundem Ducem & Imperatorem ſuum, ad ardua quæque ponè ſunt ſecuti, ſed noſtros etiam, ſegnes licet animos, ad

ſequen-

quenda Chriſti veſtigia, ſuis excitant trahuntq; emplis. Quid mirum, (ſacris ſi licet miſcere ofana) Themiſtoclem Miltiadis trophæis à ſo-no excitari ſolitum? & ad Magni Alexandri glo-ſe geſta, Romanum Cæſarem ingemuiſſe? quan-Divus quoq; Gregorius Nazianzenus, de Magni ſilij lucubrationibus diſputans, ait: *Quoties ego artyrum encomia lego, corpus aſpernor, & cum qui laudibus efferuntur, animo verſor, atq; ad nem excitor.*

Quod ſi ille, externis & alienis provocabatur? anto magis nos domeſticis, par eſt, excitari exe-is, quæ & multa, & heroica habemus. Incurrit in imis in oculos, ipſe noſter DuctorS. Pater IGNA-IVS, qui, quàm proximè Chriſti Domini inſiſte-t veſtigijs, patet utique, ex illa Summarij Regula e-s undecima, in qua, quidquid nobis ſollicitè cō-endavit, omnia hæc (ex ſenſu & teſtimonio eo-m, qui oculati ſpectatores vitæ ejus fuerunt) in ſe: l amuſſim expreſſit: dum ab omnibus, quæ mundus nat & amplectitur, omnino, & non ex parte, ab-orrebat, & quidquid Chriſtus Dominus noſter a-avit & amplexus eſt, totis id viribus admittebat, concupiſcebat: eò quòd exoptaret, imitari Sal-torem ſuum Chriſtum Dominum, eiq; in omni-is aſſimilari. Quis ſufficienter referat? quantùm e Chriſti Domini, in ſpecu Bethleemitica nati, uperiem, mundi contemptum, abnegationem

S. P. Ignatius Chriſtum D. imitabatur perfectiſſimè.

ſui,

ſui, cæteraſq; majores omni encomio virtutis, i[n] illa manreſana caverna, quam naſcentis ſui ſpiri-tûs, cunas appellabat, ſit imitatus. Quis numere[t] ſuſcepta ab eo in Palæſtinam, cæteraſq; mundi pl[a]gas, itinera, & continuatas mediâ vias: ut tacea[m] dies noctesq; totas, ſacræ precationi, rerumq; D[i]vinarum, extaticæ contemplationi impenſas.

Primi ſocietatis IESU Patres, exactè Christi inſiſtebant veſtigys.

Quid dicam de illis decem Patribus noſtris, omni ope ac ſtudio, ejuſdem Chriſti Domini veſti-gia prementibus. Palàm id faciunt, illa itinera dif-ficillima, in cultura populorum, per horridis ru-pes, & perpetuis nivibus obſitas Alpes, per deſerta & peſtilenti aurâ infeſtas regiones, indefeſſi labo-res, in tradendis per fora & plateas, ruſticanæ ple-bi, Religionis Chriſtianæ capitibus. Conijciamu[s] deinde oculos, in veteres recenteſq;, Miſſionariorum noſtrorum Apoſtolicos labores, qui etiamnum, rigi-das nivibus regiones percurſant, ſtramentis indor-miunt, ciborum viliſſima tenuitate, inediam ſuſten-tant: poſt enavigata, immenſa marium ſpatia, A-quilonis ac frigidioris urſæ gelu, multaſq; alias æ-rumnas, malè tecti, hilariter patiuntur. Videamu[s] & illos, qui intra religioſos Domorum, ac Collegio-rum parietes, conſummatâ virtute claruerunt, quàm illi, ad Iudæ uſq; pedes affuſi, humiles, quàm in o-ratione, ferventes, ac viſibili etiam lumine illuſtre[s] aut à terra ſublimes reperiuntur? ita religioſæ pau-pertati affecti, ut eam Matris locò habeant, ac di-

ligant,

Digitized by Google

gant, adeo ut eam, ne unius quidem chartæ aut
lami, abſq; permiſſu uſurpatione, contriſtare ve-
nt. Recreant mentis oculum, in carne, non ſecun-
um carnem viventes, pares, immo majores Ange-
, homines, quibus illibati pudoris candor, nullo
nquam ſuit affectus nævo Quodſi obedientiam
quiris? nullibi certè plura, & perfectiora ejus do-
umenta, quàm in tua religione reperies. Vbi tot
Deo dignas victimas, quot obedientiæ immortu-
s, recenſemus Heroes: quorum multi, non tantùm
mnes vitæ ſuæ actiones, ad ſuorum Præpoſitorum
utum, conformarunt, ſed mori etiam, non niſi ex
bedientiæ imperio voluerunt. Deſtituor tempo-
, ut tantùm innuam, eos qui in hoc religionis no-
æ agone, ſui abnegatione, continuâ in rebus o-
nibus mortificatione, ardenti animarum zelo, cæ
riſq; innumeris planè virtutum auſibus, hâc, quã
gredimur viâ, nos præiverunt, ut eorum, prompti
alacres ſequamur veſtigia. Si enim omnibus, magna ineſt vis exemplis, multò magis debet ijs in-
ſe, quæ parentes filijs, & plurima, & pulcherrima
querunt: ita ut vulgò probro habeatur, majo-
m non reſpondiſſe virtuti. Hoc conſiderabat, ille
r magni ſpiritûs, quo tunc, cùm viveret, ſanctio-
em militans Eccleſia, teſte Dei arcanorum con-
ia S. Thereſia, non habebat, P. Balthaſar Alvarez,
ui tirones ſuos, quos erudiebat, ita in via Perfe-
ionis, ad currendum excitabat: *Eja fratres! non de*

Dom. Rict, magna vis exempli.

gnere-

generemus ab excelſis Filiorum Dei cogitationibu & præclarè factis, ne degeneres filij, à glorioſis m joribus noſtris habeamur.

Quæ dum cogitamus, & mentis noſtræ ocu ſubijcimus, difficilem & arduam Perfectionis vi dicere haud poſſumus: quâ non ſolùm Salvator n ſter præivit, & iter ſequentibus ſe, patefecit: ſed m jores etiam noſtri, homines utiq; paſſibiles, nob per omnia ſimiles, præclaris & heroicis geſtis ſu iter hoc facilitarunt, tot in eo virtutum impre veſtigijs, quibus ſi magno, & alacri animo in mus, facile & expeditum iter Perfectionis expe mur. Addit currentibus ſtimulum, pigritantes rò rubore ſuffundit S. Auguſtinus, dum Patres F treſq; noſtros, hoc virtutis iter feliciter emen digito demonſtrans, unumquemq; noſtrûm affa ait: *Potuerunt hi, tu non poteris?* Quaſi dic trahunt te, & alliciunt currentem, ad feſtinand deficientem verò ſuffundunt, & inſtigant rubo præclara Patrum tuorum, Chriſti veſtigia co ctantium exempla, quos ſi totâ virium contenti inſequi omnes voluerimus, facilè arreptam P ctionis viam, hâc etiam alterâ, conſequendis v tibus dicatâ Die, Chriſto Domino Prodromo, Auſpice, ad deſtinatam virtutis metam, atq; Æ næ Beatitudinis bravium, alacri animo, & pede offenſo, proſperè decurremus.

S. Auguſtinus urget ſuâ ſanctorum exẽplis.

ALL

Humilitas ſolidum eſt, & neceſſarium, virtutis & ſcientiæ fundamentum.

DVcis ac Salvatoris noſtri, nec non ſequacium commilitonum ejus, heroicis veſtigijs ſinatum iter, nuper ingreſſi: in primo viæ hujus aditu, declivem, qua eundum eſt, videor mihi videre vallem, in quam dum oculos conijcio, ſuaveolentibus violis, & parvulorum veſtigijs plenam ad certo, tum ex utroq; indicio, viam eſſe Humilitatis agnoſco. Quid enim humi ſerpens cerulea violarum venuſtas, & fragrantia, niſi Humilitatis gratiam, & ſvavitatem, refert ac redolet? Parvulorum verò, dum gregatim impreſſa cerno veſtigia, illud in eis, lego Evangelicum: *Niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Porro per parvulos, humiles eò loci deſignari, nemo eſt, qui dubitet, ſacri textûs utcunq; gnarus. Et meritò quidem, Dux & Anteſignanus Humilitatis, Chriſtus Dominus, inprimis ſequaces ſuos, in hanc ſubmiſſionis educit convallem. Nihil enim, quanquam omnibus Chriſtianis, magis tamen Religioſis,

Humilitatis ſemita violis, & parvulorũ veſtigijs plena

gioſis, maximè verò Societatis noſtræ hominibus æquè neceſſarium eſt, atq; perfectæ Humilitatis conſecutio: ut proinde mirum non ſit, eam tàm in Evangelico Codice, quàm in legum noſtrarum Conſtitutionibus, frequentiſſimè commendari. Placebit non dubito, alacri animo, hanc ſubmiſſionis viam inire, quam humana carne, accinctus Viator Deus frequentibus trivit, & monſtravit documentis: & S. Pater, nobis plurimùm verbis, ac exemplis commendavit. Addet credo currentibus ſtimulum, accuratiùs in præſens conſideranda, ejuſdem ſubmiſſionis neceſſitas.

Humilitas, ad ſalutem æternam, omnino requiritur.

Scio equidèm antiquis ſapientibus, eam, quam ingredimur Humilitatis viam, aut incognitam, aut planè inviſam fuiſſe: unde in cenſu aliarum virtutum, ne locum quidem, apud eos invenire potuit. Chriſtianis certè temporibus, ita caput extulit, & in ſua vilitate refulſit, ut ad conſequendam æternæ felicitatis beatitudinem, ſit omnino requiſita. Vnde aliquæ virtutum, ad meliùs tantùm, & commodiùs eſſe, noſtræ famulantur ſaluti, Humilitas planè de neceſſitate medij, ad æternam requiritur felicitatem. Neq; enim aliter humanæ mentes, quæ corruptæ naturæ vitio, in gigantæam excreſcunt tumoris proceritatem, arctam viam, & anguſtam beatæ felicitatis portam, intrare poſſunt, niſi in puſillorum decreſcant parvitatem: uti Æternam humana in carne Veritatem, perhibuiſſe jam

audivi-

audivimus. Hoc infallibile veritatis dogma,profun
diùs rimabatur D Bernardus, cùm dicere auderet:
Ne Sanctiſſimæ quidem Dei Genitricis MARIÆ,
quamvis cæteris virtutibus cumulatam virginitatē,
abſq; Humilitate, Divo guſtui placere potuiſſe. Et
quamvis, indubitatè omnibus Chriſti fidelibus, ſit
Humilitas, ad æternam ſalutem unicè neceſſaria, no-
bis tamen,qui ad Salvatoris noſtri vexillum, ſanctiſſi-
mo Nomine ejus inſignitum, convolavimus, longè
major, præ alijs, ejuſdem humilitatis incumbuit ne-
ceſſitas. Cùm enim Divinâ luce, illuſtratus S. Pater
noſter IGNATIVS, homines religionis ſuæ, perfe-
ctæ virtutis,& non trivialis ſcientiæ, eſſe voluerit, ex
hoc duplici capite, humilitatem nobis plurimùm
eſſe neceſſariam iudicavit. Siquidem nec perfe-
cta virtus conſiſtere, nec ſolida ſcientia, greſſum
figere, abſq; Humilitate poteſt.

Societatis hominibus, humilitas maximè neceſſaria

Quòd ad virtutis perfectionem attinet, eam,
ſinè Humilitatis præſidio,haberi non poſſe, pia illa,
in Canticis Salomonis Anima, quod ipſa experimen-
to didicit, nos quoq; edocuit. Ad altiſſimum illa
contendebat Perfectionis gradum, jamq; Divino a-
more langvere cupiebat, dum ardentiore correpta
æſtu, diceret: *Indica mihi, ubi paſcas? ubi cubes, in
meridie?* Ardens omnino erat iſtud deſiderium, quod
non in frigido ſeptemtrione, non in remiſſiore or-
tûs, aut occaſûs calore, ſed in ferventi meridie, lo-
cum ſibi & ſtationem deſignabat. Cæterum dum

Perfectã virtutem, abſq; humilitate, nõ poſſe ſubſiſtere documento eſt, pia in Canticis anima.

Digitized by Google

illa alta petit, & ad ſublimem æſtuat ſanctitatem, Cæleſtis Sponſus, ad Humilitatis eam remittit ſemitam, & ad vile paſtoritij muneris obſequium ablegat, dum ait: *Egredere, & abi, poſt veſtigia gregum tuorum.* Quaſi diceret: tu quidem de ſublimi conſũmatæ Perfectionis termino cogitas, ſed à via aberras: ſi ſumma petis? ima prius appete, ſi Beatarum Mentium choris, per tuam contemplationem intereſſe deſideras? prius inter viles verſeris pecudes. Hoc idem erat judicium, de ea, D. Bernardi ſer: 38. in Cantica dicentis: *Reprimenda cenſetur, propter præſumptionem, & ſuâ ipſius commonenda cognitione, in qua viſa eſt aliquatenus caligare, quæ tantâ ſe, æſtimârit dignam viſione.* Et profectò optimè gnarus viarum Perfectionis, piam hanc Animam, inſtruit S. Abbas, eidemq; vitio vertit, quòd non priùs, in Humilitatis functionibus ſeſe exercuerit, ſed ſtatim ad ſupremum ſanctitatis culmen evolare voluerit. Vnde meritò à ſponſo reprehenſam, & ad brutorum animantium, ſequenda veſtigia ablegatam eſſe aſſerit: ut inter ea, nativæ vilitatis ſuæ, quam cum pecudibus, magna ex parte, habeat communem, admonita, Humilitatis ſemitâ, ad Perfectionis tenderet ſublimitatem.

S. P. Ignatius, humilitatem plurimũ nobis commẽdavit. verbis & exemplis.

Hanc conſummatæ ſanctitatis viam, S. Pater noſter, cùm optimè calleret, plurimùm eam nobis commendavit, maximè Par: 6. cap: 2. § 16. ubi diſertè ait: *In omnibus humilitatis, ac ſubmiſſionis ra-*

io *habeatur.* Et parte 3. cap: 5 ita loquitur: *Ma-nopere confert, quoad fieri poterit, ea munera obire, i quibus magis exercetur humilitas.* Vnde & Ter-am noſtrorum Probationem, ſcholam Humilita-s, & abnegationis ſæpius appellavit. Non alio fine, iſi quòd certò ſibi compertum eſſet, ad eam, quam obis, in ſuis Conſtitutionibus, injunxit Perfectionis iblimitatem, perveniri non poſſit, niſi Humilitatis & bnegationis ſemitâ. Quod non ſolis tantùm ver-is, plurimùm commendavit, ſed exemplis etiam præ 'it: ita enim IGNATIVM, totum in ſua jura rede-erat Humilitas, ut dictis, factis, animi ſenſibus, per ias eum artes, continuò exerceret: quod vitam e-is diligenter inſpicientibus, liquidò conſtat. Ex eo iprimis ille, quo in Humilitatem ferebatur affectu, mnibus dignitatibus, aditum in Societate, ſummâ uadam contentatione obſtruxit: ac ne labefactari oſſet, voti religione firmavit, ſummum in ea Re-ublica, quam ipſe condiderat, Magiſtratum, alie-o juſſu invitus, vix tandem ſuſcepit, & ne ſe illo erum abdicaret, ſumma ſociorum contentio, ægrè emum effecit. Pauperum greges adamavit, quo-um viles caſas, libentiùs quàm illuſtres Principum ulas viſitabat. Ab adoleſcentibus ſe moneri ſuſti-ebat, vilia domi obſequia obibat, foris rudes, Chri-ſtianis elementis, jam in Societate Generalis imbu-bat, ſe omnium mortalium deterrimum, quòd do-ia Dei plura corrumperet, ſæpius profitebatur, o-

ptabat

Digitized by Google

ptabat vehementer, ut poſt mortem, abſq; ullo ſepulturæ,ac tumuli honore,in fimentum abijceretur. Multis precibus impetravit à Deo, ut Iacobus Eugia, ſuæ conſcientiæ & arcanorum gnarus, & confeſſarius, ſibi præmoreretur, ne admiranda Dei dona,de ſe divulgaret, quod ſe facturum pollicebatur, ſi vel unicâ vitæ horâ, ſibi poſt fata S. Patris ſupereſſet. Supremam mortis horam ſibi divinitus cognitam, ne quæ inde gloriola conſurgeret, conſtantiſſimè, dicere coram alijs diſſimulavit, verbo, nullũ fuit humilitatis genus, in quo ſe excellens virtus ejus, ſtrenuè non exerceret.

Iacobus Laynes, S Franciſcus Borgias, & Claudius Aquaviva, Nũnius Barretto, Andreas Oviedo, Fabius de Fabys, multũ humilitati addicti.

Non degeneres à Patre filij numero plurimi, virtute inſignes, Humilitate admirandi fuerunt, illi inprimis, qui in totius Societatis regimen, S. Fundatori ſuccedebant. Primus certè ſucceſſor ejus Iacobus Laynes, eâ animi ſubmiſſione claruit, ut primas quaſq; Infulas & Purpuras, quas ei fama ſanctitatis, & doctrinæ conciliabat, ſæpius repudiaverit, immo etiam maximæ, ſummi Pontificatus Tiaræ, caput ultro ſubtraxit. Nihil de tertio, B. Patris ſucceſſore, S. Franciſco Borgia dicam: palam enim eſt, eum in omnibus dictis factiſq; ſuis continuam ad ſtuporem uſq;, ſpiraſſe Humilitatem. Non minus certè Humilitatis ſpecimen, edidit, & ille invicti ſemper animi, Societatis noſtræ Generalis, Claudius Aquaviva, qui cum ſummum Chriſti Vicarium, Clementem ejus nominis Pontificem Octavum

ctavum

tavum, de ſuâ, ad ſacras dignitates evectione, ſe-
iò conſilia agitare intelligeret, ita eum res ea per-
ulit, ut tum primùm Claudium, quem propter
ıcredibilem, quæ in eo ſemper viguit, animi ma-
nitudinem, nulla unquam fortunæ fregerat ini-
uitas, pavidum, mæſtum, ac vix ſui compotem,
ræ timore, viderent ſocij. Cæterùm, in hac eti-
n animi perturbatione, ita omnem movit lapi-
em, donec innumeris votis, ſacrificijs, ſupplicijs,
eterisq; humanis, ac Divinis induſtrijs, imminen-
m turbinem diſturbaret. Similis animi demiſſio,
lucebat & in illis duobus, magis humilitate, quàm
onore illuſtribus, Æthiopiæ Patriarchis, Nunnio
aretto, & Andrea Oviedo, qui ſuarum Inſularum
ignitatem, detritâ veſte ac pallio tegere, ægros
dire, ac ſolari, viliſſimæ turbæ ac mancipijs aures
atientiſſimas dare, pedes hoſpitibus abluere, ad
emq; rem, aquam è publico fonte, humeris ſubve-
are, glorioſiſſimum ducebant. Accenſendus his eſt,
on minùs animi demiſſione, quàm vetuſto Fabiorū
ngvine, illuſtris, Pater Fabius de Fabijs: Hic poſt
lminiſtratas, viſitataſq; plures Provincias, Vicari-
Generalis Præpoſitus, dum Romæ in Domo Pro-
ſſa degeret, venientes excipiebat hoſpites, non
ntùm humaniſſimè, verùm etiam, in eam mode-
am, compoſitus, ut qui puſillo corpore, & ſpecie
inùs eſſet liberali, pro domeſtici operis, adjutore,
ijs qui ignorabant hominem, ſæpè habitus, o-

creas

erens & viatorias veſtes, ut detergeret, & mundraret, non ſemel rogatus, libentiſſimè eam operam hoſpitibus navabat: qui de viri nobilitate, ac dignitate moniti, veniàm illico ſuæ ignorantiæ, cum rubore, ac tantæ virtutis admiratione, petebant. *Idem* cùm tironibus, in Quirinali ad D. Andreæ Magiſter præeſſet, Clementem Octavum, dum quadam die, in domeſticos hortos, humaniſſimè divertentem, ſingulari quadam modeſtiâ excepiſſet, atq; ſedenti adeſſet, interrogatus, an adhuc eſſet in Societate Fabius de Fabijs, olim ſibi adoleſcens cognitus (neq; enim eum, poſt tantum ævi, & curarum, agnoverat Pontifex) reſpondit ille breviſſimè: eum ſupereſſe: ubinam degeret? rurſus interrogante Pontifice: Romæ dixit: ac demum, non ante ſe indicavit, quàm ulteriori interrogationum indagine, coactus, ulterius tergiverſari, ac ſe ocultare non poſſet. Admiratus Pontifex hominis modeſtiam, illud ſecum reputabat, quòd quantùm alij, laboris ac induſtriæ impendunt, ut viris innoteſcant Principibus, tantùm ille oblatam, innoteſcendi ejuſmodi occaſionem, repudiavit.

P. Bernardi Colnagi, & P Thomæ Sanchez, præclara humilitatis documēta.

Præclarum, & illud humilitatis ſpecimen fuit, quod præbuit P Bernardus Colnagus: hic cùm Neapoli, Theologiam, ſummo cum plauſu profiteretur, magnum aliquid, ad deijciendam opprimendamq; hominum de ſe opinionem, jam dudum meditabatur: ſtetit ſententia, vires experiri, atq; au-

dere

Digitized by Google

ere. Itaq; Rectorem adit, rogatq;, ut bonâ illius
eniâ, liceret ſibi, ſine pallio, tunicâ obſoleta, arcâ
uſtum, per urbem otioſè obambulare. Annuen-
poſtulatis Rectore, quanquam propriæ æſtima-
onis, obmurmuraret amor, ſtrenuè tamen egredi-
ır, dejectiſq; oculis, celeberrimas urbis vias, inter
uerorum ſibilos, amicorumq;, quos obvios, non
aucos habuit, ancipitem admirationem, ac du-
ia judicia colloquentium: nam alij mente motâ
ſanire, alij ſceleris alicuius pœnas dare ſuſpica-
antur: pauci, ſagaci conjecturâ, rem aſſequebantur.
gregius ſui victor, lento ac ſuſpenſo gradu pera-
rat, ac humilitati præclarè operatus, domum re-
ertit. *P*rætereo innumera propè, ejuſmodi homi-
um Religionis noſtræ, Humilitatis documenta.
nſignem Theologiæ Profeſſorem, ſed celebriorem
dhuc Humilitatis Doctorem, P. Thomam Sanchez,
acitus præterire nequeo. Excuſaverat ille, neſcio
uam leviſſimam ſuam, apud Rectorem, culpam:
ujus facti, tanta eum pænitentia cepit, ut datis ad
rovincialem literis, in quibus reum ſe ajebat, &
ehementiſſimè accuſabat, redigi in ordinem, atque
terum cum tironibus exerceri, poſtu'averit, quod
t obtinuit: tantùmq; ex illa, inter Novitios exerci-
atione profecit, ut unoquoq; triennio, illuc reverti
nicè deſideraret, Vita me, non dies deficeret, ſi

 in ſimi-

Digitized by Google

in ſimilibus Humilitatis, hominum Societatis noſtræ, relegendis veſtigijs, diutiùs immorari vellem: quam vel eo nomine, minimam meritò appellari adverto, quòd proprium decus, vendicet ſibi Humilitatem. Vnde nec miror, admirandæ virtutis, quos recenſui, alioſq; propè innumeros, in ea viros, ſummam & conſtantem ſanctitatis Perfectionem attigiſſe: ſiquidem nemo adhuc, ad conſummatæ Perfectionis culmen pervenit, qui priùs Humilitatis ſemitam ſedulò non trivit. Veluti enim, ad ſumma præalti montis cacumina, non aliter, niſi per declivia, & inferiores ejuſdem collis radices itur: ita perfectæ ſanctitatis celſitudinem, nemo unquam mortalium conſecutus eſt, qui priùs declivi Humilitatis, non perrexit viâ. Cùm ergo, perfectarum ac ſolidarum virtutum conſecutionem, noſtra à nobis requirat vocatio, conſequens eſt, hâc nos, veſtigijs Patrum noſtrorum, tritâ Humilitatis ſemitâ, ad eam, totis viribus conniti debere.

Scientiam abſq; ſolido Humilitatis fundamento non poſſe ſubſiſtere, patuit in Paulo Apoſtolo.

Verùm, non ſolùm impoſita nobis Perfectionis obligatio, magna indiget Humanitate, ſed in omnibus etiam ſcientijs eruditio, & doctrina non vulgaris, quam à nobis noſtrum exigit Inſtitutum, aliter conſiſtere nequit, niſi profunda ſolidetur Humilitate. Cùm enim, (ut ait Apoſtolus) ſcientia inflet, & extollat, niſi Humilitatis pondere deprimatur, in immenſum excreſceret tumorem. Vnde & ipſe ſublimis (quā conſecutus eſt) ſcientiæ, profundum

Digitized by Google

lum humilitatis poſuit fundamentum : antequam
nim in cæleſti Academia, Doctor Gentium inaugu
aretur, prima ejus, quâ pollebat ſapientiæ rudimen-
a, poſuiſſe ſe teſtatur, ad pedes Gamalielis, ad quos
humiliter abjectus, legem ediſcebat: ut advertit lib:
Comment in Reg: cap: 15 S. Gregorius Papa:
Paulus, inquit, *Vas electionis, ante, ad Gamalielis pe-
des inſtruitur, quàm rapiatur in paradiſum, vel ad
cæli tertij altitudinem ſublevetur. Et ideo fortaſ-
ſe, per doctrinam, alijs Apoſtolis excellit.* Quaſi dice-
ret. Nemo miretur Apoſtolum Paulum, ſummam
Doctoralis ſapientiæ attigiſſe ſublimitatem, cui tam
profunda Humilitas, ad pedes Gamalielis, poſuit
fundamenta: ſiquidem, priùs ſe, ſui eruditoris pedi-
bus depreſſum, quàm ad Doctoralem exedram, aſ-
ſeruit eſſe ſublevatum. Hoc profundiùs conſidera-
bat, & S. noſter Fundator, qui Conſtit: par: 1. §.
27 Humilitatem, omnium ſcientiarum, vult eſſe
baſim & fundamentum. Hinc illa, præſertim lite-
ris operam navantibus, ac eorum ſtudia emenſis, u-
ſitata, in Societatem invexit Humilitatis exercitia :
centonibus indui, menſæ reliquijs paſci, palam ar-
gui, domum ſcopis everrere, ollas & ſcutellas ablu-
ere, xenodochijs inſervire, ſtipem emendicare, Chri
ſtianis rudimentis rudes, & pueros imbuere, victu
emendicato peregrinari, multaq; alia, his ſimilia,
abnegationis inventa, plurimùm commendavit. Cer-
tè non alio fine, niſi ut inflati literarum eruditione

Baſim ſcientiarum, poſuit Humilitatem S.P. Ignatius

Digitized by Google

ſpiritus, vilibus & abiectis munijs detumeſcant.

Magnificis ædibus, & illuſtri palatio, quod ſibi in ſacro textu ædificavit, ſimilem ego, meritò dixerim ſapientiam, quæ niſi ſolido Humilitatis innitatur fundamento, brevi eam collabi, ac ruere oportebit. Quod unquam, perfectioris ſapientiæ capacius, extitit ſubjectum? illo immortalium ſpirituum Principe? quem Ezechiel, plenum ſapientiâ & perfectum decore, fuiſſe atteſtatur: quia tamen iſte ſapientiſſimus Intelligentiarum ſpiritus, eam, quâ pollebat ſcientiam, non in ſubmiſſionis convalle, ſed in excelſo cuiuſdam elationis monte, collocatam eſſe volebat, ideò miſerè lapſus, cecidit, cum ſua ſapientia in ruinam: ut ſupra triſtem eius caſum, admirabundus exclamare debuerit, idem Propheta: *Elevatum eſt cor tuum, perdidiſti ſapientiam.* Neq; verò, ſolus iſte immortalis ſpiritus Humilitate deſtitutus, ſe, & ſuam in exitium præcipitavit ſapientiam: non infrequentes, etiam inter mortales, ſunt eiuſmodi caſus, & ruinæ. Quid enim, illa ingenii & eruditionis portenta, Salomones, Tertulianos, Origenes, Ochinos, in gravium errorum abyſſum, præcipitavit? niſi ſumma ſcientia, Humilitatis deſtituta fundamento.

Plenus ſapientiâ Lucifer cælo excidit, Humilitate deſtitutus.

Sed quid ego, inter immortales ſpiritus, cæliq; ſpatia oberro? & è vetuſtioris recordationis memoriâ, ſepulta eruo nomina? cum in noſtræ etiam Religionis cætu, ſimiles non rarò audivimus, & hiſce ocu-

Defectus Humilitatis, multis in ſocietate noſtra, extitit cauſa ruinæ.

Digitized by Google

[...]e oculis vidimus caſus: plurima enim, etiam è me[...]o noſtri, omni eruditione inſtructi, & perpolita [in]genia, in mundanæ vanitatis lubrico, miſerè col[la]pſa, corruerunt: quia ſolido Humilitatis fundamē[to], infelices ſcioli caruerunt. Nobis, ne æquè infelix [c]ontingat unquam ruina, in Humilitatis ſtudium [o]mni ope, ac conatu incumbendum eſt: Prout in [il]lud incubuit Theologicæ eruditionis lumen [P]. Franciſcus Suarez. Rogatus ille olim ab ami[c]o, quemnam Deo, ob beneficiorum magnitudinem, [o]bſtrictum magis cenſeret? Philippumne Hiſpani[a]rum Regem, cuius imperio, tot & tam amplas re[g]iones. Deus ſubjecit? an ſe? cui Chriſtianæ ſapi[e]ntiæ regnum, liberaliter contulit: ad quæſitum i[l]lud, dejectis Pater humi oculis, ingratam ſibi eam [i]nterrogationem ſentiens, ita reſpondit: Ego verò [e]um, plura à Deo accepiſſe, & plus eidem obſtrictum eſſe, arbitror, cui Deus & ſui cognitionem amplio[r]em, & animi modeſtiam contulit majorem. Di[g]num profectò, tanto viro reſponſum, quod Humilitatem, regnis & ſcientijs, præponendam eſſe docuit.

F. Franciſcus Soarez, Humilitatem, prapoſuit ſapientia & regnis.

Pluribus, & adhuc illuſtrioribus Humilitatis do[c]umentis, ſilentio prætermiſſis, Divino magis quàm humano, propiori oraculo, eruditione, ſanctitate, [i]nprimis autem Humilitate insignis, & toto orbe cō[ns]picui, Sancti noſtri Indiarum Apoſtoli Xaverij, rem [ul]timam conſigno. Ajebat ille (ut ſcribit Turſelinus) nemi-

Digitized by Google

S. Xaverius, dicebat nemine in ſocietate poſſe perſeverare, abſq; Humilitate.

néminem germanum poſſe eſſe Societatis alumni nisi contemptorem ſui, & de ſe ſuiſq; rebus abjectè & demiſſè ſentientem. Vnde ex eo, quo ſpirabat totus, Humilitatis affectu, frequenter exclamabat: *O arrogantia, quantùm tu obes & contrariaris instituto ac Perfectioni Societatis IESV! quantopere ſ[...] js ac ſalutaribus ſociorum conatibus adverſaris!* qui quidem judicio ſuo, vir quo ſanctiorem, vix unqu[am] conſpexit orbis, manifeſtè declaravit: duo hæc, Inſtituto Societatis propria & unicè requiſita adjumenta, virtutem & ſcientiam, ſine Humilitatis præſidio, vigere ac ſubſiſtere nullâ ratione poſſe. Quæ cùm ita ſint, quis noſtrum altum ſapere, quis alta de ſe, ſuiſq; talentis, & eruditione cogitationes alere, quis ſpecioſa in Religione munia, deſiderare, aut quærere audebit? Immo ſi rectè ſapit, Salvatoris ſui Humilitatem, doctrinâ & exemplo profitentis, nec non Patrum ſuorum, abnegationis veſtigia imitatus, eliget in Domo Dei eſſe abjectus.

ALLOCVTIO III.

Oratio, Religioſæ Perfectionis, alimentum eſt.

NEmo unquam Viator, longum & arduum iter, abſq; ſufficientis alimoniæ viatico, fir-

mus ac

ns ac vegetus diu peregit. Adſit ſanè animus,ad
rrendam viam promptus & alacer, ſint pares iti-
ri vires, brevi tamen illæ concident, & langve-
ınt, ſi requiſito deſtituantur alimento. Idem o-
nino eveniet eis, quod olim contigit, illi, Salva-
rem ſuum ſequaci turbæ, de qua per cognitionem
ævisſionis, Divina in carne Veritas aſſerebat: *De-*
ient in via, quia non habent quod manducent.
ar: 8 Neque verò, ſola corpora, ad ſubeundos vi-
labores, victualibus confortantur: ſed ſuas etiam
nimas, viatores illi, qui Perfectionis iter gradiun-
ır, eſcis ſpiritualibus alere, ac roborare debent.
quidem, *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni*
erbo, quod procedit de ore Dei, Matth: 4 Porrò
nter multa ſpiritualis annonæ, ad nutriendam ani-
iam idonea alimenta, ſtudium Orationis, & fre-
uens rerum Divinarum meditatio, recenſeri debet.
Hoc ſanè contemplabatur maximus Eccleſiæ Do-
tor S. Hieronymus, dum Orationis uſum, *neceſſa-*
ium animæ alimentum, ſæpiùs appellaret Et re
à ita eſſe, quotidiano compertum habemus ex-
erimento Vnde, ut nos quoque, iſtud quod agimus
erfectionis iter, ſeriò & feſtinanter decurramus,
eceſſe eſt, ut animas noſtras, frequenti Orationis u-
ı reficiamus. Quod nos libenter, ac etiam ſua-
iter ſpero facturos, poſtquam ſpiritualis alimoniæ
ujus, ad reficiendas animarum vires, perquam op-
ortunæ, neceſſitatem & utilitatem, ſeriâ conſide-
ıtione deguſtaverimus. Congruè

Oratio animæ cibus eſt, iuxta S Hieronymum.

Digitized by Google

Congruè ſatis, non tantùm eruditiſſimi Doctoris Hieronymi ſenſu, & auctoritate, ſed omnium Aſcetici itineris peritorum judicio, & experientiâ edocemur, Orationis ſtudium, & meditationis uſum, animarum noſtrarum, quotidianum debere eſſe alimentum. Veluti enim iſtud, in quo vivimus corpus, omnem ſuum vigorem, & augmentum, robur & vitam, ſumit ab eo, quo nutritur alimento: ita animam in ſpirituali vita, Orationis uſus, vegetat, augmentat, & corroborat; ut ſuis operationibus, commodè ac vivaciter fungi poſſit: ita, ut pia rerum Divinarum meditatio, meritò dici poſſit, *Panis, cor hominis confirmans*, ſiquidem, omnis ſanctitatis profectum & incrementum, viri Perfectioni addicti, non aliundè deſumunt, niſi à frequenti & ferventi Orationis uſu: cujus ſtudium, in quocunq; fervet affectu, multas ibi, neceſſe eſt, vigere virtutes. Vnde ille ſolùm, ad decurrendam Perfectionis viam, aptus & idoneus eſt, qui ſe Orationis pabulo, ſæpè reficit ac corroborat. E contra verò, ſi hoc negligat alimentum, brevi in via Perfectionis langveſcet, ac deficiet: non ſecus ac corpus noſtrum, ſi debito ſibi deſtituatur cibo, illico langvet, marceſcit, viribus concidit, ac etiam diuturna fame enectum, vivere deſinit. Ita & animam, niſi frequenti Orationis alimoniâ reficiamus, non ſolùm in profectu laſſeſcere, ſed emori etiam, ac fame perire facilè efficiemus. Hanc, non ſolùm corporis, ſed animæ etiam

Uti corpus, ab alimento; ita anima ab oratione robur vireſq; ſumit.

tiam

Digitized by Google

m ſuæ inediam. incuſans, confitebatur ingratus e domûs Paternæ deſertor, dum acerbè conqueretur: *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo.* Quam idem, hominis inediâ conſumpti querimoniam, on ſolùm de corporalis cibi, ſed etiam de ſpiritualis alimoniæ defectu, intelligunt Sacri Interpretes.

Rei, quam aſſero, Elias Propheta luculentũ xhibet documentum. Longum ille & arduum, etu impellente, iter iniverat, dum exardeſcentis æminæ, furorem devitans, fugeret: ecce verò in ipſo iteneris curſu, igneus ille Vates, ſub unius arboris umbra proſtratus, ſemianimis mortem operitur: non ob aliam cauſam, niſi quod feſſas ex itinere vires, nullo poſſet reficere cibo, omni deſtitutus limento. Quod dum agitur, miſeratus, fame & viribus deficientis, Angelus, langventem excitat, & nimat, panemq; porrigens, ait: *ſurge, comede, randis enim tibi via reſtat.* 3 Reg. 19. Refecit pane ſubcinericio, langvidas Propheta famelicus vires, latimq; ſenſit, præſtò ſibi robur & animum, ad iter continuandum adeſſe: ait namq; ſacer textus de o: *Qui cùm ſurrexiſſet, comedit, & ambulavit n fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, uſq; ad montem Dei Horeb.* Quod erventiſſimo Prophetæ huic, ſemel contigit, hoc eligioſis maximè hominibus, uſu venire ſolet. Fugimus omnes, veluti alteram Iezabel, efferveſcen-

Elias cibo deſtitutus, proſtratus langvet

Digitized by Google

tem mundanæ vanitatis cupiditatem, agimus co
tinuum, ad montem Religioſæ Perfectionis iter. S
contingit plerumq; non paucos langvere, ac etia
viribus, in hac via deficere: non aliam ob cauſam
niſi quòd miſera & famelica anima, ſuo deſtitu
tur alimento. Porro ex mente S. Hieronymi &
multorum experimento, præcipuus animæ cibus
Orationis uſus eſt: quem ille ſubcinericius Prophe
tæ panis, benè adumbrat. Quid enim aliud agit
pænitens præſertim anima, quando ſua, in fervent
Oratione deprecatur delicta, niſi cum Regio Vate
cinerem tanquam panem manducat. Vnde quem-
admodum Propheta Elias, inediâ confectus, mor-
tem operiebatur, at verò ſubcinericio pane refe-
ctus, alacris cæptum proſequebatur iter, ita quævis
anima religioſa, Orationis pane fruſtrata, langve-
ſcit, & viribus deſtituitur, planèq; emoritur: ita, ut
ne unicum quidem virtutis paſſum, ultra facere, ac
progredi, in via ſpirituali poſſit: quodſi verò hoc
ſubcinericio Orationis pane, ſe crebriùs refecerit, a-
lacri & feſtino paſſu, de virtute in virtutem progre
ditur. Ita planè aureus Doctor D. Chryſoſtomus
lib. 1. de orando Deo ſentiebat: *Arbitror* (inquit
ille) *cunctis eſſe manifeſtum, quòd ſimpliciter im-
poſſibile ſit, abſq; precationis præſidio, cum virtute
degere, & cum hac, hujus vitæ curſum peragere.
Etenim qui fiat? ut quis virtutem exerceat, niſi
continenter, ſupplex ei ad genua accedat, qui virtu-
tem.*

Religioſi, inſtar Eliæ orationis alimento deſtituti, deficiunt in via Perfectionis, ex mente S. Chryſoſtomi, & D. Thomæ.

m omnem, largitur hominibus. Vndé Angelicus
octor S. Thomas dicebat: *Neminem in virtuti-*
, ſine Oratione, proficere poſſe: ut in ejus vita, me-
orat Ferdinandus de Caſtello. Hinc & Climacus,
bum & fontem virtutum, Orationem vocabat.
ed quid ego, ſenſa Patrum & Doctorum, ad e-
m finem coacervo? cùm idem, falli neſcia *Æter-*
a Veritas, ſuo ſtabiliat Oraculo, dum ait: *Opor-*
et ſemper orare: quaſi diceret, quemadmodum pa-
em quotidianum, à Divina liberalitate petere, e-
uſq; uſu corporis vires ſtabilire, ita Orationis ſtu-
lio, menti robur addere, humana exigit conditio.

Verùm, ut compendioſiori per exempla viâ,
d hujus veritatis cognitionem, perveniamus, pona-
nus ob oculos, perfectæ ſanctitatis viros, qui in hac
erfectionis via, curſum feliciter conſummârunt, &
idebimus profectò neminem, qui ad conſumma-
tæ ſanctitatis metas, abſq; frequenti Orationis uſu,
& ſubſidio, pervenerit Non memoro SS. Apoſtolos,
eorumq; ſuccedaneos Martyres & Anachoretas,
quorum totus vitæ mortalis curſus, una continua
uit Oratio. Domeſtica, quæ non deſunt exempla,
nagis me ad ſe trahunt & alliciunt. Certum eſt,
S. P. noſtrum, ad eam ſanctitatis perfectionem per
veniſſe, quam in eo nemo ſatis mirari, nedum ſuf-
icienter dicere poſſit: ſed nec illud dubium eſt, con
inuo eum Orationis uſu, id potiſſimùm effeciſſe.
n ipſo enim ſtatim converſionis initio, ad placan-

S. P. Ignatius uſu Orationis, ſummam conſecutus eſt ſanctitatem.

Digitized by Google

dum cæleſte Numen, & impetrandi Divina Dona longæ Orationis præſidia adhibuit, ſeptenas enim quotidie horas genibus nixus, Orationi dabat, Sacro præterea Miſſæ Sacrificio, nec non Veſperarum ac Completorij Officijs, attentiſſimâ curâ intererat. Sæpè inter orandum, ita abſtrahebatur à ſenſibus, ut longiſſimum tempus, etiam ad octo dierum ſpatium, in perpetua extaſi, ſuas produceret contemplationes. Ad ſacerdotium verò evectus, etiam in operoſo Societatis Regimine, binas poſt Sacrificium Miſſæ horas, in contemplatione traducebat, ut nihil dicam, de longiori, ad idem Sacrificium, ejuſdem præparatione, & Oratione, cui ex legum Societatis præſcripto, omnes vacare tenemur: quam ille non unius horæ definiebat ſpatio, ſed plura etiam horarum impendia, eidem, cum per tempus liceret, tribuebat. Immo inter ipſa curarum negotia, ſemper orare videbatur, adeo, ut non ſingulis tantùm (quod illi ſolenne erat) horis, ſed toto diei tractu, ita immerſum Deo præſeferret animum, ut non mente tantùm, ſed ipſis etiam oculis, Deum præſentem cernere videretur. Vnde & facies ejus, ita accendebatur, ut totus igneſcere, à domeſticis, cum ſtupore cerneretur.

S. Franciſcus Xaverius, totam ſanctitatis baſim, voluit eſſe Orationem.

Quid, tanti Patris digno filio, Indiarum Apoſtolo Xaverio ſanctius eſſe, cogitariq; poteſt? neque tamen & ille, eam, quâ cælum terramq; implevit ſanctitatem, abſq; Orationis adminiculo, eſt conſecutus,

Digitized by Google

itus: immo piæ, cui ſemper inhærebat precati-
i, omnem humanam attribuebat perfectionem:
de & ipſe rerum Divinarum contemplationi con-
uò immerſus, quidquid ab Apoſtolicis laboribus,
ererat temporis, totum, diu noctuq;, impende-
t Orationi. Ex hac IGNATII XAVERIIq; ſcho-
prodijt ille, Apoſtolico labore clarus, Protomar-
r Societatis, Pater Antonius Criminalis. Hic
amvis per Commorini, & Piſcariæ oras, ducenta
ampliùs paſſuum millia, ſingulis menſibus con-
iens, ardenti charitate, ſuas luſtraret *Paræcias*,
ihilominus, quotidie quadragies, genua poſuiſſe
hibetur, in ſua coram Domino, frequentata ſæ-
ius Oratione. Magnum non ſolùm eruditionis, ſed
nctitatis etiam nomen, habet in Religione noſtra,
agnus ille Sacrarum Literarum *I*nterpres, & cele-
ris Eccleſiaſtes P. Sebaſtianus Barradias, qui licet
q; ad ſenium, dicendis concionibus, & ſcribendis
lenis pietate, ac eruditione Commentarijs, conti-
uò deſtineretur, integras tamen, naturalis diei, 12
oras, dabat devotiſſimæ Orationi. Iam verò, ſum-
um illud apud nos, Theologicæ eruditionis lu-
ien, P. Franciſcus Soarius, literarum ſtudia aſſidu-
precationibus, ad ſapientiæ pietatiſq; incremen-
um provehebat: præſertim, ſi quis difficilior com-
aentanti, ac ſcribenti nodus incidiſſet, illico, ut e-
im expediret, Divinum lumen ſupplex invocabat,
uod ſi optata lux, paululum cunctaretur, poſitis e-
tiam

Antonius Criminalis. Sebaſtianus Barradias, & Franciſcus Soarez, plurimũ Orationi addicti.

Digitized by Google

tiam in publico genibus, Patrem Luminum exora-
bat. Definitam verò matutinis precibus, ac medita-
tionibus in religione horam, tanti faciebat, ut po-
tiùs totius ſuæ (quam tot laboribus comparaverat)
ſcientiæ jacturam ſubire, maluerit, quàm vel uni-
cum ſolitæ meditationis quadrantem, negligere.

Longus, ne dicam infinitus eſſem, ſi omne
Religionis noſtræ viros, ſanctitate inſignes recenſe-
rem, verbo dixiſſe ſufficiat: neminem ex ijs, quo-
quot fuêre ſancti, abſq; ſingulari Orationis ſtudio
aliquem ſanctitatis gradum conſequi potuiſſe: u-
meritò inſigne Religionis noſtræ decus, S. Franc-
ſcus Borgia, Orationi & ipſe, ſupra modum ad-
dictus, prophetico afflatus ſpiritu edixerit: *Inte-
ea media, quibus Divina Bonitas, Societatem præv-
dit ſanctitate augendam, principaliter ſtudium, a
fervorem Orationis numerari.* Vnde & alterum
celebre itidem Religionis noſtræ Caput, P. Claud-
us Aquaviva, uti omnis in Societate ſpiritualis boni
fontem eſſe, ajebat Orationem: ita neglectum eju-
dem, omnibus virtutibus ac meritis, peſtem afferr
affirmabat. *Neq; enim* (inquit ille Epiſtolâ de fe-
lici progreſſu Societatis) *erga Deum, neq; erga ſu-
os ſuperiores, neq; erga ſeipſum, neq; deniq; erga pr-
ximos, rectè unquam poterit, abſq; meditationis exe-
citatione, Societatis operarius ordinari: nam quom-
do poſſet quis, aut ſenſu cordis, Divina Benefici
percipere? niſi ea diligentiùs ruminaverit, aut i
gratus*

S. Franciſcus Borgia, conſervandæ Societatis medium, cenſebat Orationem. Idem & Claudius Aquaviva ſentiebat.

...is eſſe, vel operibus reſpondere? niſi ea frequenti-... impenſiùs cogitaverit. Quomodo poterit ea ... videntur & ſunt temporalia, ſeriò contemne-... qui non guſtavit æterna. Quomodò noverit bono-... appetitum amoremq; proprium, graviſſimum bo-... communis hoſtem (ut eum B. Pater noſter appel-...) pedibus conculcare? qui clarâ luce non depre-...ncerit, quid ſit? & cur ſit homo? aut quomodo vi-... ſuppetent ad difficultates ſuperandas? quæ ſe ... vita ſpirituali opponunt, aut paſſiones edoman-...? quæ ſingulis horis inſurgunt ei, qui meditatione ... D. Bernardus loquitur) non cognoſcat, quid ſi-...ſit? & oratione non impetret. Quam verò ra...em ſervare poterit? agendi cum proximis, de re-... ſpiritualibus: ſi aut ad cæleſtium amorem illos ex-...tet, aut illorum animos cæleſti rore perfundat, il-... qui nullam, aut raram cum Deo communicatio-... habet, atq; adeò præ ariditate cordis, tria ver-... ædificationis, eloqui vix poſſit. Quis zelus illi eſſe ...terit? quæ ſitis, aut fames ſalutis animarum? ſi ... mentis intentione ingreſſus fuerit, in caver-... maceriæ, latus inquam, Crucifixi, viderita; quàm ... ei ſteterit.. Et ita omnino fieri videmus, ac ex-...erimur, nullam erga Deum pietatem, nullam pro-...riæ ac proximorum ſalutis curam, in eo affectu ...gere, qui ſtudio Orationis, deditus non eſt.

Vnde rectè, odor ille Chriſti bonus, liliumq; ...aſtitatis, *B.* Aloyſius Gonzaga, tantum Orati-

onis

B. Aloyſij de Oratione ſenſus.

onis ſtudio tribuebat, ac ſi in ea, omnium virtutum ſumma ſita eſſet. *Qui non eſt* (inquiebat ille) *Orationi deditus, & interiùs collectus, impoſſibile eſt eum ad perfectam ſui victoriam, & excellentem aliquem perfectionis, ac ſanctitatis gradum, poſſe pertingere, quemadmodum ipſa manifeſtè docet experientia.* Hinc non dubitavit dicere D. Chryſoſtomus (quamvis ad alienos mores carpendos, aut de judicandos, minimè præceps) *Cùm videro quempiam, non amantem orandi ſtudium, nec hujus rei, ſolidâ vehementiùs curâ teneri, continuò mihi palam eſt, eum nihil egregiæ dotis, in animo poſſidere:* quo

Defectus Orationis, omnium origo malorum.

ſenſu & verbis, hoc exprimit S. Doctor, omnis omnino virtutis, illum expertem eſſe, qui crebrius ferventi non incumbit Orationi. Ita planè ſentiebat, è primis B. Patris noſtri diſcipulis, genuino Societatis ſpiritu plenus, & ſanctitate celebris, P. Hieronymus Domeneccus: ajebat enim ille, ne ipſum quidem Seraphicæ Charitatis Franciſcum, in ſua ſanctitatis eminentiâ, diu ſtare potuiſſe, niſi eam Orationis alimento, continuò ſuſtentaſſet. Plus aſſerit S. Laurentius Iuſtinianus, dum precationis neglectum, omnium januam, dicit eſſe vitiorum dum ita Cap: 6. de Chriſti Agone ait: *Mens, ſi quando Oratione neglectâ, cœpit à ſua cuſtodia dormitare, repente cupiditatibus fræna laxantur, & immundis cogitationibus aditus reſeratur.* Et meritò quidem, veluti enim, ferventis ollæ vaporem, im-

P. Hieronymi Domeneccus quid de Oratione ſenſit?

portunæ

Digitized by Google

...tunæ muſcæ procul fugiunt, jam verò, ubi tepi-
...m, aut frigidam ſentiunt eſcam, illic gregatim
...olant: ita pejora muſcis, aut crabronibus vitia,
... ferventem Orantis ſpiritum, ne quidem accedere
...dent, jam verò animam fervore Orationis deſti-
...tam, implent & inficiunt: ita ut quidquid mali,
...is præſertim religioſis, contingit, totum ex Ora-
...onis defectu ſoleat provenire. Ideo celebris ille, in
...c etiam Provincia, Aſceticus Magiſter, P. Nico-
...s Lancicius, experimento id ſibi conſtare aſſeve-
...bat: quod in noſtra præſertim Religione, quotquot
... grave aliquod delictum turpiter labuntur, vel
...ationem religioſam deſerunt, vel propter grande
...liquod ſcandalum, ab ea reijciuntur, infallibile
...gumentum eſſe, illos Orationi, minimè fuiſſe de-
...itos: ita ut illi ſoli, gratiâ Dei excidant, & à Religi-
...ne deficiant, qui ſtatutam matutino tempore me-
...itationem, aut totaliter negligunt, aut ex parte
...ecurtant, aut perfunctoriè, & ad ſpeciem tantùm
...eragunt. Noſtram ipſi conſulamus memoriam, &
...acilè advertemus, omnes illos, qui è medio noſtri,
...n ſæculum relapſi, ad vomitum mundanæ vanita-
...is redierunt, fuiſſe homines, Orationi minimè ad-
...ictos Meditationem, aut ſanitatis, verius dicerent,
...enſualitatis cauſâ, aut negotioli cujuſpiam obten-
...u, ſæpius intermittentes. Vnde non mirum, diu
...los vitâ ſpirituali vivere non potuiſſe, qui Orati-
...ne, hoc eſt, ut vult S. Hieronymus, & experientia

P. Nicolaus Lancicius, ob defectum Orationis, multos à religione deficere, compertum experientiâ habebat.

 docet,

Digitized by Google

docet, ſpiritûs ſui alimento, animas defraudabant eaſq;, veluti continuâ macerabant inediâ.

Strictiùs adhuc loquitur aureo ore ſuo, S. Chryſoſtomus: dum non alimento tantùm, Orationem confert, ſed etiam ipſi comparat animæ, aſſerit lib: de modo orandi: *Precationem, non ſecus vitam animæ tribuere, atq; eam anima largitur corpori.* Vnde licet abſq; cibo vivere, aliquot ſaltem dies poſſumus, at ſine anima, ne ad momentum quidem: ita ut niſi ſemper (quod à nobis exigit Salvator noſter) oraverimus, illico ſpiritûs majorem ſentiemus langvorem, quàm ſi quatriduano jejunio, corpus maceretur: immo vitali Orationis ſpiritu deſtituti, extingvi moriq; cogimur. Ne ergo in tam miſeram, & infelicem conditionem delabamur, curam & conatum convertamus omnem, ut Orationis præſidio, ſpiritûs & Gratiæ Divinæ augmentum, vitæ religioſæ conſtantiam, in virtutibus profectum conſequi valeamus. Magnus enim pudor, nullaque excuſatio foret, ſi bis in diem corpus cibo reficeremus, animæ verò Orationis refectionem, levi de causâ, ſubtraheremus. Pereat potiùs illa commoditas, abſorbeat tartarus illam, qualiſcunq; momenti occupationem, aut negotium, cujus obtentu, vel minima Orationis particula, eſſet omittenda. Immo rem, pro anima exiſtimemus agi, cum de Oratione agitur: ſic enim Orationis pabulo refecti, & animati, iſtud quod agimus iter, facile conficiemus.

Oratio eſt vita animæ.

ALLO-

Digitized by Google

Religioſa Paupertas, viam Perfectionis, facit expeditam.

GRavem omnino imprudentiæ, ne dicam amentiæ, notam incurreret, ille Viator, qui longum & arduum iter ingreſſurus, multâ ſe rerum utenſilium farragine, vellet aggravatum. Riſui ille, non curſui, ſuum exponeret iter, qui plures indutus veſtes & thoraces, humeris ſarcinas imponeret graves, & appenſas cingulo circumquaq; peras, nec non plena ære ſecum marſupia ferret. Brevì enim, ejuſmodi gravis ponderibus curſor, tanto onere preſſus, fatiſceret, ac etiam viribus exhauſtis concideret. Quod ne ijs, qui viam Evangelicæ Perfectionis decurrunt, contingeret, cavit ſuo monito Veritas in carne Divina, dum Matthæi 10. ſequacibus ſuis ſvaderet: *Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris, neq; peram in via, neq; duas tunicas.* Et meritò equidem, ſatis enim miſerum, corpus quod corrumpitur, aggravat animam, quantò magis deprimeretur, ſi tot cōgeſtarum rerum ponderibus onuſtum, gravem deferret molem. Nos ne ſimili rerum caducarum ponde

Opes abjcere opus eſt, ne gravati in via perfectionis deficiamus.

Digitized by Google

repreſſi, in via Perfectionis aggravemur, ſuo præſtat nobis beneficio, vota Deo Paupertas. Hæc enim, dum non tantùm divitiarum gravamina, currentibus adimit, ſed habendi etiam deſiderium tollit, expeditos & agiles, in arrepto Perfectionis itinere facit. Curremus non dubito, eius adminiculo prompti & alacres, ſi nihil quod noſtram aggravet conſcientiam, & ſanctæ Paupertati adverſetur, in via tulerimus.

Iumenta oneribus enervantur.

Nemo puto mirabitur, humanas vires oneribus opprimi, cùm grandiora etiam & robuſta animalia, multis enerventur ponderibus. Non memorò aſinos, ſub leviori etiam pondere pigritantes, generoſi etiam, & potentes viribus equi, gravibus ſuccumbunt oneribus. *I*am verò de camelis, quamvis naturâ robuſtiſſimis, experimento conſtat, eos ad unum etiam, faciendum in via paſſum, adigi non poſſe, ſi majus viribus onus, ſibi imponi ſentiant. Vnde meritò *Æ*terna Sapientia, divitem opibus gravem, camelo voluit eſſe perſimilem: veluti enim grande animal illud, non tantùm per tenue foramen acûs, ſe cum ſuis gibbis & oneribus inferre, nullâ poſſibilitate valet, ſed etiam, ſuperante vires, aggravatum pondere, pedem loco, nullo modo, etiam minis, & verberibus adactum movet: *I*ta quivis hominum, divitiarum onere & cupiditate preſſus, non ſolùm arctam, & anguſtam Regni cæleſtis portam ingredi, ſed ne progredi quidem, in via

Divitijs oneratus in ſtar cameli vix cælum ingrediuntur.

Perfe-

Digitized by Google

fectionis poteſt. Vnde plerumq; id in ſe expe-
ntur, divitiarum pondere onuſti mortales, quod
m magni animi & roboris, quamvis in puſillo cor
re. Heros & Bellator David, de ſemetipſo fateba-
hic enim, dum poſt ſuffocatos à ſe feroces ur-
& diſcerptos leones, Regis ſui Saul auro fulge-
bus indueretur armis, ut cum Philiſtæo manus
nferret Gigante, ita pretioſo loricæ, ac galeæ illi-
gravabatur metallo, ut palàm diceret: *Non poſ-
m ſic incedere*, Fruſtra me vos, inquit, aureis
uſtum armis, vultis cum hoſte congredi, ego ve-
hoc auri pondere aggravatus, ne uno quidem paſ-
progredi valeo. Certè non pauci, Davidi ſimiles
periuntur, etiamnum mortales, ita ſuis onerati
ibus, ut non tantùm viam mandatorum Dei cur-
e, ſed ne mentem quidem, ad cæleſtia levare poſ-
t. Ex horum numero erat ille, de publicano, fa-
s Apoſtolus & Evangeliſta Matthæus; qui quàm
ſuis adhærebat divitijs, vidit eum ſedentem in
lenio, Divinus, quem nihil latet oculus. Ita nimi-
m ille, multis gravabatur opibus, ut ne Divinæ
uidem ſibi approximanti Perſonæ poſſet aſſurgere;
d velut immobile ſaxum, loco hærebat: at poſtquam
ondus iſtud abjecit, protinus proſiliens, ex illa ini-
uitatis ſede, ſecutus eſt Salvatorem ſuum: donec
poſtolicæ Perfectionis iter, feſtinanter conſummaſ-
t. Ea enim eſt, Evangelicæ paupertatis felicitas,
t dum gravia divitiarum onera ſubmovet, faciat
ſuos

David auro o-nuſtus, progre-di nequit.

Matthæus preſſ-ſus opibus ſe-debat.

ſuos viatores, ad decurrendam ſanctitatis viam, ex peditos & veloces.

Iacob à pare-tibus in viam, abſq; omni co meatu expeditus.

Quoties ego, celebrem illum Patriarcham Ia cob, in florente adhuc & vivida ætate, è domo pa terna, in remotiorem Meſopotamiæ regionem, ex peditum cogito, mirari ſatis nequeo: quòd eum non phalerato equo vectum, non annonâ cæteraq viaticâ ſuppellectili onuſto currui, impoſitum, no famulorum comitatu ſtipatum, ſed rudi tantùm ſub nixum baculo, divites alioquin ſui parentes, domo e miſerint. Et Patri quidem ejus, jam præ ſenio, vi ſui compoti, ac etiam cæcutienti, ignoſcendum quòd eam, proficiſcentis filij ſui inopiam, uti vide re, ita & avertere, minus potuerit. Matrem ejus Re beccam, magis attonitus ſtupeo: quòd optimum & morigerum, quem maximo proſequebatur affect filium, omnibus, vitæ etiam conſervandæ neceſſa rijs, deſtitutum præſidijs, miſerum & inopem, tan quam mendicabulum, non filium, domo, verius ex truſerit, quàm expedierit: non illa filio ad delicia bellaria, ſed ne quidem ad neceſſitatem cibaria, pro vidit, non nummos marſupio impoſuit, non cervi calibus & ſtragulis, aut plumeis operimentis, ſarcina inſercivit: ſed his omnibus vacuum, peregre ire per miſit: ita, ut in via famelicus, ſub frigido Iove, dum indormire lapidi debuerit, ſuppoſito capiti ſaxo, pr cervicali. Opus erat rapidum navigio traijcere flu vium, ſed deſtitutus naulo, in ſuo baculo tranavi

Iordanem

rdanem: quæ omnia collecta in unum, non ma-
rnum, ſed novercalem, in matre erga filium, ſa-
unt affectum. Cæterùm dum rem accuratiùs
nſidero, ſubeuntes hactenus mentem cogitationes
jcio, dum manifeſtè adverto, non potuiſſe bono
io, optimam parentem, majorem teſtari affectum,
uàm cùm eum, inopem & egenum, in longinquam
egionem ablegavit. Noverat enim prudentiſſima
ater hæc, quantùm ad delicias conquiſitæ com-
oditates, nocumenti afferant, quanquam omni-
us, maximè tamen vividæ ætatis mortalibus: velu-
i enim ignis, ſi modico nutriatur alimento, utiliter
ucet, quòd ſi multo abundet pabulo, protinus in
grande erumpit, & inſoleſcit incendium: ita homi-
num, fervens adhuc, nativo calore natura, ſi utenſi-
lium, adſit parſimonia rerum, optimis reſplendet
moribus, at ſi affluat abundantia, efferveſcit in vi-
tia. Vide & iſta optima mater, adoleſcenti filio ſu-
o, eam, quam ſecum peregrinus ducebat inopiam,
nequaquam putabat obfuturam, immo multum ei
commodi ſperabat allaturam: ita enim illa animo
ſecum, ut reor, reputabat: Proderit hoc, omni-
bus commoditatibus deſtitutæ peregrinationis filio
meo, experimentum, aſſveſcet facilè, miſeræ ſortis
(ſi quæ ei olim contigerit) æquâ mente ferre fortu-
nam, ſi uſu obduruerit in adverſa: obfirmabitur a-
ſperis, in ardua quæq;, quem emollirent blanda. E-
rit præterea, hæc ejus patiens adverſitatis tolerantia,

Commoditatis abundantia, vitiorum ſementis eſt.

Inopia, virtutis occaſio eſt.

merito

meritorum, ac gratiarum Dei fertilis ſeges, qua
olim, cum Divina benedictione ubertim metet. N
que eam, ſua ſefellit opinio: nunquam enim filiu
jus Iacob, Divinis affatim cumulatus favoribus, cu
duabus turmis, dives opum, regrederetur domu
niſi illum, patienter tolerata inopia, ad eas grat
Dei opes diſpoſuiſſet.

Religioſa Paupertas, veluti optima mater, tenuitate, ſuis conſulit filijs.

Colimus & nos, Optimam Matrem, Religioſa
quam Deo vovimus Paupertatem, ſic enim ea
vocat, haberiq; vult S. Fundator noſter. Fatendu
quidem eſt, quòd nos Mater hæc, tenuiter alat, o
ſoletiùs veſtiat, modico inſtructos viatico, in vari
orbis partes ſæpè expediat, interdumq; ſolo ſcipi
ne, & viatoriâ, rebus pæne omnibus vacuâ perâ, a
cinctos, peregrè mittat. Sed hoc inter beneficia
materni ejus erga nos affectûs, recenſendum eſt:
quidem illa, eo fine & intentione, rerum ad vita
trahendam neceſſariarum, modicum nobis uſu
ſuppeditat, ne earum affluentiâ, in via quâ ad c
leſtem patriam pergimus, plus æquò ag gravati, c
ficiamus. Ex intimo, ejuſdem Matris noſtræ am
re, & illa fieri exiſtimemus, quòd nihil mutuò
re, accipere, vel diſpenſare, ex ijs quæ domi ſun
poſſimus. Illa nobis victum, veſtitum, lecti ratione
cæteraq; ſimilia, ut pauperibus accomodata pro
det, & ijs quæ ſunt domi viliſſima, contentos e
iubet: illa nos, arctioribus indies Superiorum O
nationibus, & Generalium Congregationum ſta

tis, ar

Digitized by Google

s, arctat & circumſcribit: ſed eo ipſo magis, nos
l viam Perfectionis facit expeditos. Præit omni
is, magno inopiæ ſtudio, S. noſter Parens IGNA-
IVS, hic enim, quam ſemel ingreſſus eſt Pauper-
tis viam, eam ſummâ conſtantiâ & affectu, ad
xtremam uſq; metam decurrit: & pulcherrimis
xemplis impreſſam reliquit: in ea, video abjectos,
pſo maris littore, qui, à perſoluto, amicorum be-
ignitate, naulo ſupererant, nummos: aliàs cerno,
b amicis obtruſam nolenti pecuniam, ad obolum
ſq; inter pauperes diſtributam, adverto terra ma-
iq; abſq; ullo viatico peregrinantem: conſidero in
nguſta cellula pervigilem, ne quid Profeſſorum ſu
rum Paupertas, quacunq; ſpecie & prætextu, de-
rimenti faceret: ad quod ille, ad ſupremam uſq;
liem, legibus, monitis, & exemplis, omnes induce-
at. Quid dicam de noſtro Apoſtolo Xaverio? non
ninus prodigioſâ ſanctitate, quàm miraculis claro,
erbis & ſenſu deſtituor, dum ejus longiſſima itine-
a, & per immenſa Oceani ſpatia, non aliqua com-
noditate inſtructas, ſed omnibus ærumnis refer-
as navigationes cogito: quas ille, duriſſimâ victûs
c veſtitûs ratione, ſic aggravabat, ut pedibus nudis,
ntecto capite, per æſtus, & frigora incederet, ac
ræter pauxillum orizæ, aquâ maceratæ, crudaſq;
erbas, nihilampliùs ad vitam trahendam adhi-
eret: feſſa diurnis laboribus membra, ſupra nu-
lam humum, & aſpera ſaxa, aut nauticos tunes, ad

S. P. Ignatius Paupertatis exemplar.

S. Xaverij ſũma Paupertas.

Cc bre-

Mira paupertatis, noſtrorum exempla.

brevem quietem abijceret? veſtis illi erat è rudi c
nabe, cruciando, quàm tegendo corpori, aptior
Quis reliquos recenſeat? quibus, aſſuti veſtibus ce
tones, pro gemmis, ſimplex frigidæ potus, pro an
broſia, nullo conditus ſapore cibus, pro bellarijs fu
Ex filiali, quo ferebantur in Paupertatem affectu
erant, qui, ne ſcriptorium quidem calamum, cha
tam, aut deciduum ex arbore folium, dare, accip
re, aut tollere, abſq; annuente ſuperiorum voluntat
audebant: quod, non imprudentis, cujuſpiam nov
tij ſcrupulus, ſed omnibus ſcientijs, eruditi Theol
giæ Doctoris, P. Thomæ Sanchez, religioſa obſe
vatio fuit. Quos omnes, ad conſummatæ virtut
metam, feſtinatè perveniſſe, nemo ſanè miretur
citò enim eos, iter ſuum conficere oportebat, q
nullo unquam rerum uſu, conſcientiam gravaban
immo, omni illo onere, quod illis gravamini eſſet
ſemetipſos evacuabant: cùm nemo, viam Perfect
onis decurrat citiùs, quàm, qui non habet, und
gravetur. Iam verò, ſi rei cuipiam etiam minima
religioſus affectus adhæreſcat, ſi in itineribus, au
miſſionibus, cæteriſq; occaſionibus, vitæ commodi
tatibus invigilet, ſi in corporis cultu, aut veſtitu, pa
per eſſe, & videri nolit, ſi detritas ac conſarcinata
veſtes erubeſcat: ſi cibi & potûs uſum, ad delicia
cupediaſq; trahat, ſi quod gulæ, & palato non a
ridet, illico querulus incuſet: non ille Matris, ſed no
vercæ locò, Paupertatem habet: unde nec mirum

Paupertas, nō colitur ut mater, ſi contra eius effectus, murmuratur.

quòd

Digitized by Google

uòd ijs, quibus affectu inordinato adhæſit, præ-
ravatus, in arrepta Perfectionis via, deficiat, aut
urpiter lapſus miſerè intereat.

Idem, ille ſibi timeat imminere ſupplicium, quod olim populo Iſraelitico contigiſſe, ſacra refert gina. Divino obſecutus Imperio, Dux gentis Hebrææ Moyſes, ducebat ex Ægypto, in terram promiſſionis, lacte & melle manantem, populum numero confertiſſimum: qui cùm aliquid, in vaſtam ſolitudinem proceſſiſſet, fractum viæ incommodis, brevi eum, cæpit arrepti itineris pigere: ita ut retro reſpicere, ac etiam pedem, ad inimicam ſibi Ægyptum referre, cogitaret: immo, contra eundem Ducem ſuum Moyſem, palàm conqueri, impotenter tumultuari, effrenatâ cæpit audaciâ. Porro querimoniarum, & tumultûs cauſa, non alia, niſi itineris incommoditas, & victûs inopia, quod ita Num: 21. acer Textus innuit: *Tædere cæpit populum, itineris & laboris, locutuſq; eſt: deeſt panis, non ſunt aquæ, anima noſtra, jam nauſeat, ſuper cibo iſto leviſſimo:* quas, contra victûs potûſq; rationem, exortas querimonias, Vindex Dei manus, ignitorum ſerpentum morſu, ſeverè vindicavit, ita, ut nemo ex illo murmurantis populi cætu, terram promiſſionis adierit: omnes illi, modicæ inopiæ pertæſi bucolici victores, venenatis cadaveribus ſuis, vaſtæ ſolitudinis campos impleverunt. Atqui iſti, Paupertatis ſacramento, nequaquam ſe obſtrinxerant: præterea non

Si Hebræorũ contra victu alia murmur, graviter caſtigatum eſt, maior pæna manet Religioſos, eiuſdem crimi nis reos.

Cc 2 dapes

dapes exquiſitas, non generoſa vina, ſed panem
frigidam requirebant: *Deeſt*, dicebant, *panis*, *no*
eſt aqua: & tamen ita graviter & acerbè, ob impa
tienter toleratam inopiam, viperarum morſu, &
veneno, pro gravitate ſceleris, caſtigati ſunt. Quò
ſi, propter qualemcunq; cibi potûſq;, murmuri, &
querimonijs, admiſſum appetitum, populum nul
lis votis adſtrictum, nullâ perfectionis cognition
illuſtratum, impunè abire, vindex Dei manus, no
permiſit, immo ſeueriſſimè vindicauit? conijciat u
nuſquiſq; noſtrûm, quantò juſtiùs & ſeueriùs, in ca
tus illos, animaduertet Deus, qui Apoſtolicæ vita
genus profeſſi, & Evangelicæ Paupertati mancipa
ti, victu honeſto, de Chriſti patrimonio ſuſtenta
ti, omnem tamen, ſeu cibi, ſeu potûs tenuitatem, aut
quævis alia incommodi, importunis queſtibus
impetere, ac inculàre conſveverunt: gravis omni
no, ſerpentibus etiam, ac viperis atrocior, manet e
os conſcientiæ remorſus, & venenum aſpidum in
ſanabile.

Religioſi proprietarij, gravius, quam Hebræm Achan, puniuntur.

*P*rofanus homo, gregarius miles, fuit & ille
qui ſub ſignis *Ioſue* militabat Achan, qui ne vo
quidem nomen percipiebat: quia tamē aliquid è ſpo
lijs Divino Honori devotis, impiè ſubtraxit, tàm
atrox, ſacrilegum raptorem, pæna ſubſecuta eſt
ut ſaxis eum populus comminuerit, & cum to
progenie, ac ſupellectili, voracibus flammis conſu
mendum injecerit: quamvis leve ſatis illud, quo
ſubtra-

Digitized by Google

ſubtraxerat, regula quæpiam, ſeu menſoria linea, & aliquod genus veſtimenti, fuit: gravem tamen vin dictæ pœnam, ſubire debuit, lapidibus obrutus, & igne crematus. Iam ſi quiſpiam nunc, è religioſo cætu, homo Divinâ luce copioſè illuſtratus, juratus Paupertatis cultor, aliquid de rebus ſemel ejuratis, ſui juris faceret, atrociorem procul dubio pœnam, ſacrilegij reus, proprietarius ille incurreret. Vnde ea, ut arbitror cauſa, fuit: quod Oecumenica Concilia, & Chriſti in terris Vicarij, Summi Pontifices, nec non Sacrorum Ordinum Conditores, communi etiam, ac religioſo ſepulchro, eorum cadaveribus interdixerint, qui nummos aliquot, contra fas, vivi uſurpaſſent. Quo ſupplicij genere, S. Gregorium Papam, in læſæ Paupertatis reos, implacabili irâ, uſum fuiſſe, legimus, cum eos, communi cum aſinis, in ſterquilinio, infami ſepulturâ, condemnaret.

Etiam leviores contra paupertatem graviter puniuntur culpæ.

Neq; verò, rei citra fas uſurpatæ, vilitas, à gravi & atroci pœna, excuſat ejuſmodi Achanos: Siquidem, in Eccleſiaſticis ac religioſis hiſtorijs, ſæpè legimus, multos olim Paupertatis voto obſtrictos, ob unius etiam rei leviſſimæ, abſq; moderatorum permiſſu, uſum, in purgatorio igne, graves & diuturnas luiſſe pœnas, & meritò quidem: nam veluti cõmiſſam pelago navem onerariam, non tantùm grã- di ſuâ mole cetus, aut balæna turbat, ac naufragari cogit, ſed minutus etiam piſciculus, remora dictus, ſi eidem mordicus ſeſe affixerit, in curſu ſiſtit

ac peri-

Digitized by Google

ac periclitari facit: ita affectus religioſi, ſi minima etiam adhæreant reculæ, facilè ab arrepto Perfectionis curſu, retardantur, & à recto virtutis tramite abducuntur: ut poſt facta meritorum jacturam, promeritam ſubeant pœnam: & quidem juſtè: gravem enim ille, ultoris Dei indignationem meretur, qui cùm magna, & pretioſa contempſerit, vilibus adhæreſcit. Sed quid mirum, minoribus etiam, illatis Religioſæ Paupertati injurijs, Deum offendi? cum ſeculares quoq; prudentiâ utcunq; commendati homines, ea, quæ ſunt contraria eidem virtuti, nequeant in Religioſis, citra indignationem videre. Quod ſarcaſtico quondam joco, expreſſit unus Regum Galliæ, ut Cæſarius memorat lib. 4 cap: 12. ad hunc, cum elegantiùs veſtiti veniſſent quidam monachi ſupplices, ut Rex ſuo edicto, licentiam militarem coerceret, quæ monaſterij bona extremè expilabat: tum Rex, intuitus eorum ſoccos, elegantiùs efformatos, reſpondit: apparet in calceis veſtris, ne lorum quidem, vobis eſſe relictum, aliàs tam ſtrictos, & ſubtiles non haberetis cothurnos. Simili reſponſo, correxit unum, Ordinis cujuſdam Abbatem, Philippus Rex Romanorum, ad quem in ſimili cauſa venerat, indutus artis exquiſitæ calceos, non ſimplici corigio, ſed fibulis ferreis, ad oſtentationem clauſos, unde Principi riſum, & indignationem movit, loco ejus, quam volebat commiſerationis. Putant pleriq; religioſi, ſe veſtium nitore &

Religioſi paupertati non addicti, ſunt multis ſcandalo.

elegan-

legantiâ, gratiam & authoritatem, apud homines ſæculares inventuros, & interea referunt vilipendium, & indignationem: quòd ſuæ abnegationis obliti, ſæculari vanitate intumeſcant: ut non uni eorum, illud antiquum obijci poſſit: & Senatorem amiſiſti, & Monachum non feciſti. Nos ne ſimiles, apud humanum Divinumq; judicium, incurramus criſes, ac ſupplicia, filiali erga Paupertatem feramur affectu, nihil, quod piam Matrem lædere poſſit, in minimis etiam, unquam auſi: ita enim fiet, ut omnibus oneribus ac impedimentis vacui, Viam Perfectionis expediti curramus.

ALLOCTIO V.

Amœnum, & feſtinum, ad Perfectionem, Caſtitatis iter eſt: ſed facilis in eo lapſus, niſi ſtudium mortificationis adſit.

Via caſtitatis amæna, & expedita, ſed ſimul lubrica.

SI uſquam aliàs, certè hodie, viam, quâ latè patet, ad aſpectum amænam, fauſto utinam pede! ingredimur: ita enim mirâ florum varietate vernat, fragratq;, ut ne celebres quidem illi Poëtis, Eliſij campi, ſi tantùm veritatis, quantùm commentiæ amæni-

Digitized by Google

amænitatis haberent, in ejus comparationenm v
nire poſſent. Habet & eam, iter iſtud felicitate
quòd celeri paſſu, ad metam ſuos deducat viatore
ita, ut magis pernicibus pennis volare, quàm pe
bus incedere, videatur ille, quiſquis ſe huic commi
tit itineri Sed nec illud, reticendum puto, quòd v
æ huius, coniuncta amænitati velocitas, ſit nimis l
brica, & proclivis ad lapſum, niſi undiq; ſpinis,
ſentibus fuerit circumſepta. Caſtitatis me, deſc
pſiſſe ſemitam, credo arbitramini: neq; ego diffit
or, immo recenſitas proprietates, Caſtimoniæ uni
convenire, eo illuſtratum.

Via caſtitatis munda, abſque omni obſcanitate & anxietate.

Quanta inprimis amænitate, integerrim
Caſtitatis ſemita, ſit aſpectabilis, optimè expreſſit S
lomon, dum Prover: 3 pronuntiavit: *Viæ ejus, v
æ pulchræ.* Quid enim in hoc itineris tractu, no
amænum? quid ad illecebram oculorum, non v
nuſtum? ubi nihil immundum, aut inverecundum
in ſenſus & cogitationem, mens puritati dicata
ſinit irrepere. Non hìc fætidæ imaginationis ph
taſmata, veluti graveolentes herbæ, aut venena
ſucci cicutæ, pullulant: ſed piæ, ac mundæ cogit
tiones, veluti grata viſu, & odorifera lilia floren
Procul hinc faceſſunt, carnalium voluptatum in
munda animalia, aut venenoſa reptilia: ſolus hi
qui paſcitur inter lilia, candidus innocentiâ A
gnus inambulat. Scimus multos Principes, Rege
que præpotentes, in adornandis viarum ductibu
operam

Digitized by Google

peram, & opes propè immenſas poſuiſſe: quas quadrato lapide ſternebant, & polito marmore attollebant, perenniq; virore conſpicuis arboribus, hinc inde adumbrabant: nemo tamen, aut nitore venuſtiorem, aut majeſtate grandiorem viam poſuit, illâ, quâ caſtimoniæ dicati athletæ, ſua decurrunt olympia. Nihil ſiquidem ad iucunditatem, ac etiam beatiorem animi voluptatem, illis unquam deeſſe poteſt, qui hâc amæniſſimâ puritatis ſemitâ, ad metas conſummatæ Perfectionis eunt. Nullis illi triſtitiæ angoribus, nullis conſcientiæ cruciatibus, nulla caducæ ſolicitudinis anxietate, nullo æternæ damnationis metu, exagitantur: quæ tamen anxietas, & ipſo etiam pejor letho timor, eos qui lenocinia carnis ſectantur, continuò excruciat: caſtas verò mentes, perennis exhilarat lætitia.

Caſtitas virtus Angelica, & lætitiâ plena.

Optimè, non Sacra tantùm Pagina, ſed Sancti etiam Patres, homines Caſtimoniæ ſacramento initiatos, Angelos eſſe volunt, & ſæpè appellant: immo & Beatus Pater, dum nobis Angelicam commendat puritatem, Angelorum nos vult eſſe conſortes felicitatis. Veluti enim Beatæ illæ Mentes, æternæ beatitudinis gaudio perfruuntur: ita caſtitatis fidi ſectatores, in iſto adhuc ſuæ mortalitatis exilio, cæleſtibus affluunt delicijs: ita ut ipſi etiam Beati Spiritus, ad ſpectandum cælo effuſi, non unâ ejuſmodi puritate conſpicuam, & cæleſtis lætitiæ torrente, diffluentem animam admirati, dicant: *Quæ*

amæniratis haberent, in ejus comparationenm ve-nire poſſent. Habet & eam, iter iſtud felicitate quòd celeri paſſu, ad metam ſuos deducat viatore ita, ut magis pernicibus pennis volare, quàm pedi-bus incedere, videatur ille, quiſquis ſe huic commi-tit itineri Sed nec illud, reticendum puto, quòd vi-æ huius, coniuncta amænitati velocitas, ſit nimis lu-brica, & proclivis ad lapſum, niſi undiq; ſpinis, & ſentibus fuerit circumſepta. Caſtitatis me, deſcri-pſiſſe ſemitam, credo arbitramini: neq; ego diffite-or, immo recenſitas proprietates, Caſtimoniæ unic convenire, eo illuſtratum.

Via caſtitatis munda, abſque omni obſcanitate & anxietate.

Quanta inprimis amænitate, integerrim Caſtitatis ſemita, ſit aſpectabilis, optimè expreſſit Sa-lomon, dum Prover: 3 pronuntiavit: *Viæ ejus, v æ pulchræ.* Quid enim in hoc itineris tractu, no amænum? quid ad illecebram oculorum, non ve nuſtum? ubi nihil immundum, aut inverecundum in ſenſus & cogitationem, mens puritati dicata ſinit irrepere. Non hîc fætidæ imaginationis ph-taſmata, veluti graveolentes herbæ, aut venena ſucci cicutæ, pullulant: ſed piæ, ac mundæ cogita-tiones, veluti grata viſu, & odorifera lilia florent Procul hinc faceſſunt, carnalium voluptatum im-munda animalia, aut venenoſa reptilia: ſolus hi qui paſcitur inter lilia, candidus innocentiâ A-gnus inambulat. Scimus multos Principes, Rege que præpotentes, in adornandis viarum ductibu

operam

Digitized by Google

ꝑeram, & opes propè immenſas poſuiſſe: quas
ꝗuadrato lapide ſternebant, & polito marmore at-
ollebant, perenniq́; virore conſpicuis arboribus,
hinc inde adumbrabant: nemo tamen, aut nitore
venuſtiorem, aut majeſtate grandiorem viam po-
uit, illâ, quâ caſtimoniæ dicati athletæ, ſua decur-
runt olympia. Nihil ſiquidem ad iucunditatem, ac
etiam beatiorem animi voluptatem, illis unquam
eeſſe poteſt, qui hâc amæniſſimâ puritatis ſemitâ,
ad metas conſummatæ Perfectionis eunt. Nullis illi
triſtitiæ angoribus, nullis conſcientiæ cruciatibus,
nulla caducæ ſolicitudinis anxietate, nullo æternæ
damnationis metu, exagitantur: quæ tamen anxi-
etas, & ipſo etiam pejor letho timor, eos qui leno-
cinia carnis ſectantur, continuò excruciat: caſtas
verò mentes, perennis exhilarat lætitia.

Optimè, non Sacra tantùm Pagina, ſed San-
cti etiam Patres, homines Caſtimoniæ ſacramento
initiatos, Angelos eſſe volunt, & ſæpè appellant: *Caſtitas virtus Angelica, & lætitiâ plena.*
immo & Beatus Pater, dum nobis Angelicam com-
mendat puritatem, Angelorum nos vult eſſe con-
ſortes felicitatis. Veluti enim Beatæ illæ Mentes,
æternæ beatitudinis gaudio perfruuntur: ita caſti-
tatis fidi ſectatores, in iſto adhuc ſuæ mortalitatis
exilio, cæleſtibus affluunt delicijs: ita ut ipſi etiam
Beati Spiritus, ad ſpectandum cælo effuſi, non unâ
ejuſmodi puritate conſpicuam, & cæleſtis lætitiæ
torrente, diffluentem animam admirati, dicant: *Quæ*

 eſt

Digitized by Google

eſt iſta? quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluen
Nullæ mundi voluptates, cum eis conferri poſſunt
quibus intemeratæ puritatis animæ, copioſè perfru
untur. Vnde venerabilis illa, ſanctitatis nomine
Ordinis Divi Dominici, ſanctimonialis Magdalen
de Viſinis, cùm libenter ſuas, quibus præerat no
tias, hilares videret, dum ex ijs aliquam effuſius
tiam, ridentem conſpexiſſet, ita animabat: Eja, in
quit, ride liberrimè filia, dum in hoc terreſtri para
diſo, cæleſti frueris gaudio. Idem, proprio affect
tus experimento, ſuis fratribus ſæpiùs inculcabat, &
S. Abbas Bernardus, dicens: *Delectationem non p*
dimus, ſed mutamus, de corpore in animam, de ſe
ſibus in conſcientiam Libet & ſingularem inteme
ratæ puritatis Encomiaſtem S. Cyprianum audire
Caſtimoniæ decora, de diſciplina & habitu virgin
ita recenſentem: *Flos*, inquit, *eſt ille Eccleſiaſti*
germinis, decus atq; ornamentum gratiæ ſpiritual
læta indoles, laudis & honoris opus integrum, atq; in
corruptum Quo quid præclarius, ad commendati
onem amœniſſimæ virtutum Caſtitatis, dici poterat
Neminem proinde noſtrûm pigeat, ſed delectet po
tius, hoc floridum iter, Divinæ Gratiæ ductu, &
impulſu inijſſe.

Celeriter viã Perfectionis decurrit, qui caſtè vivit.

Parum eſt, quòd amænum & delectabile iter
nobis præbeat, ea quam profitemur Caſtimonia
ſed magna inſuper, curſûs celeritate, ſuos ad Perfe
ctionis metam promovet viatores: ita, ut nemo cele

rius

Digitized by Google

is poſſit conſequi ſanctitatem, quàm integerrimæ
ritatis, ſectator. Res quam aſſero, patuit in illo
lebri curſu, duorum amoris prærogativâ inſigni-
n Diſcipulorum Chriſti: poſtquam enim crudeliſ-
mè peremptum Servatorem ſuum, vivum à mor-
is rediiſſe, intellexerunt Apoſtoli, duo ex illis amo-
e fervidiores, Petrus & *Ioannes*, fauſto excitati
intio, citatis paſſibus, ad monumentum perrexe-
int, Reſurrectionis Dominicæ veſtigia inſpe-
luri: ecce autem dum ambo ſimul properant, Io-
nnes præcucurrit citiùs Petro, ut Sacer enarrat Tex-
us. Rem puto non vacare myſterio, quòd in hoc
Apoſtolorum agone, Ioannes Petrum, ad conſecra-
um veſtigijs Chriſti monumentum, præveniſſe nar
atur. Non eſt (cogitabit quiſpiam tacitus ſecum)
nter prodigia recenſendum, quòd Diſcipulus ætate
junior, ac proinde & vegetior, alterum annis pro-
vectiorem. curſu ſuperaverit. At eam ipſam, leve,
ad ſpeciem curſûs circumſtantiam, non fruſtra pu-
to, notavit Sacer Hiſtoricus. Præſertim quòd eò tem-
poris, non erat adhuc ita ingraveſcentis ætatis *Pe-
trus*, ut juniorem, ac proinde & teneriorem ſocium,
virili paſſu, ſi non ſuperare, ſaltem æquare non poſ-
ſet. Ergo (inquiet quiſpiam alter) hoc inæquali
Apoſtolorum curſu, uſitata hominibus, adumbrata
eſt conſvetudo: ſæpè enim contingit, ætate gravi-
ores, & meritis ampliores, ad gratias & honores
humanos, à junioribus præveniri. Verùm ad fera-

Sæpe ſenes à iuvenibus, ad ſepulchrum præveniuntur.

Digitized by Google

le ſepulchrum, non ad honorum gradus & ſubſ[illegible]
lia, concurrebant iſti. Sed neq; hoc quidem, m[illegible]
talibus inſolens eſt, immo frequens & uſitatum
ut ad ſepulchrales tumulos, grandævi ſenes, à v[illegible]
nantibus ætate juvenibus præveniantur. Non ex [illegible]
lis enim frugiferis arboribus, plures in vere flore[illegible]
quàm maturi, in autumno fructus decidunt: ſed [illegible]
humano etiam genere, ſæpiùs florentes ætate juv[illegible]
nes, quàm maturos annis ſenes, haurit ſepulchr[illegible]
Verùm, aliam longè diverſam imaginationem h[illegible]
bet, de hoc Apoſtolorum curſu, graviſſimus Eccl[illegible]
ſiæ Doctor S. Hieronymus, dum eam, junioris D[illegible]
ſcipuli felicem curſûs celeritatem, intemeratæ eiu[illegible]
dem attribuit innocentiæ: ita enim ille loquitu[illegible]
*Petro tardiùs ambulante, Ioannes elatus virginita[illegible]
tis alis, cucurrit ad Dominum.* Quòd ſi, S. Docto[illegible]
corporalis etiam motûs pernicitatem, ab integer[illegible]
rima *I*oannis puritate vult proficiſci, quantò magis
in hoc ſpirituali Perfectionis noſtræ agone, virtut[illegible]
Caſtimoniæ, ad velocitatem curſûs, poſſunt ſolent[illegible]
que incitari, caſti Athletæ

S. Hieronymus alis instructam eſſe aſſerit Caſtitatem.

Quod enim Petro olim, meritò contigit, u[illegible]
quamvis integris validiſq; viribus eſſet, in illo ta
men, ad Chriſti monumentum itinere, tardiùs pro
cederet: Ioannes verò, ab illibata virginitate com
mendatus, volucri, quàm homini ſimilior, perni
cibus Caſtimoniæ pennis, ad propoſitam ſibi me
tam, citò ferebatur. Idem planè & cæteris, uſu ve
mit ho-

Digitized by Google

it hominibus. videmus enim multos ſæculi ſecta-
ores, homines Caſtitati parum, aut nihil addictos,
n via ſalutis æternæ, aut nimis lento paſſu progre-
i, aut graviter ceſpitare: nec mirum, multa enim
abent, ſeu curarum, ſeu criminum pondera, quæ
os gravant & deprimunt. Iam verò illi, qui ſe
peciali ſtudio, ac etiam Sacramento, Caſtimoniæ
ddixerunt, ſoluti omnibus impedimentis, expedi-
um habent Perfectionis iter: immo in ipſis etiam,
eligioſis cætibus, quò quis integerrimæ plus ſtu-
let puritati, eò celeriùs, viam ſanctitatis decurrit.
ræteream us alias, in noſtram oculos convertamus
eligionem. Quid enim quæſo, illos Beatos, Caſti-
noniâ autem, ad ſtuporem inſignes Adoleſcentes
oſtros (Stanislaum & Aloyſium, cæterosq; eis per
imiles, loquor) intra breves vitæ mortalis limites,
d conſummatam provexit ſanctitatem? niſi illiba-
æ, quâ pollebant Puritatis integritas: iſti enim mul
os in vita religioſa, longâ ætate provectos, & an-
oſos ſenes, qui non eâ, quâ par erat diligentia: ſtu-
lebant conſcientiæ puritati, longo poſt ſe reliquer-
unt intervallo: quòd in obitu unius eorum, gravi-
er erubeſcebat, & acerbè deflebat, vir inſignis do-
ctrinæ & auctoritatis magnæ, Franciſcus Toletus,
oſtmodum Purpuratis Patribus adnumeratus, dum
tupore attonitus, exclamaret: ecce unus gentis Po
onæ adoleſcens mortuus, tantâ apud omnes ſancti-
atis pollet opinione? nos verò, decrepiti ſenes, qui
tot in

Beati Stani-slaus, & Aloysius, beneficio Caſtitatis celeriter viā Perfectionis conſummarunt.

tot in Religionē annos tranſegimus, nihil ſumus ſi-
mile, in noſtro deceſſu habituri. Ita ſemper cit[ius]
ad virtutis metam promovet, quos vehit, vitæ in-
tegritas.

Caſti Angelis, velocitate pares.

Libenter adhuc, Caſtimoniæ ſectatores, Ange-
los nuncupari audio: nam veluti *Beatæ* Cæleſtium
Spirituum Mentes, tantâ curſûs pernicitate valent
ut intra breviſſimum temporis momentum (qual[e]
illud eſt, quod uni oculorum ictui, correſponde[re]
poſſit) è ſupremo cæli Empyrei ambitu, per im-
menſa àëreæ vaſtitatis ſpatia, præſentiam ſui tran[ſ-]
ferre valent, in remotiſſimam terræ regionem: im-
mo (ut ſentit Angelicus Doctor) poſſunt Angel[i]
ab uno extremo diſtantiſſimo, tranſire ad aliud, no[n]
attacto medio: quorum miræ velocitatis motum
facilè in via Perfectionis, æmulantur illi mortales
qui eoſdem Beatos Spiritus, puritate planè Angeli-
câ imitantur. O quæ iſta vitæ intaminatæ felicitas
nam dum cæteri in via ſalutis, lentiùs omni teſtudi-
ne ſerpunt, immo è vitiorum cæno, vix eluctati, [i-]
terum pejus labuntur, & in ſua computreſcunt in[i-]
quitate: Caſtimoniæ addicti, ad ſupremum ſancti-
tatis culmen, motû planè Angelico, feruntur co[n-]
citatiſſimè.

Multùm hæc fateor, ad commendandam, [&]
etiam omni ſtudio arripiendam Puritatis viam fac[i-]
unt: quòd cum ſingulari animi voluptate & cele[ri-]
tate, facilè tranſigi poſſit. Sed nec illud diffiteor

lubri-

Digitized by Google

ricum nimis, ac periculi plenum iter iſtud eſſe: uidem, nequit numerus, ad calculum revocari e- um, qui olim ſtrenuè viâ hâc gradientes, poſtmo- m turpiter lapſi, miſerè interierunt, quos ſe, au- ius ſuis, teſtatur audiviſſe Ieremias Propheta, ita hrenorum 4. lapſus ſuos deplorantes: *Lubrica- runt veſtigia noſtra*: quaſi diceret: Heu nos mi- ros & infelices! quos de ſemita virtutis puriſſimæ, obſcænam tot criminum ſentinam, noſtra incu- a præcipites egit. quibus idem Vates, ſenſu te- errimo, ita compatitur: *Qui veſcebantur volu- tuoſe interierunt in vijs, qui nutriebantur in cro- ijs amplexati ſunt ſtercora*: incurrebant, inquit, epius in oculos meos, miſeri non rarò homines, ui olim, intra continentiæ limites, cæleſtibus paſce- antur delicijs, poſtmodum verò, ad turpes delapſi oluptates, ſiliquis porcorum veſcebantur. Sed non ſt opus, ejuſmodi lapſus, triſtibus threnis, deplo- antem Prophetam, diutiùs audire, cùm ſimiles ca- us, noſtram quoq; notitiam, minimè lateant: heu uot tales, nobis etiam noſſe contigit! qui diu Ca- imoniæ dediti, planè Angelicam puritatem æmu- abantur, poſt liminium verò temporis, ita ſunt mi- erè prolapſi, ut non unius eorum, infamem caſum, um altero Propheta, oporteat deplorare: *Quomo- o cecidiſti Lucifer?* etiam ſaxei flerent te oculi, am qui Angelum, puritate referebas, jam obſcæ- itate, ſuem in volutabro luti hærentem imitaris, neq;

Lubricum eſt Caſtimoniæ iter.

neq; verò mirum cuipiam videatur, facilè in ha via, humana poſſe lubricari veſtigia, ſive enim na turæ noſtræ, vitio originali corruptæ, fragilitatem ſive viæ hujus, inter prærupta, hinc inde præcipi tia, anguſtias conſideraverimus, mille in ea labend occaſiones, facilè advertimus.

Facilis eſt, in via Caſtitatis lapſus.

Quòd in primis, ad noſtram lapſûs procliv tatem attinet, plus unicuiq; id ſuo conſtat exper mento, quàm ut à me enucleari poſſit. Quòd verò arctam viæ hujus ſemitam concernit, ita hæc ſtri cta eſt, ut vel latum ungvem, ad quamcunq; in ea declinare partem, ſine gravi flagitio fieri nequeat idq; ex eo: quia (ut omnes in noſtra Religione, & alios docere, & proprias dirigere conſcientias, ſu gravi anathemate obligamur) etiam in minim (modo voluntariè fiat) Caſtitatis defectu, parvita non datur materiæ. Et in hoc, à cæterarum vir tutum proprietate, diſcrepat Caſtitas, quod in ali virtutibus e. g. in Paupertate, modicum delinquer non illico grande aliquod crimen incurritur: a verò, contra virtutem Caſtitatis, vel tantillùm vo luntariè deflectere, lethale ſcelus eſt Quis auten tam faciles & frequentes in hoc genere delinquen di occaſiones, ac proclivitates evitare poterit? ni ſpeciali gratiâ auxiliantis Dei ſuffultus, & diliger ti ſuper ſemetipſum vigilantiâ præcuſtoditus fuerit

Noverat optimè eam, in hac Puritatis via, la bendi facilitatem, Divinâ luce illuſtratus B. Paren

noſter:

Digitized by Google

oſter: unde in minimos etiam contrarios huic
rtuti defectus graviter animadvertebat. Acci-
rat ſemel, quemadmodum memorat P. Nerem-
rgius, ut bonus quidam, fervidus, exemplaris, &
ovectioris in Religione ætatis Frater, qui ex of-
io hoſpites excipiebat, dum unius lavaret pedes,
antam illius ita fricaret, ut adriſum eundem pro-
ocaret: quod poſtquam ad notitiam S. Patris per-
enit, ſtatim Fratrem illum dimitti è Societate iuſ-
: cumq; à Patribus omnibus inſtanter rogaretur,
parceret delinquenti, ſemper enim religioſæ di-
iplinæ obſervantem, devotum, laborioſum, ac æ-
ificativum ſe exhibuerat: ceſſit tandem ſupplicum
recibus B. Pater, eam tamen reo pænitentiam im-
oſuit, ut Compoſtellam, octingentarum leucarum
ter pedibus obiret, ac ſine viatico mendicus pere-
grinaretur. Ita S. Pater, maiores præcavens ruinas,
ninores etiam culpas ſeverè puniebat. *I*am verò,
atæ illius Regulæ, ex communibus 34. quæ ad reli-
eligioſæ decentiæ conſervandam gravitatem, pro-
ibet: ut nemo alium, etiam joco tangat, eam fu-
ſſe occaſionem, noſtri ſcriptores referunt. Dabat
in Collegio Romano, literis operam, Iacobus Cruci-
us, nobiliſſimi generis puer duodennis, qui poſtea
Societatem ingreſſus, munere Aſſiſtentis pro Italiæ
Provincijs, in eadem fungebatur, vixitq; in ea, ad
annum ætatis ſuæ nonageſimum, cum præclara ſan-
ctitatis opinione: hujus inquam Iacobi pueruli ad-

S. P. Ignatiin leviſſimos etiam, contra Caſtitatem defectus graviter animadvertebat.

Ee huc,

Digitized by Google

huc, ut erat formæ elegantis, & ingenij promp-ſimi, quidam ex Patribus ejus verticem capi-manu attigit, capillumq; ut moris eſt demulſit: quod cùm ad IGNATIVM, protunc Societatis Præ-poſitum, relatum eſſet, illum inprimis, qui tale be-nevolentiæ ſignum, innocenti puero exhibuit, gra-viter punivit, deinde ne id in poſterum noſtri, ſibi licere putarent, latâ lege vetuit: quam, de caven-do tactu Regulam, plenus S. IGNATII ſpiritu P. Nicolaus Lancicius tanti æſtimavit, ut ſæpiùs aſſe-reret, obſervantiam ejus, ad perſeverandum in So-cietate, eſſe omnino neceſſariam: dicebat enim ſibi experimento conſtare, legis iſtius violatores, in Re-ligione noſtra communiter non perſeverare: quod nobis etiam, iſtis uſurpare oculis, utinam non li-cuiſſet. Ita nimirum, lubricum Caſtimoniæ iter eſt, ut quivis, minimus etiam contra eam defectus, ad gravem diſponat, & protrudat lapſum.

Tactus, etiam ioci causâ à S. Patre prohibiti violatores, communiter in Societate non perſeverantes.

Vt tamen eâ, quam ultro arripuimus labili ſe-mitâ, tutò incedamus, poſt Auxiliantem Dei Gra-tiam, frequenti mortificationis uſu, id facilè nos conſecuturos ſperemus: quod ut exequi tantò fe-liciùs poſſimus, ſequamur veſtigia alterius, Incar-natæ Veritatis, Prodromi Ioannis. Noſſe vellem quid cauſæ fuit? quòd innocentiſſimus iſte huma-na in carne Angelus, materno adhuc in utero, Di-vinis Gratijs affatim cumulatus, ipſo vitæ puerilis initio, in vaſtæ ſolitudinis eremum ſeceſſerit? ibiq;

S. Ioannes, puer in eremum ſeceſſit, ut periculis conſuleret Caſtitatis.

ad tri-

Digitized by Google

l trigeſimum uſq; ætatis ſuæ annum, in ſumma au
ritate vixerit? ita ut quidquid arrideret viſui,
idquid dulceſceret guſtui, blandiretur auditui,
nocinaretur odoratui, interdictum ſibi decreverit:
nocens & rationi obſequens corpus ſuum, conti-
uâ jejuniorum inediâ maceraverit, ſubtractâ ſo-
ni neceſſitate vexaverit: horridâ cilicij aſperitate
lixerit, milleq; alijs tormentorum iuventis excru-
averit. Quid per Deum! parem illam Angelis in-
ocentiam, tanta ſubire, patiq; oportuit? Reſpon-
et præclarè S. Hieronymus, dum Epiſt: 4 ad Ru-
cum ait: *Ioannes Baptiſta, Sanctam Matrem ha-
uit, Pontificis filius erat, & nec matris affectu,
ec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum,
um periculo viveret Caſtitatis*. quo verborum ſe-
, id S. Doctor luculenter expreſſit, quod ne ille
uidem ſanctiſſimus mortalium Ioannes, in pater-
a, quamvis ad omnes ſanctimoniæ leges, ordina-
domo, citra Caſtitatis periculum, ſe vivere poſ-
e judicabat. Sancta quidem illa natalis domus ejus
rat, ubi & ſacerdotali ſanctitate Pater, & devotâ
ietate mater, omnibus prælucebant: quia tamen
læ plenæ opum ædes, omnibus vitæ commoditati-
us abundabant, nequaquam intra eas, integram
ore Puritatem ſuam, Sanctus Propheta exiſtima-
at: unde relictâ, domeſticarum commoditatum,
nimicâ conſervandæ Caſtitatis affluentiâ, in plenâ
orridæ auſteritatis eremum libens ſeceſſit, ſuoq;

 palam

Digitized by Google

palam fecit exemplo, rerum omnium copiam, ſenſuumq; indulgentiam, cum integritate Caſtitatis, ſub uno eodemq; tecto, commorari non poſſe. Quòd ſi illius, Æternæ Veritatis elogio, celebratiſſimi Prophetæ puritatem, non domûs paternæ ſanctitas, non Divinarum Gratiarum ſubſidia, non vitæ infantilis innocentia, integrè conſervare poterant, ſed multâ, & diuturnâ ei opus erat vitæ auſteritate, ne domeſticis afflatus delicijs, flos ille langveret. Nos, Æterni Verbi Prodromo, nequaquam comparandi, nullo mortificationis uſu adhibito, immo datâ ſenſibus omni licentiâ, Angelicam puritatem, quomodo conſequi, ac conſervare poterimus? Fallimur, omnino fallimur, ſi corpori delicatè tractato, decus iſtud promittimus.

Caſtitas velut lilium inter ſpinas, auſtera caſtigatione, in ſua integritate conſervatur.

Aliter longè ſentit, ac iudicat Sponſus Cæleſtis, qui animam puritati dicatam, vult eſſe lilium inter ſpinas, quaſi dicat: Mens Caſtimoniæ ſtudioſa, niſi inter continuæ mortificationis ſpinas verſetur, nequaquam gratè florere, ac benè olere poteſt. Benè Latini, Caſtitatem à caſtigatione, dictam eſſe volunt, quòd ſine eâ, intaminata puritas haberi, ac cõſervari nequeat. Vnde & Caſſianus chimæricum aliquid eſſe exiſtimat: *Abſq; caſtigatione carnis, Caſtitatem obtinere, ſine vigilarum labore, cordis acquirere puritatem, cum requie carnis, ſpiritualibus virtutibus exuberare:* veluti enim ſi lilium, molles tantùm flores, & langvidæ circumſtant herbæ, facilè

vento-

ntorum impulſu humo allidititur, ac lutulento ter-
: pulvere inficitur: immo ab immundis etiam ani-
alibus, ſæpè conculcatur: at verò ſpinis circumſe-
um, ne cadat, ab ijsdem ſuſtentatur, & defendi-
ır, ne brutorum pedibus conteratur: unde ſpina-
m præſidio, gratè floret, fragratq;: haud ſecus Ca-
monia, inter delicias, & commoditates carnis,
ntationum flatu deijcitur, & à brutis cupiditati-
us proteritur: jam ſi mortificationis ſpinis, fla-
ellorum aculeis, ciliciorum aſperitatibus, ac ine-
ijs obarmata fuerit, Deum, ac totam ejus cæle-
em curiam, vernanti oblectat candore, & ſuavi
creat odore, Sed quid rem per ſe notam, diuti-
s elucido? cui tota Patrum ſpiritùs, auctoritas ſuf-
agatur, Sanctorum exempla & veſtigia demon-
rant, uniuſcujuſq; experientia atteſtatur. Quot-
uot enim hac Caſtimoniæ ſemitâ, nos ad beatam
licitatem præceſſerunt, omnes per voluntariæ
ıortificationis ſpinas, ac ſentes, lubricum iter iſtud
liciter confecerunt. Paterent utinam oculis no-
ris! recluſa cæleſtis Gloriæ abdita, ſpectaremus
rotectò, plumos, per aſperæ mrtificationis
inas, & tribulos, ad glorioſam CaſtimoniæLauream
luctatos, ſine cenſu & numero, Benedictos. Hâc
inoſâ aſperitatis viâ, nobis quoq; incedendum eſt,
periculoſum, intaminatæ puritatis ſtadium, anıæ-
è ac feſtinanter, paſſu non labili, Dei, & heroicæ
ıortificationis ope, decurramus.

ALLO-

Digitized by Google

ALLOCUTIO VI.

Recta, & ſecura eſt ad Perfectionem, Obedientiæ via, ſec ſi vel tantillum ab ea aberretur, gravis error incurritur.

MVltis erroribus obnoxium, & ad fallenda veſtigia proclive Perfectionis iter, conſtante agentibus, Ductor & Anteſignanus noſter Beatu Pater, viatorium ſcipionem porrigit, ut eo ſuffulti non ruant lapſabundi, ſed recto tramite pergant ſecuri. Porrò ſcipio iſte, ſenis ille baculus eſt, cui idem S. Pater, Religioſam Obedientiam vult eſſe perſimilem: veluti enim debilis viribus, idemq; cæcus ſenex viator, ſcipione, quem geſtat manibus, rectum pertentat iter, & pronos ad lapſum ſufful cit greſſus: ita affectus noſtros, quos corruptæ naturæ labes, veluti quædam debilitavit ſenectus, & parendi ſtudium excæcavit: jurata Deo Religioſa Obedientia, & rectâ viâ deducit, & arcet à ruina Iam ſi infirmis viribus, & oculis captus ſenecio ſuo deſtituatur fulcro, protinus & à recta ſemita procul aberrat, & pronus ruit in lapſum: haud ſecu Religioſus, ſi eam, quam ſemel ambabus manibu arripu-

Obedientia ſenis baculo ſimilis.

Digitized by Google

arripuit, dimittat Obedientiam, procul dubio & Regia Perfectionis via, longè deviabit, & in multorum criminum præcipitia ruet. Quod quàm ſæpè fieri contingat, ex dicendis facilè conſtabit.

Si inter virtutes, ſive illas, quas Theologicas nominamus, ſive eas, quas Morales dicimus, de primatu concertatio foret, eſſent credò non pauci, qui Fidei, aut Religioni, primas deferrent: hâc ſubnixi ratione, quòd Fides hominibus veri Numinis cognitionem ingerat, Religio Divinæ Majeſtatis venerationem edoceat. Deſcendamus ad unum tantùm particularem Religionis actum, exempli gratia, Sacrificium. Quid hoc digniùs? quid ad honorandam Divini Numinis dignitatem accomodatiùs, eſſe cogitariq; poteſt? præſertim quòd quovis Sacrificio, Numen ipſum, aut figuratum, ut fiebat in lege veteri, aut verum, ut fit in Eccleſia Chriſti, offeratur. Vnde Sacrificium legis Gratiæ, ut conſentiunt omnes, infiniti eſt valoris, & immenſæ dignitatis. Iam verò Fides, etiam ſupra Religionem, aliquid ſibi vendicare videtur. Prius enim illa, Numen verùm agnoſcit, quàm hæc veneretur: adeo, ut nunquam ad veri Dei cultum venerabunda Religio accederet, niſi eam invitaret, ac veluti manu duceret Fides. Cæterùm his etiam primis dignitate Virtutibus, Obedientia aut anteferri, aut æquiparari debet. Et quod quidem ad Religionem attinet, ultro hæc, Obedientiæ cedit loco, & primatu, Divino

Fides, aut Religio, inter reliquas Virtutes, videntur primatum obtinere.

Religio, & Fides, Obedientiæ, primo loco cedunt.

Divino Oraculo, per Prophetam, Pontificiâ Tiar
inſignem Samuelem, ita approbante: *Melior eſt O*
bedientia quàm victima: non alia puto de cauſa
niſi quòd & Divina Majeſtas, magis Obedientiâ qu
victimis oblectetur, & homines plus Dei Gratiam
obſequendi ſtudio, quàm Sacrificijs mereantur. Vn
d· Regius Vates, clarè aſſerit, pluris à Deo obedi
entiam, quàm Sacrificium æſtimari, dum Pſalmo 3
ait: *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures au*
rem perfeciſti mihi. Quia, ut Sacri Interpretes ex
ponunt, magis Divinæ voluntati, apertæ ad obedi
endum aures, quàm Sacrificiorum oblationes arri
derent. Quod verò fidei dignitatem concernit, cer
tè huic etiam, ſi non anteponi, ſaltem aliqua ex pa
te, æquiparari debet, ſoletq́; à Sanctis Patribus O
bedientia: quorum Princeps Auguſtinus, ita in Pſa
mum 70. dilertè loquitur: *Sola quæ Fidei meritum*
poſſidet, eſt Obedientia. Et meritò equidem, S. Do
ctor, Obedientiam æquiparat Fidei: nam ſicut Fi
des, obſcuri luminis, ac planè cæcutiens eſt: neq;
enim, rationes eorum quæ credit, manifeſtas intue
tur: alioquin ſi in perſcrutandis ejuſmodi rationi
bus, ſagax nimium & oculata eſſet, Fidei meritum,
immo & naturam exueret. S. Gregorio Papa Hom.
26 in Evange: ita atteſtante: *Fides non habet me*
ritum, cui humana ratio præbet experimentum.
Non aliter & Obedientiam, Sancti Patres, ac nomi
natim Beatus Parens noſter IGNATIVS, cæcam e

Obedientia ſua à cæcitate, fidei obſcuritate imitatur, & pari gaudet certitudine.

ſe volunt:

volunt: ſi enim & illa nimis perſpicax, præce-
orumq; indagatrix eſſet, pretium meriti perde-
t, & Obedientiæ eſſentiam amitteret. Nam ſicut
ideles firmiter tenent, quidquid ad credendum le-
itimè proponitur, nihil ulteriùs curioſè inveſti-
antes: ita qui ſe Obedientiæ ſubjiciunt, quid-
uid præcipitur, faciunt, nihil ampliùs inquiren-
s, nec rationes præcepti exigentes. Præterea, que-
dmodum *ſine fide* (ut ait Apoſtolus) *impoſſibile
 placere Deo:* ita niſi perfecta in Religioſo adſit
Obedientia, omnia in eo Divino guſtui deſipiunt:
ed potiſſimum ex eo capite, meritò Fidei, æqui-
aratur Obedientia, quòd etſi quiſpiam, à cæte-
rum virtutum ſemita longè deviaverit, ſi tamen
dem firmiter teneat, nondum eſt extra viam ſalu-
is: jam verò ſi à fide, errore quopiam abductus,
el tantillum declinet, à ſpe vitæ æternæ, toto er-
avit cælo: haud aliter tenaces Obedientiæ mentes,
tiamſi in aliarum obſervatione virtutum, impinge
e, aut errare eis contingat, facilè tamen Obedien-
iæ ductu, erigi, aut reduci poſſunt, ad eam, à qua
rrarunt Perfectionis viam: at verò, ſi dirigi ſe O-
bedientiâ nolint, nullo cæterarum virtutum uſu, ju-
ari poſſunt, immo excuſſo obtemperandi freno,
n aperta criminum præcipitia ruunt.

Quod Aaronus vitulum, nō verò Moyſis ſerpentem, populus adoravit, Obedientia effecit.

Rei de qua diſſero, duo gentis Hebrææ Prin-
ipes, ijdemq; germani Fratres, Moyſes & Aaron,
locumentum adſtruunt: ſuum uterq; ſimulachrum,

Digitized by Google

Religio, & Fides, Obedientiæ, primo loco cedunt.

Divino Oraculo, per Prophetam, Pontificiâ Tiarâ insignem Samuelem, ita approbante: *Melior eſt Obedientia quàm victima:* non alia puto de cauſa, niſi quòd & Divina Majeſtas, magis Obedientiâ quàm victimis oblectetur, & homines plus Dei Gratiam obſequendi ſtudio, quàm Sacrificijs mereantur. Vnde Regius Vates, clarè aſſerit, pluris à Deo obedientiam, quàm Sacrificium æſtimari, dum Pſalmo 39 ait: *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi.* Quia, ut Sacri Interpretes exponunt, magis Divinæ voluntati, apertæ ad obediendum aures, quàm Sacrificiorum oblationes arriderent. Quod verò fidei dignitatem concernit, certè huic etiam, ſi non anteponi, ſaltem aliqua ex parte, æquiparari debet, ſoletq́; à Sanctis Patribus Obedientia: quorum Princeps Auguſtinus, ita in Pſalmum 70. disertè loquitur: *Sola quæ Fidei meritum poſſidet, eſt Obedientia.* Et meritò equidem, S. Doctor, Obedientiam æquiparat Fidei: nam ſicut Fides, obſcuri luminis, ac planè cæcutiens eſt: neq́; enim, rationes eorum quæ credit, manifeſtas intuetur: alioquin ſi in perſcrutandis ejuſmodi rationibus, ſagax nimium & oculata eſſet, Fidei meritum, immo & naturam exueret. S. Gregorio Papa Hom. 26 in Evange: ita atteſtante: *Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Non aliter & Obedientiam, Sancti Patres, ac nominatim Beatus Parens noſter IGNATIVS, cæcam eſ-

Obedientia ſiu â cæcitate, ſidei obſcuritatē imitatur, & pari gaudet certitudine.

ſe volunt:

volunt: ſi enim & illa nimis perſpicax, præceptorumq; indagatrix eſſet, pretium meriti perderet, & Obedientiæ eſſentiam amitteret. Nam ſicut fideles firmiter tenent, quidquid ad credendum legitimè proponitur, nihil ulteriùs curioſè inveſtigantes: ita qui ſe Obedientiæ ſubijciunt, quidquid præcipitur, faciunt, nihil ampliùs inquirentes, nec rationes præcepti exigentes. Præterea, quemadmodum *ſinè fide* (ut ait Apoſtolus) *impoſſibile eſt placere Deo:* ita niſi perfecta in Religioſo adſit Obedientia, omnia in eo Divino guſtui deſipiunt: ſed potiſſimum ex eo capite, meritò Fidei, æquiparatur Obedientia, quòd etſi quiſpiam, à cæterarum virtutum ſemita longè deviaverit, ſi tamen fidem firmiter teneat, nondum eſt extra viam ſalutis: jam verò ſi à fide, errore quopiam abductus, vel tantillum declinet, à ſpe vitæ æternæ, toto erravit cælo: haud aliter tenaces Obedientiæ mentes, etiamſi in aliarum obſervatione virtutum, impingere, aut errare eis contingat, facilè tamen Obedientiæ ductu, erigi, aut reduci poſſunt, ad eam, à qua errarunt Perfectionis viam: at verò, ſi dirigi ſe Obedientiâ nolint, nullo cæterarum virtutum uſu, juvari poſſunt, immo excuſſo obtemperandi freno, in aperta criminum præcipitia ruunt.

Quod Aaronus vitulum, nō verò Moyſis ſerpentem, populus adoravit, Obedientia effecit.

Rei de qua diſſero, duo gentis Hebrææ Principes, ijdemq; germani Fratres, Moyſes & Aaron, documentum adſtruunt: ſuum uterq; ſimulachrum,

Digitized by Google

populo Iſraelitico propoſuit ad ſpectandum. A-
ron in primis, vitulum produxit conflatilem, Moy
verò ſerpentem fabricavit æneum. Inter quæ
mulacra, illud diſcriminis eſt, quod Aaronis idolu
quamvis nullis prodigijs, aut Divinitatis indicijs
tatum, magna pars populi, ut verum Numen ado
vit: Moyſis verò ſerpentem, licet miraculis ce
brem, & Divinitatis indicia ſpirantem, nullus H
bræorum fertur adoraſſe. Aurum vitulo, ex q
erat conflatus, venerationis occaſionem, credere
præbuiſſe. æreum verò ſerpentis metallum, negl
ctum fuiſſe. Cæterùm nativa ſerpentis prudenti
naturâ ſtolido, licet aureo, debebat præponenda
vitulo. Eccur tamen Aaronis idolum, Divino cu
tu honoratur? Moyſis verò ſerpenti, nulla ſimil
veneratio adhibetur? ſed ex ejus aſpectu, ad veri N
minis adorationem unuſquiſq; excitatur? Mitto
lias, quæ gregatim circa id, menti occurrunt, co
ſiderationes, illam libens arripio, quæ rationem
ſcriminis affert ab Obedientia. Fabricavit Moyſi
æneum ſerpentem, non ſuæ voluntatis placito, ſe
Divino obſecutus imperio: ideo nemo mortaliun
æreo illi ſerpentis ſimulacro, Divinum tribuere cu
tum audebat, quinimò omnes, intuiti præclarur
illud Obedientiæ opus, ad venerationem veri N
minis, mentes, & affectus, magno pietatis ſenſu a
tollebant. Aaron verò, quia ex propria, populo ac
bladiente voluntate, aureum vitulum efformavit

idcirco

rco idem populus, propoſito ſibi idolo, Divinum tum exhibuit, & ad idolatriam gravi impietate rravit. Aeneus ille ſerpens, magis Obedientiæ, m artis fuſoriæ ſubſidio productus, ad cognitio- m, & venerationem Præpotentis Dei, populum re ducebat: ille verò vitulus, tanquam propriæ vo- ntatis fætus, à veri Numinis cultu, ad turpe ido- triæ crimen, multos abduxit, & procul à via ſa- tis aberrare fecit. Idem omnino nobis uſuvenire let, quod populo electo Dei, olim contigiſſe au- mus. Si quis enim noſtrûm, qui Deo Obedientiæ tum fecit, Moyſem imitatus, illa tantùm in ſua gitatione effingit ſimulacra, quæ ſancta deſcri- t Obedientia, prudentis ille format ſibi effigiem pentis, nunquam certè talis, à via ſanctitatis ab- rat, ſed inter mille ſalutis diſcrimina, ad æternæ eatitudinis metam, quæ eſt ſumma Dei Bonitas, ſtà ſecurus pergit. Iam verò, ſi quis propriæ vo- ntatis, vituli jugum detractantis, facit ſibi ido- m, ſi ſui pertinax ſenſûs, plauſum in omnibus uærit popularem, profectò ille, vitulo quovis ſto- dior, non à Perfectionis tantùm, ſed ab æternæ tiam ſalutis via, facilè deviabit, & Divini refraga- or regiminis, in multas criminum labes, infelix dolatra ruet, illudq; ſibi oggeri audiet, quod olim, ertinax Obedientiæ violator, audivit Saul, à S. Pro- heta ſuo Samuele, dicente: *Quaſi peccatum ario- ndi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ, nol- le acqui-*

Idolum propriæ voluntatis, multorũ cauſa malorũ.

Digitized by Google

le acquieſcere. Ad eam impietatis conſummati nem, Divinæ, per ſuos vicarios intimatæ voluntat contemptores delabuntur, ut inter idolatras ſcel ſtiſſimos cenſeantur Neq; hæc eſt auxeſis exager tiva, ſed veritas genuina: cùm enim Divinum lud ſit in Evangelio eſtatum *Qui vos audit, me a dit:* ſequitur exinde, quòd ille, qui proprij judicij ſe ſum, præponit ſui ſuperioris judicio, propriæ volu tatis veneratur idolum: Deum verò humano o imperantem, nihili facit: quod ſcelus, nonne pr ximum eſt, colenti idola impietati?

Quantùm Deo placeat Obedientia, patuit in S. Bernardo.

Alia eſt ſors, felicitas longè diverſa eorum qui Obedientiam, Divino quodam cultu obſervant ita ut pietatis etiam opera, ac cæleſtes delicias, il poſthabeant: tales enim tutiſſimâ ſanctitatis ſem tâ, ad Deum, qui eſt ultima Perfectionis meta; re ctà contendunt Vt olim patuit in obſervantiſſim Obedientiæ Bernardo: hic, in primordijs vitæ ſu Religioſæ, cùm quodam tempore, in ardentiſſim ſua contemplatione, ſolito æſtu ferveret, à ſe ipſ abijt, & in illo mentis exceſſu, aſpectabilem intu ebatur Ieſum, ejuſq; colloquijs, mirè recreabatur ecce verò, dum his fruitur delicijs, importunus, a aures, appellit campanæ domeſticæ ſonus, quo a everrendam domum, Religioſi Tirones evocaban tur Quid hic ageret Bernardus? abire à ſuaviſſi mo IESV, relinquere ſuos amores, ac delicias, enim vero grave, ac durum: non abire evocante campa nâ, tan-

Digitized by Google

nâ, tanquam ſui ſuperioris lingvâ, etiam nefas: abijt tamen illico Bernardus, etiam non ſalutato hoſpite gratiſſimo, ſed non abijt IESVS, ubi enim, mundatâ ſcopis domo redijt, ad ſuam cellam, ſupra cæleſtes delicias, Obedientiæ appretiator Bernardus, reperit Ieſum, eodem adhuc hærentem veſtigio, vultu longè amabiliori, hâc voce ſe compellantem: Niſi abijſſes Bernarde, ego non rediturus receſſiſſem. Ita nimirum Obedientia, dum etiam à Deo ſuos cultores avocare videtur, compendioſiori illos viâ, reducit ad eundem: ſiquidem optimus Servator, inobedientes deſerit, adhæret conſtanter obedientibus.

S. Petrum per fluctus maris, ſecurè Obedientia duxit.

Sed in Principem quoq; Apoſtolorum Petrũ, ſtupentes conijciamus oculos, & videbimus profectò, quàm ſecurè, difficillimis etiam itineribus, ſuos cultores ducat Obedientia. Navem conſcenderant (ut Capite 14. enarrat S. Evangeliſta Matthæus) Apoſtoli, vix in altum provectos, nox inprimis intempeſta excepit, validus deinde ventorum turbo, mare totum concuſſit, unde ſæva tempeſtas coorta, jam planè fluctibus Apoſtolicam abſorbebat navim Ecce verò, inter eas, tumultuantis oceani procellas, adeſt ſuper undas ambulans aſpectabilis Salvator, quem ubi, ſibi à metu redditus agnovit Petrus, in eam erupit vocem: *Domine, jube me venire ad te.* Quæ dum audio, vehementer miror Apoſtolum, quòd in eos, quos modò

extimu-

extimuerat fluctus, libens proſilire velit. Cur enim potiùs non ait? Domine, ſævientis oceani compeſce furorem, fluctus haurientem conſcende, & attolle navim, pereuntibus porrige dexteram, mari tumido, tranquillitatem redde: nihil ille precatur horum, ſed intrepidus ait: *jube me venire ad te.* Sed enim, furentis pelagi vorticibus hauſtus demergereris? Non ego, inquit, Apoſtolus, tempeſtatis minas, ventorum turbines, Oceani vortices vereor: omnia pericula nihili duco, nihil pertimeſco: modo jube, & impera Domine, ut veniam ad te. Duce Obedientiâ, etiam fluidi naturâ elementi, ſolidum & calcabile iter præbebit eunti. Neq; ſua Apoſtolum eluſit opinio: nam per tumentes etiam maris vortices, ſicco & ſecuro veſtigio, ad Chriſtum pervenit: palàmq; fecit, eam Obedientiæ ineſſe vim, ut etiam ardua, reddat plana & facilia.

Terrâ mariq; ad Perfectionem itur.

Ea profectò eſt viæ noſtræ, quam conſequendæ Perfectionis cauſâ, ſuſcepimus varietas: ut non terreſtri tantùm itinere, ad ſanctitatem contendere, ſed mari etiam, per tumentes procellarum fluctus, ad fortunatam beatæ perennitatis inſulam navigare, nobis incumbat. Quid enim melius, humanæ vitæ procelloſam conditionem, quàm turbulenti maris exprimit, ac effingit imago? ubi, quot validè irruentes tentationum inſultus, tot decumani fluctus, & procellæ: quot delinquendi occaſiones, tot periculi plenæ ſyrtes & Charybdes. O quot

quantis

Digitized by Google

[q]uantiſve paſſionum, ac cupiditatum fluctibus, ca-
[r]ioſa hæc, in qua navigamus, corporis noſtri na-
[v]icula obruitur? ita, ut unumquemq; noſtrum, in
[æ]ternæ perditionis abyſſum, demergi oporteat, niſi
[n]os, ex hoc procelloſo æſtu, eripiat ſalvetq; Obedi-
[e]ntia, quæ ſimiliter periclitanti adfuit Apoſtolo Pe-
[t]ro, dicenti: *Iube me, venire ad te.* Veluti enim il-
[l]a Ducis populi Iſrael Moyſis, clara prodigijs virga,
[p]er profundam vaſtitatem tumentis pelagi, ſicco
[p]ede deduxit Hebræos: ita à Ductore noſtro S. Pa-
[t]re, adumbrata per ſenis baculum Obedientia, fa-
[c]ilè efficiet, ut omnes, fluctuantis vitæ evadamus
[p]rocellas. Si enim Beato, quem modo nominavi,
[P]arenti noſtro IGNATIO, tantùm fuit animi, ut
[p]aratus eſſet, ſcaphani clavò, malo, velis, ac remis
[d]eſtitutam conſcendere, & ſe furentis Oceani vaſti-
[t]ati committere, ſi id legitima ſibi imperaret po-
[t]eſtas, procul dubio, nobis quoq; eadem, maximè
[&] præ omnibus, commendata à S Patre Obedienti-
[a], in omni diſcrimine aderit ſubſidio. Iam verò (ut
[a]it Pater noſter Mutius, Epiſtola ad Patres Congre-
[g]ationum Provincialium) *Si nos una deficiat O-*
[b]edientia, jure nobis ab aliqua ruina timendum eſt.

Securè paſſionum ſuarum fluctus calcat, qui Obedientia ſequitur ductum.

Signatius abſq; remis & malo paratus erat, mari ſe committere.

Cujus veritatem effati, probat ſuo luctuoſo e-
[v]entu, memorabilis ille, è cætu Prophetarum Ionas,
[q]uem, juſſa Dei fugientem, ab irato abſorptum ma-
[r]i, cetus grandis devoravit. Non multùm ut ſibi
[v]idebatur, ab Obedientiæ ductu deflexerat, & ille

Ab Obedientia ſi modicū deflectatur grauis error incurritur, ut patuit in quibuſdā Prophetis

alter

Digitized by Google

alter Anonimus Propheta, prodigijs clarus; que 3. *Regum* cap. 13 deſcribit ſacer Hiſtoricus. Habebat ille, non abſimilem Regulæ noſtræ, inter communes 16. ſancitam legem, quì prohibebatur, ne quid cibi potûſve, extra domum ſumeret: contigit tamen ſemel, ui ejus præcepti oblitus, hoſpitalitate amici invitante, & ſua etiam ſenſualitate non reluctante, aliquid de cibo & potu, extra clauſtrum deguſtaret. Sed protinus violatæ Obedientiæ, graves admodum pænas tulit. Terra ille, non mari, iter faciebat, grauiùs tamen naufragio Ionæ periculum ſubijt, dum in ſæui leonis crudeles fauces, & dentes præacutos, grauiter impegit! Ita nimirum, modicus etiam ab Obedientia receſſus, graui ſemper plectitur errore: jam uerò parendi ſtudium, rectà ducit viâ ſalutis.

S. Columbanus mira effecit per Obedientiam.

Vtrumq; patuit, in illo memorabili ſancti Columbani facto. præerat ille in cænobio Luxovienſi pluribus religioſis, quos, cum certo anni tempore grauis corripuiſſet lues, ita ut ferè omnes, longo affecti morbo, lectis detinerentur: quibus cum pleno charitatis pectore, & multis in medicinas impenſis, S. Abbas nequidquam mederi poſſet, inſolito ſpiritu, magnam illam, in qua infirmi decumbebant, ingreſſus aulam, omnes illico è lectis ſurgere, ad fruges, in ſolis æſtu triturandas, mandat: obſtupuêre, ad tàm graue imperium ægri, delirare aliqui, putabant ſenem, quod grauiter decumbentibus, ac ne

ac ne

Digitized by Google

e ne pedibus quidem, conſiſtere valentibus, adeò, gravem imponeret laborem, palam queſti: quid iſte, non paternæ tantùm charitatis oblitus, ſed mentis etiam impos ſenex, nobis fruges triturare injungit? nos ita gravis, ac diuturna vis morbi concuſſit, ut e loco quidem movere nos valeamus: atq; ita imprudentiam ſenioris cavillati, ſuis ſe detinuerunt lectis: Alij tamen ſimpliciores, imperio obſecututi, ægrè ut poterant, langventes artus, ad opus injunctum trahebant: ecce verò iſti, ſubitò omni morbo ſoluti, priſtinas recuperârunt vires: cæca eos, cui obtemperarunt Obedientia, ad integram ſanitatem reducente.. Illi verò diſcreti, & oculati, nimis longas ſuæ inobedientiæ dederunt pænas: toto anno, dum morbis graviter conflictati. Audiant hoc illi, quibus, ſi aliquid ardui, aut valetudini, aut honori, aut naturæ repugnans injungatur, illico ſuos Moderatores imprudentiæ arguunt, charitatis expertes aſſerunt, & ſugillant: unde non mirum, quòd langvore mentis correpti, non tantùm in via Perfectionis non proficiunt, ſed etiam longè ab ea exerrant: immo in aperta criminum præcipitia ruunt: ut benè Caſſianus lib: 4. Inſtitut: cap: 6 docet: *Non poſſe Religioſum, concupiſcentiæ voluptatem refrenare, nec iram extingvere, nec pacem cum fratribus habere, nec in cænobio diutiùs perdurare, qui voluntatem ſuam, ad Obedientiæ nutum, non didicerit accommodare.* Quo ſuo ſenſu, præclarus hic,

Omnia vitia, per Obedientiam refrenari docet Caſſianus

 aſceti-

Digitized by Google

aſceticæ doctrinæ Magiſter, manifeſtè docet ac d
clarat: repugnantem Obedientiæ mentem, noce
tiſſimam eſſe omnium virtutum peſtem, & e
termium.

Omnium viarum, illud ego maximè arduum
& periculoſum iter eſſe arbitror, quod ad port
mortis ducit, & approximat. Ille felix, qui hanc
tiam, opertam mortis caligine regionem, Duce Ob
dientiâ ingreditur: Salvatorem ſuum imitatus
qui factus eſt obediens, uſq; ad mortem. Ejus plan
inſiſtebat veſtigijs, notæ ſanctitatis in Religione n
ſtra Adoleſcens, Ioannes Appulus, qui cùm deſp
rata jam ſuâ valetudine, ægrè ſpiritum duceret; in
terrogatus à ſuo Rectore, & Tironum Magiſtro
quando ad ſuperos vellet emigrare? quomodo (re
ſpondit) poſſum? niſi tuo Pater juſſu diſcedere? de
lectatus tantâ ſimplicitate, & obedienti ſtudio Re
ctor, fecit abeundi poteſtatem, ſub auroram die
inſequentis: nec Ioannes commiſſam ſibi vitæ ſta
tionem deſeruit, ante tempus deſignatum, ſed i
ipſo Obedientiæ termino, vitâ exceſſit, & omne
circumvolitantium, in globo igneo, animæ ſuæ
hoſtium inſidias, feliciter eluſit. immo, ut vir obe
diens, & victorias loquens, ivit ad triumphum
Nos, ſi eodem, Obedientiam adumbrante, à Beat
Patre porrecto ſcipione, ſubnixi, conſtanter paren
di promptitudinem tenuerimus, iter noſtrum, ci
tra errandi periculum, facilè conficiemus.

Ioannes Appulus, ſingulare Obedientiæ exemplum.

ALLO-

Digitized by Google

Accurata Silentii obſervatio, multa bona, violatio, plurima adfert nocumenta.

Nfeſtam latrocinio viam, ſi quis viator habet; non à clamoribus tantùm, ſed ab omni prorſus bſtinet colloquio, veritus, ne verborum ſtrepitu, ſidiantes ad rapinam provocet hoſtes: quòd non ntùm hominibus, ea, quâ pollent, ratio dictat, ſed nimantibus etiam rationis expertibus, arcanus uidam naturæ ſuggerit inſtinctus, quòd potiſſinùm gruibus, & anſeribus, fertur eſſe uſitatum. Cum enim volucres iſtæ, ita ſint naturâ garrulæ, ut nter volandum, à ſuo ſibi gannitu temperare nequent: dum è frigidis regionibus noſtris, hyemis aeritatem declinaturæ, ad temperatioris auræ ſe ransferunt clima, multa illis nemora, & ſilvas, uâ vaſtitate propè immenſas, volatu præterire inumbit: ubi aquilæ & vultures, cæteraq; avium rapacium turba, ſuis incubat nidis: ne ergo dictæ grues & anſeres, ſuâ, à qua abſtinere nequeunt garulitate, latentes in ſilvis, dum eas tranſeunt, vocres ſangvinarias, ad ſui lanienam excitent, ac provocent, guttura arenis, & continuò gannientia ora, obſtru-

Grues, & anſeres, ut rapacium aviũ evadant crudelitatem, ſilent.

obſtruunt ſaxis ac lapillis, & ita dum tacent, inſidias hoſtium ſecurè tranſeunt: ac demum, ad eam quam petunt, camporum amænitatem perveniunt unde huc iterum, redeunte placidiori vere, eodem ſtratagemate uſæ, ſoſpiter revertuntur. Si quiſpiam mortalium, nos certè Religioſæ Perfectionis ſectatores, dum ex hac, mortalitatis noſtræ frigida regione, ad illam beatæ amænitatis Patriam, cæleſtium deſideriorum pennis inſtructi, volare contendimus, plurimos crudelitate ſævos, ſcimus nobis inſidiari hoſtes: quorum ſævitiem, ubiq; latentem, nullo feliciùs aſtu eludere, ac evadere poterimus, quàm accuratâ lingvæ obſeratione: quod non difficulter, ſpero nos effecturos, poſtquam ſervati ſilentij commoda, violati ingentia damna, perſpexerimus.

Silentio hoſtes noſtri evitantur.

Quanta nobis conſequendæ Perfectionis incumbat obligatio, ſupervacaneum puto, hîc ea recenſere, quæ ſuperiùs ex mente Sanctorum Patrum & Theologorum, dicta ſunt: præſertim cùm in dubium, nemo noſtrûm revocare poſſit, ſub lethali, gravioris culpæ piaculo, ad id nos ſeriò obligari. Porro ad eum finem, ut perfecti in omni virtute evadamus, nullum poſſe efficacius reperiri medium, accuratâ ſilentij obſervatione, unanimi conſenſu docent, vitæ ſpiritualis magiſtri, quibus & Divina ſuffragantur Oracula. Si enim certum aliquod, perfectæ ſanctitatis indicium, ſeriò inquiremus, audiemus profe-

Magna Perfectionis, incumbit nobis neceſſitas.

Digitized by Google

rofectò S. Apoſtolum *Iacobum*, Divino utiq; ſpiritu afflatum, ita in ſua Epiſtola Canonica reſpondentem: *Si quis verbo non offendit, hic perfectus eſt.* Quia verò, ab eo verborum lapſu, ille maximè immunis eſt, qui ſuam novit refrenare lingvam: ſequitur manifeſtè, diligentem ſilentij cuſtodiam, eſſe compendioſam Perfectionis viam: & quidem meritò, cum enim Perfectio noſtra in eo maximè conſiſtat, ut abſtractâ, a fluxis, ad æterna, à terrenis ad cæleſtia, à creatis ad Creatorem, mente, toto affectu conſcendamus: quis non videat? illum, ad ejuſmodi conſcenſum, eſſe inprimis idoneum, qui ori ſuo, diligentem ponit cuſtodiam: ita, Divino lumine illuſtrato Propheta *Ieremiâ*, Threnorum 3. atteſtante: *Sedebit ſolitarius, & tacebit, levabit ſe, ſuper ſe.* O quæ iſta taciturnitatis felicitas! quæ hominem, plumbo graviùs, ad terrena decidentem, erigit ad ſuperna, elevat ad Divina, ut benè Petrus Damianus explanans verba Prophetæ, lib. 7. Epiſt. 6. ait: *Plane ſolitarius, dum tacet, elevat ſe, ſuper ſe, quia mens humana dum inter ſilentij clauſtra, undiq; circumcluditur, in ſuperiora ſublimis erigitur, ad Deum per cæleſte deſiderium rapitur, & in amore ejus, per ardorem ſpiritûs inflammatur.*

Latet puto, in eo aliquid myſterij, quòd cum ſacra Hiſtoria referat, Templi, à Rege Salomone Deo dedicandi, ſtructuram nimis operoſam, addit eam, plenam ſtuporis circumſtantiam, quod *malleus & ſecu-*

Digitized by Google

obſtruunt ſaxis ac lapillis, & ita dum tacent, inſidias hoſtium ſecurè tranſeunt: ac demum, ad eam quam petunt, camporum amænitatem perveniunt unde huc iterum, redeunte placidiori vere, eodem ſtratagemate uſæ, ſoſpiter revertuntur. Si quis piam mortalium, nos certè Religioſæ Perfectionis ſectatores, dum ex hac, mortalitatis noſtræ frigida regione, ad illam beatæ amænitatis Patriam, cæleſtium deſideriorum pennis inſtructi, volare contendimus, plurimos crudelitate ſævos, ſcimus nobis inſidiari hoſtes: quorum ſævitiem, ubiq; latentem, nullo feliciùs aſtu eludere, ac evadere poterimus, quàm accuratâ lingvæ obſeratione: quod non difficulter, ſpero nos effecturos, poſtquam ſervati ſilentij commoda, violati ingentia damna, perſpexerimus.

Silentio hoſtes noſtri evitantur.

Quanta nobis conſequendæ Perfectionis incumbat obligatio, ſupervacaneum puto, hîc ea recenſere, quæ ſuperiùs ex mente Sanctorum Patrum & Theologorum, dicta ſunt: præſertim cùm in dubium, nemo noſtrûm revocare poſſit, ſub lethali, gravioris culpæ piaculo, ad id nos ſeriò obligari. Porro ad eum finem, ut perfecti in omni virtute evadamus, nullum poſſe efficacius reperiri medium, accuratâ ſilentij obſervatione, unanimi conſenſu docent, vitæ ſpiritualis magiſtri, quibus & Divina ſuffragantur Oracula. Si enim certum aliquod, perfectæ ſanctitatis indicium, ſeriò inquiremus, audiemus

Magna Perfectionis, incumbit nobis neceſſitas.

profe-

Digitized by Google

fectò S. Apoſtolum Iacobum, Divino utiq; ſpi- afflatum, ita in ſua Epiſtola Canonica reſpon- mem: *Si quis verbo non offendit, hic perfectus eſt.* Quia verò, ab eo verborum lapſu, ille maximè im- munis eſt, qui ſuam novit refrenare lingvam: ſe- quitur manifeſtè, diligentem ſilentij cuſtodiam, eſ- e compendioſam Perfectionis viam: & quidem merito, cum enim Perfectio noſtra in eo maximè conſiſtat, ut abſtractá, a fluxis, ad æterna, à terre- nis ad cæleſtia, à creatis, ad Creatorem, mente, toto affectu conſcendamus: quis non videat? illum, ad ejuſmodi conſcenſum, eſſe inprimis idoneum, qui ori ſuo, diligentem ponit cuſtodiam: ita, Divino lumine illuſtrato Propheta Ieremiâ, Threnorum 3. atteſtante: *Sedebit ſolitarius, & tacebit, levabit ſe, ſuper ſe.* O quæ iſta taciturnitatis felicitas! quæ hominem, plumbo graviùs, ad terrena decidentem, erigit ad ſuperna, elevat ad Divina, ut benè Petrus Damianus explanans verba Prophetæ, lib. 7. Epiſt: 5. ait: *Plane ſolitarius, dum tacet, elevat ſe, ſuper ſe, quia mens humana dum inter ſilentij clauſtra, undiq; circumcluditur, in ſuperiora ſublimis erigi- tur, ad Deum per cæleſte deſiderium rapitur, & in amore ejus, per ardorem ſpiritùs inflammatur.*

Latet puto, in eo aliquid myſterij, quòd cum ſacra Hiſtoria referat, Templi, à Rege Salomone Deo dedicandi, ſtructuram nimis operoſam, addit eam, plenam ſtuporis circumſtantiam, quod *malleus & ſecu-*

Digitized by Google

& ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audi-
in domo Domini, cum ædificaretur. Humanæ omn-
no mentis, ſuperat narratio capacitatem, dum adr-
rabunda cogitat: quomodo ingens illa ſaxoru-
moles, perpoliri, & in altum erigi potuit, citra o-
mnem cujuſlibet ferramenti ſtrepitum? Sed pand-
arcanum, idem Damianus, dum hæc ita, ad ſenſu-
traducit myſticum: *Templum Dei per ſilentiu-*
creſcit. nam dum humani ceſſat ſtrepitus colloqu-
conſtruitur mente templum Spiritûs Sancti: qu-
cùm mens humana, per exteriora verba, ſe non fu-
dit, in ſublime faſtigium ſpiritualis ædificij ſtruct-
ra conſurgit, tantòq; ſuccreſcens in altiora ſuſtou-
tur, quantò per ſilentij cuſtodiam circumcluſa, ſe
extrinſecùs fundere, prohibetur. Novimus omnes
teſtimonium Apoſtolo perhibente, unumquemq; no-
ſtrûm Templum Dei eſſe: unde, prout illa prodigi-
ſa templi Salomonici ſtructura, nullo malleo, au-
quovis alio ferramento perſtrepente, in altum er-
gebatur: ita animæ noſtræ internum Spiritûs Sanc-
Sacrarium, in perfectum aſſurgit ædificium, cu-
malleo gravior, ſecuri acrior, lingva non pe-
ſtrepit.

Silentium gratiſſima Deo, Pſalmodia.

Quòd ſi pernoſſe velimus, quo Pſalmodiæ, a-
devotionis concentu, in hiſce interioribus, anim-
rum noſtrarum templis, maximè ſumma Dei M-
jeſtas oblectetur? facit Divinus Pſaltes quæſtioni ſ-
tis: dum Pſalmo 64. canit: *Te decet hymnus, De-*
in Sion,

Digitized by Google

...ſion. Sanctus verò Hieronymus, ita ex Hebræo ...: *Tibi ſilentium laus Deus in Sion*, quo He... ...lectionis ſenſu, luculenter exprimitur: Divi... ...Majeſtatem, maximè ſilentio honorari, ac eti... ...delectari. Annuit facilè huic veritati S. Gre... ...Nazianzenus, dum ita Oratione 2 loquitur: ...*, non in multùm, & ſæpe de Deo loquen...* *...ſed ut plurimùm tacendo, poſitam eſſe judicetis.* ...quod ſi S. Doctor, pia etiam de rebus Divinis col...quia, arcto poſthabet ſilentio, manifeſtè oſtendit, ...to, omnem ſitam eſſe Perfectionem noſtram. ...plane mentis erat, & Beatus Parens noſter ...NATIVS, qui, ut de eo meminit, clarus ſacra... ...literarum interpres noſter Cornelius à Lapide, ...mum & principale dicebat eſſe indicium, quòd ...Religioſa communitate, vigeat Perfectio... ...ſtudium, & amor: ſi diligens inibi, inveniatur ...ſervatio ſilentij: jam verò, ſi alicubi colloquia, & ...fabulationes paſſim miſceantur, aut etiam cla... ...perſtrepant, non Religioſæ habitationi, ſed ...ſtanæ cuipiam tabernæ, domum illam ajebat eſ... ...ſimiliorem. Neq; verò, mirum cuipiam videbitur, ...diligenti oris cuſtodia, Religioſam Perfectionem ...maximè conſiſtere, ſi præclarum ejuſmodi taciturni...tatis Encomiſtem, S. Laurentium Iuſtinianum au...ar, ita in magna ſilentij elogia, excurrentem: *Ob ...ratio*, (inquit ille, in Faſciculo Amoris cap. 11) *in ...ilium verborum meatu, incluſus amoris ignis, co-gitati-*

S. Ignatius ex obſervatione ſilentij, iudicabat de ſanctitate uniuſcujuſq; Religioſæ communitatis.

S. Laur: Iuſtinians encomia ſilentij.

gitationes modificat, compungit ánimum, fuga... tia, lacrymarum educit fontes, cuſtodit oſtia, ... tur pacem, ſurſum cor erigit, Deoq; conjungit minora laudum encomia, cæteri quoq; viæ ſpiri... lis Duces, in commendationem obſervati ſtricti... lentij, coacervant. dum illud, alij omnium pa... onum frenum, alij internæ pacis, & fervidæ ... tionis nutrimentum, alij ſanctiſſimarum cogitatio... ſeminarium, & Divinarum Gratiarum incre... tum putant, & appellant.

Illi vel maxime ſilentio aſſveſcere debent, qui proximorum ſaluti navant operam.

Neq; verò quiſpiam exiſtimet, eam ſil... commendationem, ad ſolos eremi incolas, & A... choretas, cæteroſq; in propriæ tantùm ſalutis ... dium incumbentes ſilentiarios, pertinere: iam ... illos, quibus alienæ ſalutis cura incumbit, mi... debere eſſe taciturnos: nam ab eloquio eoru... lus dependet multorum. Immo verò, his ma... mè, ad conſtans & diuturnum, opus eſt aſſveſc... ſilentium: ſiquidem, ut benè, is quem proximè ... minavi, S. Laurentius Iuſtinianus, ait. *Taciturni... benè loquendi principium eſt.* Nec mirum, nemo ... nim unquam, benè locutus eſt in publico, qui ... tacuit diu in privato. Si enim, illi veteres Philo... phi, eorum, quos erant erudituri, ora diuturno ... ſtruebant ſilentio: ita ut integro etiam cogeren... ſilere ſeptennio, antequam ſapienter loqui cæ... ſent: quanto magis & accuratiùs, illis ſilere incu... bit? qui cæleſtem ſapientiam, ſunt alijs communi...

tur

Certè diſertiorem, & ad perſvadendum magnum Oratorem, vidiſſe orbi nunquam con- … Verbi Præcurſore, & tamen hic eti- … planè Divinus, vix in lucem editus, in … gravit, in caverna delituit, ibiq; triginta … muto elingvior ſaxo, tacuit ut poſtea … quentia utiliùs totâ perſonaret Palæſtinâ. … etiam Æternum in carne Verbum, … annorum decade, ſiluit, ut efficaciùs … hominum loqueretur. Tunc demum … in ſalutem aliorum, dicere utiliter … ſi lingvas & ora, Religioſo conſecrave- …

… rei hujus documentum, etiam … rationis volucre, Roma quondam ſtupuit. … X. loquaciſſimum habebat Pſittacum … multa jucundè, pluraq; etiam ineptè … effutiebat: contigit tamen ſemel, … quadam mæroris ſpecie, taciturnus, & … integrâ ſileret ſeptimanâ: quod … Pontifex, accedit ad volucrem, præter … triſtem ac tacentem, tum & interro- … quid cogitas? mox Pſittacus quaſi ex- … illud ex Pſalmis protulit: *Cogitavi di- … annos æternos in mente habui.* Quo … Leo, Pſittacum quidem, quem, … æſtimabat, capite minui iuſſit, ſibi … poſt diuturnam ſilentij moram

Pſitacus ante-quam aliquot verba ſacra proferret totâ ſiluit ſeptimanâ.

à volucre prolatis, gravem infligi aculeum ſen[illegible] quòd à creatura intellectu deſtituta, horrenda [illegible] ternitatis admoneretur. Quodſi garrulus n[illegible] Pſittacus, poſt brevem ſuæ loquacitatis pauſ[illegible] proferre valuit, quæ ſummo etiam Eccleſiæ [illegible] ti, ſalutarem cogitandi præberent materiam. Q[illegible] humanæ non efficient lingvæ! ſi ad prædica[illegible] munus, in arcto ſe præparaverint ſilentio.

Loquaces hirundines malè pereunt, ad dicti ſilentio olores læti moriuntur.

Et quia ab avibus etiam, ſilere diſcimus, ab [illegible] nondum recedamus. Sanctus Gregorius olim [illegible] tiſtes Nanzianzenus, graves à multis audiebat [illegible] ſes, quòd taciturnus ut plurimùm inter homines [illegible] veret, arguebatur inurbani inter politos [illegible] quibus, ut ora occluderet garrula, talem [illegible] tus eſt apologum. Hirundines olim c[illegible] cygnos, quod extra hominum conſort[illegible] taciturni, in aquis, ſibi tantùm viverent [illegible] (ajebant illæ) inter homines, in urbibus [illegible] domibus regijs ædificamus, fallendo temp[illegible] tu noſtro plurimum commodamus. Malè ol[illegible] hirundinum dicacitas habuit, unde un[illegible] obſtrepentibus, ita repoſuit: o miſeræ, inquit [illegible] quàm vana eſt iſta gloriatio veſtra! nos qu[illegible] arcto aſſveti ſilentio, taciturni vitam ducimu[illegible] in morte ſuavè canimus læti, homines, ut [illegible] audiant concentus, urbibus egrediuntur, & d[illegible] dine vocis noſtræ oblectantur: veſtros verò [illegible] tus oderunt omnes, nemini non ingratæ eſtis, [illegible]

quam

avium loquaciſſimæ; neq; enim canitis, ſed ſtrepitu, & moleſto garritu, omnium fa- ... Vnde prima Sapientûm nomina, Py- ... & Ariſtoteles, vos ſub eodem tecto, homi- ... non ſvadebant: ſimile planè diſcrimen, ... ſilentio addictos, & garrulitate in- ... Hi enim, qui arcto adſtricta te- ... ſilentio, facundè poſſunt, & ſolent ad utili- ... accommodatè loqui cum proximis, ubi ſe ... & occaſio zeli, in promovenda aliorum ... aperit.

... verò (quod longè majus delectabiliuſq; ... neſciat? lætos & exultabundos, ejuſmodi ... Religioſos Olores, mori. Talis fuit, in- ... ſilentio plurimùm addictus Abbas Pam- ... de eo Palladius in Lauſiaca cap. 10 re- ... lætus, & ſuaviter canens moreretur, in- ... à fratribus: eccur tantùm lætitiæ præſe- ... in hoc temporis articulo, quo cæteri mor- ... timere, mærere, & ſuaſ deplorare delicta ſolent? ... in hunc ſenſum reſpondit: *Non memini me ... quam acurato ſilentio coërcui, aut verbo ... deliquiſſe, & ideo lætus morior, neq; ... errare potuit, qui Spiritu Sancto aſſiſtus di- ... quis verbo non offendit, hic perfectus eſt.* ... in Religione noſtra, eruditus in ſpiritu, ... plures annos Tironum Magiſter P. Ignatius ... quod ipſe experiebatur, plurimùm cō-

Abbas Pambo, quòd linguam coercu- ent lætus moriebatur.

 menda-

Digitized by Google

mendabat alijs, ut ſi hilares vitam Religioſam
cere, & læti mortem oppetere cuperent, ſilen
tanquam cæterarum legum compendio, velent
addicti. Iam verò, garrulas imitati hirundines
quaces Religioſi, quæ, & quanta incurrunt damn
nullis exprimi verbis, ac ne lacrymis quidem, ſa
defleri poteſt. Grande inprimis malum eſt, qu
ejuſmodi dicacitas, animam Divinis Gratijs, & co
ſolationibus reddat indignam: unde cæleſtibus
ra illuſtrationibus, S. Magdalena de Pazis, impo
ſibile eſſe dicebat, ut anima religioſa, quæ ſilenti
non delectatur, res Divinas guſtare poſſit: nec im
meritò, ſi enim in vaſe, nullo operculo clauſo, no
opobalſamum, aut quiſpiam alius pretioſus liqu
ſed pulveres, muſcæ, & araneæ reperiuntur: mul
tò minùs, Religioſus, aperti ſemper ad loquacita
oris, non Divinæ Gratiæ, ac conſolationis char
ſmata redolet, ſed multorum nidus eſt criminum
Vnde quod de vaſe diſcooperto, Sacer Textus Num
15 ait: *Vas quod non habuerit operculum, & ligat*
ram deſuper, immundum erit: hoc à fortiori co
gruit ori, ſemper ad garrulitatem patulo. Recenſe
ea animæ inquinamenta, cujus jam mentionem fe
cit S. Laurentius Iuſtinianus, dum ex multiloqui
ſequi aſſerit: verba otioſa, detractiones, murmura
tiones, mendacia, contentiones, querelas, ſuſurra
tiones, ſcurrilitates, rixas, turpiloquia, temporis &
meliorum actionum jacturam, aliaſq; vitiorum ...

Garruli, magna incurrũt damna.

Illud

Illud verò, longè graviùs, nec nòn acer-
... eſt, quòd ejuſmodi, in cætu religioſo loquaces
... uli, totam perturbent & infament communi-
...em. Quoties enim Religioſos vident extranei,
... domi, ſeu foris, nimis eſſe lingvæ in garrulita-
... profuſæ, non benè de toto ſentiunt ordine, &
... fectò non ſine cauſa, ſiquidem nihil magis Reli-
...oſum perturbat ordinem, & evertit diſciplinam,
... paſſim loquendi effrenata licentia, quæ eo
...is evadit, ut quamvis legis de ſilentio latæ,
...dum contingens violatio, leve, aut certè nul-
... fuerit peccatum, ſi tamen veniat in hab tum, &
...udinem, à lethali non excuſatur crimine, pro-
...er annexam ſcandali, & perturbati ordinis mali-
...am, ut per expreſſum docet cum alijs, magni no-
...inis noſter Theologus P. Thomas Satchez lib:
... cap: 4.

Loquaces Religioſi, totam infamant communitatem, & evertunt diſciplinam.

Rem, memorabili cofirmo, ac concludo nar-
...tione, noſtra id quod dicturus ſum, contigit æta-
... ante annos circiter 20. ſub felici regimine Pa-
... noſtri, piè defuncti Ioannis Pauli Oliva, quod
...um, idem Pater, in ſua publica Exhortatione,
...aviter ac dolenter exageravit. Romæ, Ædes eſt, ad
...orum Agonale, Divo Iacobo ſacra, in eam Ado-
...ſcens illuſtris ortu, indole, ingenio, ſed probita-
... illuſtrior, devotionis cauſâ, in magno, ad eum
...cum populi concurſu, venit, ubi, vix inter ſibi æ-
...ales viros, ac juvenes nobiliſſimos conſtitit, illicò
à mul-

Illuſtris genere & ſanguis pietate Adoleſcens, à P noſtro Paulo Ioanne Oliva in publica laudatus exhortatione.

Digitized by Google

à multis, ad colloquium compellabatur famili-
i'le verò, vel breviſſimis reſponſis ſermonem ab-
pere, vel defixis in Aram ac Sacrificantem o-
totoq; ab ijs averſus corpore; obmuteſcere ſatag-
& quamvis ſæpiùs ſollicitaretur à proximis, om-
tamen eorum vicit importunitatem, horamq; in-
tegram, in ea pietate, & Sacræ Ædis rever-
conſtans perſtitit. Tum verò illi, qui ſe eâ taci-
nitate deſpici arbitrabantur: abeuntem è Tem-
juvenem inſecuti, graviter eam, (ut illi appella-
morum ruſticitatem objurgârunt: quibus ille
ſpondens, dicebat: ſi vos, inquit, in hoc me for-
quo nunc ſumus, ad confabulandum provocaſſe-
efficerem profectò ut omnes loquacitate vincere-
at verò, ubi intra Templi ambitum conſtitero,
vinisq; Sacrificijs interfuero, nemo mihi unq-
contemptum Divinæ Majeſtatis, verbum ex-
liciet. Tum illi: quorſum, inquiunt, tu adeò re-
gioſus & mutus eſſe voluiſti? cum illi ipſi Socie-
tis Patres, quorum tu ſcholas frequentas, in e-
Templo, toto garrirent tempore. Tam acerbo
cto, nihil perculſus Adoleſcens, ita inſecta-
es rejecit Equidem, inquit, quid Societati-
eo tempore, quo vobis obmutui, fecerint,
que, non novi, neq; noſſe cupio : illud ſcio
ſemper ab illis monitum, eruditumq; eſſe,
quavis Divino cultui dicata Æde, linguam co-
rem: dabitis proinde mihi veniam, quòd ma-

com-

n doctrinæ obſequi, quàm exemplum imitari erim. Hanc (ut geſta eſt) Hiſtoriam, poſtquam vit, idem Pater Generalis, primò quidem ama is lacrymis, factum deploravit: deinde Patrici- Adoleſcentem, ætate juvenem; vitæ genere num, legibus religioſis ſolutum, in ipſo æta- ervore, & vitæ licentiâ conſtitutum, pravis ali- n exemplis, quibus nulla potentior machina, itum, nihil coætaneorum ludibrijs, nihil cō viteorum indignatione motum; ut in ſacris ſterijs, præſenti Numini reverentiam exhiberet, e inſtar, & quovis marmore magis ſurdum, ac m perſtitiſſe, deprædicabat. Religioſos ve- illius, quæ cultum Dei, tanto ſtudio, tum promovet; violatis Religionis & bus, ut fœdam lingvæ ſuæ ſcabiem fri- inter ipſa Sacrificiorum tremenda Myſteri- ſu & precibus, ineptos ſermones mi- & riſus effudiſſe, peracerbè dolebat. Tum ipſis impotentis lingvæ collocutoribus, atem expoſuit, facinus plenum ſcanda- pollebat facundiæ vehementiâ, ſeverè gavit: En, ajebat, hâc veſtrâ dicacitate, no- Religionis infamaſtis. Quis enim nos domi, obſervantiæ invigilare, & pravis moti- imperitare credet? quos in Domo Dei, tàm in- mpoſitos, & effuſos in loquendum vidit. Planè cebat, lingva veſtra gladius acutus, quo Religi-

Garruli reprehenſi.

oni fa-

Superiores ſeverius admoniti.

ōni famam; mihi viſcera pupugiſtis. Ad ex
mùm invectus in Superiores immediatos, grav
detonabat. Sed ego (inquiebat) minus adhuc e
rum, qui deliquerunt petulantiæ ſuccenſeo, illoru
negligentiæ, per quos, impunè in hoc genere pe
catur, vehementiùs iraſcor, dum enim Præſides, l
gem de ſilentio latam, inter ſepta domeſtica, pa
ſim violari ſinunt, id profectò ſuâ diſſimulation
efficiunt, ut domi, aſſveta loquacitati ſubditoru
ora, etiam in publico, dicatas Divino cultui æde
ſuâ dicacitate profanent, & externorum oculos gr
viter offendant, ac ſcandalizent. Vt plura ejuſdem
zeloſiſſimi Patris fulmina, in dicacitatis crimen v
brata, omittam. Cum ex his etiam, quæ dicta ſunt
manifeſtè pateat, quantùm multis noceat, ſi qui
lingvam, hoc eſt omnium malorum compendium
dentibus & labijs, veluti muro & antemurali, à na
tura circumſeptam, non cuſtodiat. Talis enim, no
tantùm ſeipſum, Divinis Gratijs reddit indignum
ſed toti etiam communitati, gravem inurit infami
am, ſuoſq; in primis, crudelem in modum, lancina
Superiores: qui niſi pro viribus, ejuſmodi obſiſtan
lingvæ diſſolutioni, delinqunt lethaliter: etiam
ſubditi nimis garruli, ad eam non pertingeren
gravitatem peccati. Vt primi ex Theologis, Su
rez, & Vaſquez docent, cum alijs. Vnde, quemad

Loquaces, Religioſo indigni contubernio.

modum veteres Philoſophi, obſtrepentes continuò
hirundines, humanis in ædibus, tolerandas non cen

ſebant,

Digitized by Google

nt: ita garrulitati aſſveti homines, religioſo
ſunt digni contubernio, quos Divina ſententia,
Religioſitate pridem abjudicavit, ita Apoſto-
D. Iacobi ore pronuntiata: *Qui non refrenat*
am ſuam, hujus vana eſt Religio. quasi dicat:
ra ille domum Religioſam incolit, fruſtra ve-
ſui ordinis defert, quem, ne Religioſo quidem
ne, dignum loquacitas facit. Quæ cum ita
ſi in ea, qua pergimus Perfectionis via, pluri-
vitiorum hoſtes, ad miſeram noſtri, & totius
gionis prædam, provocare nolimus, grues &
res, cum quibus, iter iſtud cæpimus, ſedulò i-
ari, obſtructa ſilentio ora teneamus.

ALLOCUTIO VIII.

ita communis, virtutes fo-vet, vitia tollit.

Abent eam, ejuſdem præſertim conditionis
viatores, uſitatam conſvetudinem, quod ve-
ctu, inceſſu, cæteriſq; ad iter requiſitis, u-
ntur ſimilibus: nec immeritò, hæc enim, non ſo-
m ad unionem animorum conſervandam, ſed
d viam etiam æqualiter conficiendam, valent
uàm plurimùm. Obſervârunt hunc ſolitam via-

 toribus

Digitized by Google

Abrahamus cũ tres præ oculis haberet hoſpites, cur unum adoravit

toribus morem, illi cæleſtes peregrini, quos Patriarcharum Principi Abrahamo, ſuo contigit excipere hoſpitio: viderat ille, tres adventare hoſpites, tum ut erat, profuſæ liberalitatis in peregrinos, *Cucurrit* (inquit Sacer Textus) *in occurſum eorum, de oſtio tabernaculi, & adoravit in terram. Et dixit: Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum.* Sed quid ſibi vult? iſtud, hoſpites ſalutantis Sancti Patriarchæ officium? tres venire videt, & unum adorat, ac veneratur? contemni ſe reliqui duo, ac deſpici arbitrabuntur, cùm uni tantùm eorum, exhibetur hoſpitalis veneratio. Scio, Chriſtianos Sacræ Literæ Interpretes, ſolitos aſſerere, Divinæ Trinitatis myſterium, in tribus hiſce Cælitibus Abrahamo illuxiſſe: quo ille lumine colluſtratus, in tribus Indiviſæ Divinitatis Perſonis, unam adoravit Dei Naturam. Iam verò, veteres Hebræornm Rabbini dicunt, ideò Abrahamum, unum tantùm hoſpitem, veneratum fuiſſe, quòd tres illi advenæ, veſtitu, inceſſu, oris ac morum compoſitione, ſibi per omnia eſſent ſimillimi, ita ut non tres, ſed unus triplicatus hoſpes putaretur. Vnde non tribus, ſed uni, propter perfectam in omnibus ſimilitudinem, ſuæ ſalutationis exhibuit Abraham venerationem.

Religioſis plurimum commendatur æqualitas.

Quæ uniformis Angelorum, in terris peregrinantium æqualitas, quamvis omnibus fidelibus, nobis tamen maximè Religioſæ Perfectionis ſectatoribus, ſimilem, vitæ communis, plurimum

enim commendat æqualitatem: cui ut tantò ſtudioſius incumbamus, ejus conſervatæ utilitatem, neglectæ verò detrimenta, videamus.

Admirandum Regimen, quod in Cælites ac Terrigenas, Divina Sapientia exercet, celebraturus ſingulari commendatione, Vates Regius, ita in eius excurrit laudem, Pſalmo 67. *Deus, qui habitare facis, unius moris in domo.* Quaſi dicat: Divinæ illud Sapientiæ, Bonitatis, ac Potentiæ opus eſt, cum aliqua communitas, Divino Regimini ſubjecta, non ſolùm animorum conjunctione, & mutuâ charitate vivit coadunata, ſed morum etiam, & actionum coaleſcit conformitate. Magna enim exinde ubertas conſequitur utilitatis: ſiquidem hac æqualitatis paritate, conſervatur facilè primarius Religioſæ Perfectionis vigor, qui eſt ſpiritus humilitatis, & compago charitatis. Dum enim illi, qui alios in Religione, antiquitate, talentis, laboribus, & meritis multùm præcedunt, cum ijs, qui in religioſo ſtipendio, ſunt ætate longè poſteriores, talentis inferiores, meritis propè vacui, in omnibus æquiparantur: utriq; magnum, illudq; continuum, habent demiſſionis exercitium, dum illi ſuam æſtimationem demitti, iſti utilitatem attolli, & ima ſummis æquari, pleno ſubmiſſionis animo ferunt. Fovet præterea augetq; charitatem, ejuſmodi religioſa æqualitas, dum invidiæ, & odij tollit incentiva: quid enim magis humanum genus, mu-

Æqualitas in Religioſis, fovet Charitatē, & Humilitatem.

Digitized by Google

nis accendit odijs? quid contentionibus & jurgijs ac ipſis etiam bellis cædibusq; frequentiorem præbet occaſionem? niſi ea, quam homines inter ſe experiuntur, conditionum & opum diverſitas: dum quos natura, ſuâ origine fecit æquales, ambitio & cupiditas, variâ poſſeſſione rerum diſcriminavit: eoque ipſo graves, nativæ ſortis violatores, mutuis accendit diſſidijs: quæ diverſitas, cùm in vita religioſa tollitur, per æqualem rerum omnium uſum, integrè extincto, invidiarum & odiorum fomite, viget regnatq; charitas.

Deum, æqualitati addictis, ſua largiri beneficia; documento ſunt Ninivitæ.

Magnum eſt & illud, ex religioſa æqualitate, proveniens emolumentum, quòd ſumma (apud quam non eſt perſonarum acceptatio) Dei Bonitas, illis ſua beneficia, & gratias copioſè largitur, quos æqualitati novit eſſe addictos. Teneor ego, non mediocri admiratione, quoties cogito, in magnam illam & populoſam civitatem Ninive, non magis hominibus, quàm ſceleribus refertiſſimam, à Divina Iuſtitia latam ſententiam, facilè immutatam, & imminentem ejdem vindictam, fuiſſe condonatam. Publicaverat per ſuum Prophetam Ionam, immutabilis in ſuis Decretis Deus: *Quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Scimus tamen, eam Dei nomine proclamatam edicti ſeveritatem, non eſſe ad effectum deductam: ſiquidem civitas illa, non eſt ſuis inſepulta ruderibus, ſed perſtitit permanſitq; à decreto ſibi interitu, intacta. Sunt qui eam, volunt

inæſſe

Digitized by Google

...ſſe vim pænitentiæ, ut Divina etiam valeat im-
...utare Decreta: præſertim conditionatè facta,
...m quia egerunt Ninivitæ, firmiſſima naturâ ſuâ
...ei edicta enervârunt: immo prædictam pœnæ ſe-
...itatem, in uberrimas Dei miſerentis gratias
...mmutârunt. At enim, ex ſacris profaniſq; hiſto-
...is ſcimus, maximo etiam pænitentium eiulatu, de-
...etam ſemel Dei vindictam, immotam perſtitiſſe.
...n unus inter mortales Antiochus, rogabat ſcele-
...us Dominum, à quo miſericordiam non eſt con-
...utus. Eſt & illa, olim ſuâ celebritate clara: nunc
...ina famoſior Ieroſolyma, firmiter edicta ſua, exe-
...entis Dei, grande documentum: cujus ſtatutum
... Deo interitum, nullæ unquam ſanctorum preces,
... pænoſæ auſteritates, avertere valuerunt. Quid
...go cauſæ eſſe poterit, quòd ſanctam olim, & ve-
...i Dei cultu celebrem Ieroſolymam, nulla pæni-
...entium auſteritas, à ruina protexit? Civitatem ve-
...ò Ninive, hoc eſt criminum, & ſuperſtitionis E-
...hnicæ colluviem, rigor pænitentiæ ſalvavit? Con
...uam, ut puto, D. Ephrem rei hujus dat ratio-
...em, dum collatam Ninivitis ſalutem, confert in e-
...m, quam illi pænitendo ſervârunt uniformitatem:
...oſtquam enim, ut Sacer Textus ait: *Prædicave-
...unt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis, à majore uſ-
...ue ad minorem, miſertus eſt Deus ſuper malitiam,
...uam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit*,
...uod attendens S. Ephrem, ait: *Vnus erat aſpectus*

Non quibus pænitentia Deum placabilem reddit

omnium

Digitized by Google

omnium, unus amictus, unus divitibus & pauperibus cibus, unus ex æquo potus, dominis & servi... Et hoc eſt, quod ex mente S. Doctoris, ad obtinendum Dei beneficium, Ninivitas juvit: quia pænitentiæ rigorem, omnes æqualiter ſubierunt: non nitidior regem, groſſior ſubditos ſaccus tegebat, ſed æquale omnibus adhærebat cilicium, non delicatiori cibo, potuq;, reficiebant ſua jejunia divites quàm pauperes, eundem per omnia ſervabant pænitendi modum, docti ac rudes, ſenes & juvenes in nullo diſcrepabant à ſubditis, in magiſtratu poſiti præſides. Vnde non mirum, quòd eâ vivendi ac pænitendi æqualitate, Divinam ſibi conciliârunt Iuſtitiam, & in gratiam commutârunt minas. Hieroſolymis verò quia pauperes vacabant iejunijs, divites indulgebant luxui, illos craſſa, ſacci adinſtar tegebat veſtis, iſtos molles operiebant panni, ideo miſeri homines, hac inæqualitate, Divinam in ſe concitârunt vindictam. Deus enim, qui fecit homines, naturâ pares, odit inæquales.

Religioſ. æqualitati addicti, donis cumulantur Divinis.

Quod iſtis contigit urbibus, idem & Religioſis uſuvenit cœtibus: ubi enim rationem victûs, potûs, ac veſtitûs, communis omnibus æquat paritas, ubi nullæ quæruntur, ac ne quidem admittuntur, quæ ſenſualitatem, aut vanitatem oleant ſingularitates: ibi Divinarum beneficia Gratiarum confluunt camulatiſſimè. *Iam* verò, ſi in quapiam Religioſa cummunitate, dici poſſet illud, alius quidem eſurit,

durit, alius autem ebrius eſt. ſi(quòd Deus ever-
[illegible])cæteris ad vitæ ſuſtentationem religioſa de-
[illegible]ſufficientia, & conquerentibus, illud ſæpiùs og
[illegible]rretur: ſi non habueritis ſatis,mementote pauper-
[illegible] alij verò, etiam ultra temperantiæ limites, ſui
indulgerent commodis, & calicibus ſtuderent e-
[illegible]andis: gravis procul dubio, in tales irrueret vin-
[illegible] Dei pœna. Ruere ibi, cum multarum inte-
[illegible] animarum,Paupertatis murum, & omnem vi-
[illegible] Religioſæ vigorem collabi neceſſe foret. Quod
[illegible]unquam,noſtræ contingeret Religioni, cavit di-
[illegible]ntiſſimè S. Parens, & Fundator ejus, dum vitam
[illegible]mnibus communem, in ſuis Conſtitutionibus,
[illegible] plurimùm commendavit. Hoc idem Gene-
[illegible]ium Congregationum Decreta & Canones, ſe-
[illegible]mperant: hoc Superiores Ordinationibus præ-
[illegible]ibunt, & perſvadent exemplis: hoc viri ætate
[illegible]ovecti, talentis inſignes, virtute perfecti, meri-
[illegible] pleni, dicunt & faciunt: omnem verò, ſeu in vi-
[illegible], ſeu in veſtitu,etiam minimam ſingularitatis no-
[illegible]m, tanquam virulentam Religioſi vigoris peſte-
[illegible] veliſq; fugere, ſvadent. Et habet eam (quæ
[illegible]cialis Dei Gratia eſt) Societas noſtra, laudem,
[illegible] in ea viguerit ſemper, vigeatq; adhuc, vitæ
[illegible]munis, praxis & amor. Neq; enim hìc, ætati
[illegible]meritis, ullæ à communi obſervatione conceduntur
[illegible] immunitates, aut neſcio quæ Iubilationes: o-
[illegible] iſtud, Divini ſervitij jugum, trahimus æqua-
liter,

S. P. Ignatius vitam commũnem, plurimũ ſuis commendavit.

In ſocietate viget vita cõmunis.

omnium, unus amictus, unus divitibus & pauperibus cibus, unus ex æquo potus, dominis & ſervis. Et hoc eſt, quod ex mente S. Doctoris, ad obtinendum Dei beneficium, Ninivitas juvit: quia pænitentiæ rigorem, omnes æqualiter ſubierunt: non nitidior regem, groſſior ſubditos ſaccus tegebat, ſed æquale omnibus adhærebat cilicium, non delicatiori cibo, potuq; reficiebant ſua jejunia divites, quàm pauperes, eundem per omnia ſervabant pænitendi modum, docti ac rudes, ſenes & juvenes, in nullo diſcrepabant à ſubditis, in magiſtratu poſiti præſides. Vnde non mirum, quòd eâ vivendi, ac pænitendi æqualitate, Divinam ſibi conciliârunt Iuſtitiam, & in gratiam commutârunt minas. Hierosolymis verò, quia pauperes vacabant iejunijs, divites indulgebant luxui, illos craſſa, ſacci adinſtar, tegebat veſtis, iſtos molles operiebant panni, ideo miſeri homines, hac inæqualitate, Divinam in ſe concitârunt vindictam. Deus enim, qui fecit homines, naturâ pares, odit inæquales.

Religioſ. æqualitati addicti, donis cumulantur Divinis.

Quod iſtis contigit urbibus, idem & Religioſis uſuvenit cœtibus: ubi enim rationem victûs, potûs, ac veſtitûs, communis omnibus æquat paritas, ubi nullæ quæruntur, ac ne quidem admittuntur, quæ ſenſualitatem, aut vanitatem oleant ſingularitates: ibi Divinarum beneficia Gratiarum confluunt cumulatiſſimè. *Iam* verò, ſi in quapiam Religioſa cummunitate, dici poſſet illud, alius quidem eſurit,

Digitized by Google

...rit, alius autem ebrius eſt. ſi(quòd Deus ever-...)cæteris ad vitæ ſuſtentationem religioſa de-...et ſufficientia, & conquerentibus, illud ſæpiùs og-...eretur: ſi non habueritis ſatis, mementote pauper-...is: alij verò, etiam ultra temperantiæ limites, ſu-...indulgerent commodis, & calicibus ſtuderent e-...tandis: gravis procul dubio, in tales irrueret vin-...ctis Dei pœna. Ruere ibi, cum multarum inte-...ra animarum Paupertatis murum, & omnem vi-...æ Religioſæ vigorem collabi neceſſe foret. Quod ...unquam, noſtræ contingeret Religioni, cavit di-...gentiſſimè S. Parens, & Fundator ejus, dum vitam ...omnibus communem, in ſuis Conſtitutionibus, ...bis plurimùm commendavit. Hoc idem Gene-...lium Congregationum Decreta & Canones, ſe-...imperant: hoc Superiores Ordinationibus præ-...ſcribunt, & perſvadent exemplis: hoc viri ætate provecti, talentis inſignes, virtute perfecti, meri-...is pleni, dicunt & faciunt: omnem verò, ſeu in vi-ctu, ſeu in veſtitu, etiam minimam ſingularitatis no-tam, tanquam virulentam Religioſi vigoris peſte, ...emis veliſq; fugere, ſvadent. Et habet eam (quæ ſpecialis Dei Gratia eſt) Societas noſtra, laudem, quòd in ea viguerit ſemper, vigeatq; adhuc, vitæ communis, praxis & amor. Neq; enim hic, ætati & meritis, ullæ à communi obſervatione conceduntur immunitates, aut neſcio quæ Iubilationes: omnes iſtud, Divini ſervitij jugum, trahimus æqua-

S. P. Ignatius vitam communem, plurimùm ſuis commendavit.

In ſocietate, viget vita communis.

liter,

liter. Divinum quidem, ſed Iudaicæ condeſcendens infirmitati, fuit illud præceptum, quod arare in bove & aſino, vetebat. Perfectior novæ legis charitas, in hoc fertiliſſimo Societatis noſtræ agro, boves etiam, trituram doctos, aſſociat aſinis: dum pares, Thomæ Aquinati, doctrinâ, mugienti bovi, Doctores, veluti rudibus aſinis, jungit & æquat idiotis, idem utriſq; proponit pabulum, eundemq; propinat potum, ſimiliter ſuſtentat omnium labores. Vnde non mirum, ex hac agricultura, Religioſæ humilitatis, mutuæ charitatis, & gratiarum Dei, admirandos, eoſq; uberrimos fructus provenire.

Operarij gravem Patrisfamilias indignationem in ſe concitàrunt, quando æquales in mercede eſſe noluerunt.

Sed ex hoc, quem leviter attigimus agro, in vineam abeamus. Grandem fateor reprehenſionis criſim, retulit ille vineæ operarius, quem ſuus Paterfamilias, contractâ ad indignationem fronte, ita eſt paulò ſeveriùs allocutus: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Cujus tantæ in dicendo ſeveritatis, cauſam prorſus ignoro: ſiquidè ille, in vinea Domini, à primo diei diluculo ad veſperam uſq; laboravit, ſuſtinuit pondus diei & æſtus. Ecce verò, juſtæ mercedis locò, tantis verborum perſtringitur aculeis. Illud crederem, paulò ferventiorem, Domino bilem moviſſe, quod importunus operator iſte, debitam ſibi mercedem avidiùs requiſièrit. At enim eo fine in vineam conductus eſt, ut laboris ſui gauderet fructu: ergo illud potius ad indignationem, mitem alioquin naturâ, commovit

Digitized by Google

movit Dominum, quòd mercedis exactor iſte, cum cæteris murmuraret, contra Patremfamilias. Grande non diffiteor, crimen eſt, quodvis contra altiorem poteſtatem murmur: ſed addidit criminis gravitati pondus, murmurationis materia, quam ille, hac ſuâ prodidit expoſtulatione: *Hi noviſſimi, unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portavimus pondus diei & æſtûs.* Malè hoc, antiquiores in vinea operarios habebat, qui cum integram diem, labori impendiſſent, tantundem tamen mercedis acceperunt, quantùm & illi, qui unius tantùm horæ ſpatio, breviter laborârunt: torquebat nimiùm iſtos, parum conſultæ mentis homines, dum ſuis laboribus, imparem aliorum operam, æquari viderent, unde & indignabundi dicebant: quod eſt iſtud, diſtributivæ (ut vocant) Iuſtitiæ factum? multa merita, & commenſos longo tempori labores, operæ brevi, & exiguæ, æquiparare? Quæ imprudens invidia, & tabeſcentis animi expoſtulatio, cum æquiſſimo rerum arbitro diſplicuiſſet Domino, plenas indignationis voces, ab eo meritò elicuit.

Nonne in Religioſis quoq; contubernijs, ſimile quid contingere ſolet? certè ſi aliquam, noſtram ego Religionem, hâc vineâ, optimè adumbrari video. Sunt inter nos, qui primo mane, hoc eſt, vix perfectæ rationis exorto ſole, ad Religioſæ vineæ hujus, vocati labores; in ea, uſq; ad decrepitæ ætatis veſperam, ſtrenuè pro viribus laborârunt,

In Societate ſenes emeriti juvenibus, docti idiotis, in omnibus æquiparantur.

Kk pluri-

Digitized by Google

plurima pro Dei gloria & animarum ſalute egerunt: reperiuntur etiam, qui tribus, ſex, novem, undecim, paulò pluribus, vel paucioribus annis Religioſæ vitæ ſpatia metiuntur: hi propriâ convicti conſcientiâ, norûnt ſe parum, aut nihil, in vinea laboraſſe. Ecce autem cum ad mercedem venitur temporalem, quâ Religio ex charitate providet, ad vitam operariorum ſuorum ſuſtentandam, accipimus ſinguli, eiuſdem pretii & ponderis denarium: eundem enim omnes manducamus cibum, & bibimus potum, ſimili operîmur veſtitu, in nullo prorſus, ex neceſſitatibus noſtris diſcrepamus. Iam ſi quiſpiam (quod abſit) inveniretur, qui ejuſmodi æqualitati indignatus diceret: *Hi novißimi, una hora fecerunt, & pares eos nobis feciſti, qui portavimus pondus diei & æſtûs.* Vis & injuria laboribus noſtris ac meritis infertur, cûm, qui novi recenteſq; venerunt, & vix ſcopis, ad expurgandos domûs angulos, aut ſcriptorijs, ad aliquid ediſcendum, aptarûnt manus calamis, nobis tamen ætate provectis, laboribus fractis, & emeritis, in omnibus conferuntur: ſi quis inquam, in has, vel his ſimiles, infami murmurationis abductus affectu, erumperet querelas: gravem ille indignationem, ac etiam reprehenſionem, apud Cæleſtem Patremfamilias incurreret: illudq; ipſum, ſibi dici audiret: quod vineæ Dominus, uni ex murmurantibus operarijs exprobravit, dicens: *An oculus tuus nequam eſt, quia*

Crimen eſt, contra æqualitatem murmurare.

Digitized by Google

ego bonus ſum? Execrabilis mihi eſt iſte, contrarius æqualitati ſenſus. Quod ſi antiquiores etiam, & diuturni laboris operarios, æqualitati minùs addictos, adeo graviter vineæ Dominus caſtigavit, ultra tamen verborum acrimoniam, in pœna non proceſſit: quid putamus, ſi ex recentioribus aliquis, plùs ſibi deberi exiſtimaſset, aut expoſtulationibus extorquere voluiſſet, quantam ille non vineæ tantùm Domino, bilem moviſſet, ſed omnium etiam odium, contra ſe concitâſſet? Omnes credo, dato velut claſſico, rei indignitate moti, lingvis in eum acrioribus inſurrexiſſent, acclamaſſentq;. Et quod iſtud, effrontis audaciæ propudium eſt? nondum labor tuus teruntio dignus, & jam plus cæteris deberi tibi præſumis? Immo, non à verborum tantùm, ſed à verberum etiam aſperitate, in caſtiganda eiuſmodi præſumptione, vix ſibi temperâſſent. Sed pejus longè foret, ſi in Religioſa vinea, ex junioribus quiſpiam operarijs, communi æqualitate non contentus, indulgentiùs ſe præ alijs haberi, tractariq; vellet: nam gravem & iſte, reprehenſionis, ac etiam in vindictam uſq; prorumpentis indignationis caſtigationem, apud Deum homineſq; incurreret: quod ne unquam contingat, non indignante, ſed applaudente ſenſu & animo, dicat unuſquiſq; noſtrûm, Divino Spiritu pleno, vineæ hujus Procuratori, S. Patri noſtro: pares nos feciſti: ſingulare eſt hoc Religionis noſtræ decus, & præclarum Dei

Religioſi æqualitati non addicti gravem incurrunt multorum indignationem.

Applaudendū S. Patri, quòd nos pares fecerit.

Sapientiæ inventum, per ſervum ſuum IGNATIVM nobis intimatum, quòd ea, cordi nobis ſit Religioſa in omnibus æqualitas: quæ non in ſola tantùm conſiſtit temporanearum neceſſitatum coæquatione, ſed in virtutum quoq; & aſperitatum paritate, quatenus præter æternam, tranſitoriam etiam, ſimilem omnibus recipiamus laboris noſtri mercedem Ne id nobis in juſto Dei judicio eveniat, quod alibi lepidè contigiſſe audivimus. Intimabat unus pro more è ſuggeſtu, hebdomarias pænitentias, ita præcinens: Omnes hâc ſeptimanâ feria quarta, & ſexta, & ſabbatho diſciplinas facient, & jejunabunt, exceptis Doctoribus, Lectoribuſq; noſtris, pro quo vitam æternam habebunt: tum alter ex angulo, non minùs ridiculè, quàm veraciter adjecit, exceptis Doctoribus Lectoribusq; noſtris. Nos ne ſimilis, in Religioſæ auſteritatis obſeruatione inæqualitas, ab æternæ mercedis ſegreget præmio, vitam omnibus ducamus communem In quo, præter alios, prope in numeros, præclarè nobis præluxit, cui nuper parentavimus, Pater Generalis noſter, Carolus de Noyelle, qui vitæ communis, inſigne ſpecimen, ſecuturis reliquit ſæculis: habet enim illud, ab omnibus teſtimonium, quòd toto vitæ ſuæ ſpatio, etiam in ſummo, quem geſſit magiſtratu, nihil unquam in victu, aut veſtitu, admiſit ſingulare: nullis Religioſæ conſvetudinis, ordinarijs defuit oneribus: cujus veſtigijs, ſi inſiſtere, ut par eſt, volumus, nullas unquam in

Laboris imparitas, imparē recipit mercedem.

communi

Abſit procul à nobis, delicatulus ille Ioſeph, quem conſpicati fratres, *quòd à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui*. Incedebat Ioſeph polymitam indutus veſtem, fratribus comptior cæteris, delicatioribus à Patre nutriebatur cibis: frigore & æſtu, in paſcendis gregibus, urebantur alij, variaſq; cæli tolerabant injurias, ille domi, in delicijs ſuis vacabat commoditatibus: unde in tantùm, fraternum contra eum exarſit odium, ut parum abeſſet, quin ejus extingveretur ſangvine. Et unde, in Religioſis quoq; cætibus, frequentiores perturbatæ pacis odiorumq; fomites? quàm, ſi cæteris, temperatè viventibus, & ſtrenuè pro Dei Gloria laborantibus, alij ſe ſolitis oneribus ſubducant, & indulgentiùs in omnibus haberi velint. Grandis iſte, mihi credite, in Religioſis communitatibus, ſolet eſſe diſſenſionis ſcopulus, & internecivum charitatis offendiculum: hinc enim illæ indignationes, murmurationes, querelæ, oblocutiones, cæteræq; charitatis peſtes, oriri & augeri ſolent. Nullus noſtrûm, & illum, graphicè deſcriptum in Evangelio Phariſæum, velit æmulari: qui, etſi ſuas jejuniorum abſtinentias, devotionis fervorem, & alias legales Iuſtitias, longa ſeriè recenſeat, quia tamen proprio ſui ipſius teſtimonio, non erat ſicut cæteri, Divi-

Ioſeph fratribus exoſus; quod indulgentiùs præ alijs à Patre haberetur.

In Religioſis inæqualitas, magnum Charitatis offendiculum.

Phariſæum imitantur, qui non ſunt ſicut cæteri.

næ Boni-

næ Bonitatis, non eſt conſecutus gratiam. Demittebant ſe alij, ad humiliora obſequia, inviſebant carceres & hoſpitalia, ille, non erat ſicut cæteri, dum ab omni demiſſionis abhorreret ſpecie. Componebant cæteri, omnes ſuas actiones, ad leges modeſtiæ, ille ſua dilatabat philacteria. Verbo, erat, quod de ſemetipſo aſſerebat· Non ſum ſicut cæteri, in omnibus exoticus, & particularis· unde Divinæ extitit incapax juſtificationis & gratiæ. Illum potius imitemur: *Qui in ſimilitudinem hominum factus, habitu inventus eſt ut homo:* in omnibus particeps eſſe voluit noſtræ infirmitatis: cujus veſtigijs (omnem in vita communi, deteſtati ſingularitatem) ſi inſiſtere voluerimus, ad ejus Gratiæ & Gloriæ conſortium, Religioſæ æqualitatis tramite, perveniemus.

ALLOCUTIO IX.

Fraterna Charitas, vinculum eſt Religioſæ Perfectionis.

Viatores debent eſſe concordes.

SI hoſtiles etiam, & à ſe invicem averſos animos, vult eſſe in via concordes, ille, qui dirigit greſſus, & veſtigia pedum noſtrorum conſiderat, humana in carne Deus. dum ita, unumquemq; viatorem

Digitized by Google

tem Matthæi 5. commonet: *Eſto conſentiens adver ſario tuo, dum es in via cum eo:* quantò magis fraternos, viam Perfectionis, gradientes affectus, mutuâ charitate decet eſſe conjunctos. Hoc mentis ſuæ perſpicacitate conſiderabat, à ſingulari prudentia, commendatus Princeps ille Ægyptius, gentis Hebrææ Ioſeph, dum fratribus ſuis, in propriam regionem, ad Parentem redeuntibus, illud monitū daret: *Ne iraſcimini in via.* Notandum verò diligenter, quòd, non in loco morantes, ſed iter agentes, à mutuis revocet diſſidijs, hoc, ut puto, myſterio, quia quanquam omnibus, maximè tamen viam Perfectionis ſeriò decurrentibus, concordibus animis opus eſt. Cui optimo, præclarè applaudit, conſilio, D. Ambroſius, dum Lib: de Ioſeph cap. 13 ait: *Quam bene docet; maxime in via fugiendam eſſe diſcordiam, ubi ipſe viandi comitatus, debet eſſe inviolabilis, & gratiæ habere conſortium.* Nec mirum, veluti enim humani corporis, firmiter nervis juncta compago, ad progrediendum, ac etiam concitatiori paſſu currendum, apta eſt, & idonea: jam verò, tali ſoluta nexu, protinus langvet & collabitur: ita quælibet ſanctitati dicata communitas, ſi mutuâ charitate, (quam vinculum Perfectionis vocat Apoſtolus) adſtringatur, facilè celeres facit in virtute progreſſus: at verò, ſi eo charitatis vinculo deſtituatur, veluti diſſolutis membrorum nervis, cadit & ruit in præceps. Aſſertæ veritati,

Ioſeph fratres in via ad concordiam hortabatur.

Digitized by Google

tati, demus operam, clariùs pernoſcendæ.

Arduam Perfectionis viã, Charitas facilitat.

Arduam & perdifficilem, ſuâ naturâ eſſe Perfectionis viam, ille tantùm ignorat, qui ſuâ preſſus deſidia, ne unum quidem adhuc, fecit in hoc itinere paſſum: at qui eo tramite, vel tantillùm proceſſit, multis ſe novit obrui difficultatibus: ſeu enim viæ aſperitatem, ſeu propriam conſideret viator infirmitatem, plena omnia, in hoc agone, eſſe ardui laboris, ſuo edoctus experimento, ultro fatebitur: cui, ſi mutua in curſu accedat diſcordia, tantò magis fiet iter aſperum & difficile: ſi unus ab altero in progreſſu impediatur, aut etiam retro abſtrahatur. Iam verò ſi inter currentes adſit ſocialis amor & charitas, facilè viam, ſuâ naturâ arduam, reddet facilem, atque jucundam. Veluti enim cæteri viatores, amica colloquiorum ſuavitate, annexas itineri, minuunt moleſtias, & dum amicabili ſermocinatione tempus, & laborem fallunt, ad propoſitam itineris metam, ſenſim, ſine moleſtiarum ſenſu perveniunt: ita qui plurimis difficultatum moleſtijs, intricatum Perfectionis iter decurrunt, mutuâ charitate viæ aſperitatem leniunt, & facilè eum, ad quem collimant, contingunt ſanctitatis terminum.

Concordia animalium, faciebat Arcam Noe, proſperè navigare.

Rei de qua diſſero, præclaram ſimilitudinem in celebri illa Arca Noe, clauſam eſſe adverto, quam dum diligentius inſpicio, mirari ſatis nequeo: quomodo, inter tumentes fluctus, totam terræ molem involventis pelagi, facilem tenere curſum, & ad optatum

ptatum

ſtatum appellere portum, oneraria illa potuerat? quæ tot diverſæ ſpeciei, & oppoſitæ qualitatis, ac naturæ, animalia in ſe continebat. Sacri Textûs Interpretes, eam navigationis proſperitatem, deferunt paci ac concordiæ, inter prædicta animantia exactiſſimè conſervatæ. Quòd enim in vaſta totius orbis illuvie, inter ventorum turbines, & ſævos oceani fluctus, cæliq; fulgurantis minas, placido curſu ſecurè navis illa ferebatur, mira id, quamvis contrariæ è diametro naturæ, animalium efficiebat concordia. Ibi enim animantia, naturâ fervida ac crudelia, mitibus ac manſvetis placidè commanebant: ſublime volantia pennata, non áſpernabantur humi repentia: homines ratione præditi, brutis convivebant, pecudibus. Nullus ibi ferarum contra ſe frementium rugitus, nullus mordentium latratus audiebatur. ſed pax, concordem reddebat convictum: unde interior Arcæ tranquillitas, pacatum exteriùs tenebat curſum. Quod ſi in illo, animantium domicilio, diſcordiâ & rixis omnia perſtreperent? ſi vulpes gallum deplumaret, canis leporem, lupus ovem laniaret, leo cum tigride, atroci pugnâ concurrerent, cæteraq; ferocium beſtiarum turba, horrendo rugitu, ſtridore dentium, & ſævis ungvibus invicem dimicaret? neutiquam navis illa proſpero curſu portum teneret: ſed in media furentis oceani vaſtitate, inteſtinis quaſſata diſſidijs mergeretur. Quanquam omnem humanum, maximè tamen

Digitized by Google

Arca Noe, Religioſam adumbrat communitatem, quam proſperat concordia.

men Religioſum, Arca hæc videtur mihi adumbrare, convictum: ubi naturæ varietas, complexionis diſſimilitudo, inclinationum diverſitas, in pluribus reperitur, fervet in quibuſdam, velut in leonibus bilis, ſunt alij, tanquam agni mites, & manſveti: vafrum nonnullis, & ſubdolum tanquam vulpibus, dedit natura ingenium: imitantur alij ſimplicitate columbas, volat ſublimè, inſtar aquilæ, perſpicax quorundam intellectus, ſerpit aliorum vis intellectiva humi: omnes tamen ad unam, eandemq; Religioſæ Perfectionis metam navigamus. Quod ſi inter eas, diverſas naturæ dotes, ac inclinationes, adſit unanimis amor & concordia, proſpero haud dubiè, tranquilloq; curſu, propoſitum beatæ felicitatis portum, noſtrum tenebit navigium. Velimus tantummodò, ut ſvadet Apoſtolus, alter alterius onera portare, naturæ ac morum diverſitates invicem tolerare, alienos defectus pallio charitatis operire. Vivamus in Communitate nemini dantes offenſam: & ſic in mutua charitate fundatam legem, facilè adimplebimus, & quod inde ſequitur, adinſtar illius, concordem animantium turbam, vehentis Arcæ, non jam ad Armeniæ montes, ſed ad Cæleſtis Patriæ portum, ſoſpiter noſtras devehemus animas. Iam verò, ſi in hoc vitæ Religioſæ contubernio, (quod Deus avertat) foveantur animorum averſiones, gliſcant odia, perſtrepent contentiones & jurgia, fiant ſchiſmata & ſciſſuræ. Si ferus & iræ im-

Digitized by Google

ræ impotens quiſpiam leo, agnos invadat innocen-tes, ſi famæ alienæ per detractionem, mordax ali-quis oblatret ſæpiùs moloſſus: nullum ibi fiet virtu-tis augmentum, nullus in ſpiritu progreſſus, ſed omnia, in continuæ amaritudinis ſtagno, miſerè in-teribunt.

Columba quamvis, quibusdam obnoxia vitijs, quia tamen pacis amans ad Arcam Noe, recipitur. Corvus avium perſecutor ab ea reijcitur.

Neq; illud, vacare myſterio puto, quòd cum idem Noe, ſuâ onerariâ duas emiſerit volucres, cor-vum & columbam, hanc redeuntem ad Arcam re-cepit, illum ſemel ejectum, amplius non conſpexit. Et quid quæſo cauſæ, ſubeſſe potuit? quod colum-ba ad Arcam redijt, corvus in ea, ultra non com-paruit? ſi corvum, innata ei voracitas, cæterarum alitum conſortio indignum reddebat? at enim, non gratis, vexat quoq; cenſura columbas, neq; enim & illa, eſt omnis vitij expers. Immo verò multo, eoq-que ſelecto guttur ejus, infercitum grano, edaciſ-ſimam avem, inexplebilis arguit ingluviei. Cæte-ræ præterea volucres, guttatim hauſtâ, ſitim extin-gunt aquâ: ſecus bibit columba, totum torrenti, dum potat, immergit roſtrum: omnem illa fugit laborem, non ſerit, non metit, ſelectis tamen, uſq; ad ingluviem, paſcitur piſis. Inſuper quamvis o-ptima fruatur valetudine, gravi tamen eoq; conti-nuo gemitu, neſcio quem fingit, ac ſimulat morbū. Eccur tamen, illa redux ad Arcam recipitur? ad quam miſero àvium corvo, aditus non patet ampli-ùs. Multæ, varijs, rei hujus congruentiæ, facilè in

mentem venire poſſunt: mihi ſufficit illa: cùm enim corvus ſit innocentûm, perſecutor & lanio avium, contra quas & rauca ſæpè crocitat voce, & roſtro ac ungvibus ſævit: ideò inteſtinæ turbator pacis, ſemel Arcâ dimiſſus, ampliùs ad eam redeundi copiam non habet. Iam verò mitis naturâ, & ſine felle columba, eſto pleriſq; non careat vitijs: quia tamen, & innatâ manſvetudine pollet, & roſtro ramum oleæ (quæ pacis ſymbolum eſt) ad Arcam defert, meritò pænitens, ad commune illud animantium conclave & conſortium, admiſſa intrat: Haud aliter, in religioſis maximè cætibus, fieri videmus: in quibus, quamvis aliqui, pluribus notati defectibus vivant, licet inertem æmulati columbam, nihil labori, multùm cibo & potui indulgent, ac interdum ut laborem fugiant, gemitu ægritudinem fingunt; ſi tamen mitis inſtar columbæ, pacatè in communitate vivunt, facilè tolerantur in ea: ſed ſi corvorum more, alios perſtrictivo, verborum crocitu turbulenter infeſtant, indignos ſe Religioſo convictu reddunt. Si quam aliam, noſtræ certè Societatis Religionem, tot in ſe diverſa animantia, continens Arca hæc, optimè adumbrat. Sumus hic, fuimuſq; ſemper, ex omni lingva, tribu, & natione, ad præſtandum Deo noſtro obſequium, coagmentati: differimus ingeniis, judicijs, complexionibus, cæteriſq; naturæ dotibus & attributis: vivimus tamen, vivereq; debemus, mutuâ nos charitate

Paci addictos religio tolerat, eijcit turbatores.

tate

tatè coadunante. Id à nobis unicè deſiderat, id ſtudioſè requirit S. Fundator noſter, ut idem ſapiamus, idem quoad fieri poteſt dicamus omnes, hāc animorum unionem, adeò nobis neceſſariam exiſtimat, ut Conſtit. pap 8. cap. 1. aſſerat: *Nec conſervari, nec regi, atq; adeò nec finem, ad quem tendit ſocietas, conſequi poteſt: ſi inter ſe & cum capite ſuo, membra ejus unita non fuerint.*

Societas noſtra, plurimū ſemper laudis ex mutua habuit charitate

Et ſanè habet eam, noſtra Societas præclaram laudem, quòd in ea mutua charitas, & animorum unio conſtanter vigeat: hoc illa præſidio & adjumento, tantùm in virtute, & lucrandis Deo animabus profecit, quantùm nulla ſatis explicet facundia: quòd de primis decem Patribus Societatis, Annales noſtri, luculenter teſtantur: *Quos* (loquor Hiſtorici noſtri Orlandini verbis) *numero admodum paucos, ſed animorum unione invictos, induſtriæ ſuæ fructus tuliſſe ſcimus tantos, quantos Dei beneficio ipſi videmus, ac fruimur.* Vivebant ſemper in ea Religionis noſtræ oneraria, homines licet natione diverſi, humorum temperie, & naturali inclinatione planè contrarij, mutuâ tamen charitate unitiſſimè conjuncti: ut proinde non ſit mirum, eos proſperum ſemper, in virtute tenuiſſe curſum. Non eo quidem ego inficias, inveniri aliquos, qui in hac Arca, inertium more columbarum, otio vacent, & nihilominus indulgenter haberi, ac honorificè tractari velint. Sunt, qui ut laborem fugiant, ægri-

Cæteri in ſocietate tolerātur defectus, diſſenſionum incentores ab ea ſeparantur.

ægritudinem obtendunt, & neſcio quos gemitus cient · ſi tamen animi manſvetudine, & charitate columbas imitantur, in Religioſo conſortio facilè tolerantur. At, ſi qui diſcordes corvos æmulati, ore continuò crocitante, alios perſtringant, innocentes ſæpiùs invadant, famam aliorum obſcurent ac denigrent. Eos Sanctus Fundator, imperat procul ablegandos, dum ita loco Conſtitutionum citato loquitur: *Si quis diviſionis, vel diſſenſionis, eorum qui unà vivunt, inter ſe, vel cum ſuo capite, author eſſe cernatur, diligentiſſimè ab ea Congregatione, velut peſtis, quæ eam poteſt ſummoperè inficere, (niſi præſens remedium adhibeatur) ſeparandus eſt.*

Apoſtoli, cur ab ꝗ virga in viam expediuntur?

Sed jam navigationi noſtræ fine impoſito, ex navi in littus deſcendamus, ut reliquum moderni itineris ſpatium, terra conficiamus. Perfectæ ſanctitatis fons & Præceptor, Salvator noſter, dum ſequaces ſui Diſcipulos, in viam Perfectionis expediret, ita ſignanter præcipiebat eis: *Nihil tuleritis in via, neq; virgam, neq; peram, neq; pecuniam.* Nimio ſtupore abreptus, ſcire cupio, qua ratione permota Æterna in carne Sapientia, uſitata hæc, omnibus viatoribus adjumenta, Apoſtolis interdicta eſſe volebat? utiq; iter agentibus, ſcipio, laſſo corpori ſuſtentando, pera victualibus referta, reficiendis viribus, pecunia multis inſervit uſibus? Divinum tamen Chriſti imperium, cur omnibus hiſce non ſolùm utilibus, ſed perneceſſarijs etiam ad iter

adjumen-

Digitized by Google

[illegible]mentis, vult ſucs carere Diſcipulos. Et requi-
[illegible]t ſanè ab Apoſtolis, eam Paupertatis Perfectio-
[illegible], ut nullis onerati ſarcinis, ac crumenis, emen-
dicato oſtiatim victu, iter ſuum agerent: ſed bacu-
[illegible]; quo; egentiſſima etiam mendicabula fulciun-
tur, cur ijſdem vetitum eſſe voluit? D. Ambroſius,
eam, ejuſmodi prohibitionis, adfert rationem, dum
prædicta expendens verba ait: *Dominus IESVS,
dimittens ad Evangelizandum Diſcipulos, miſit e-
os ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga:
ut & incentiva litis, & inſtrumenta eriperet ul-
tionis.* Noverat nimirum, ex mente S. Doctoris,
Divina Chriſti Sapientia, omnium inter mortales
litium; rixarum, ac diſcordiarum fomentum, ac in-
centivum eſſe pecuniam; ſciverat ob unum etiam
fruſtum panis, lites ac jurgia exerceri, viderat e-
oſdem, baculis etiam, ac fuſtibus, in aliorum defectu
armorum, atrociter pugnare, ac dimicare invicem:
optabat ex alia parte, ſuos ubiq; concordes, ac una-
nimes eſſe Apoſtolos, unde & imperans dicebat:
Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, & iterum:
*In hoc cognoſcent omnes, quia Diſcipuli mei eſtis,
ſi dilectionem invicem habueritis.* Proinde, ideo e-
os marſupijs vacuos, & baculis deſtitutos eſſe vole-
bat, ne pecunia, occaſionem & incentivum litigan-
di, baculi darent oportunitatem, invicem fuſtigan-
di. Quodſi, tanti Redemptor noſter, mutuam in-
ter Diſcipulos charitatem æſtimabat, ut conſervan-

Incentiva litis & inſtrumenta ultionis, ſubtrahenda litatoribus.

dæ illi-

dæ illius gratiâ, opes contemnere, pugnæ inſtru-menta abijcere imperaret. Eo & nobis fine, Divinus ejus perſvaſit inſtinctus, ut divitijs renuntiaremus: quatenus amotis hiſce litium, ac contentionum incentivis ac inſtrumentis, fraternam charitatem, in Religioſo convictu, ſanctè conſervaremus.

Charitas fraterna omnibus mundi opibus pretioſior.

Eximium profectò iſtud eſt, fraternæ charitatis pretium, & æſtimatio: quòd ejus gratiâ divitiarum gazas prope infinitas, & armorum fulgores, tot viri fortes & opulenti, contemptim projecerunt: ut in ſancto vitæ Religioſæ cætu, nullam haberent lædendæ charitatis anſam. Diademata alij, Regna, & Imperia deponebant, ut in Religioſa viverent pace, & charitate: nemo tamen unquam mortalium, pretioſum iſtud charitatis margaritũ æquali perſolvit pretio: nam ut ait Regum ſapientiſſimus Salomon: *Si dederit homo, omnem ſubſtantiam domûs ſuæ, pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.* Neq; verò quiſpiam mirabitur tantùm ineſſe charitati pretium, ſi commoda, & emolumenta ab illa manantia, perpenderit accuratiùs. Parumne Bone Deus! afferre utilitatis charitas cuipiam videbitur? quæ ſui cultores, omni bono cumulat ac replet. Quid enim meliùs & optabiliùs homini, rectè, juxta legem æternam iudicanti, poteſt contingere? quàm Divinis obſequi ad amuſſim mandatis? quod præ alijs virtutibus, in primis charitas conſequitur, Doctore Gentium ita atteſtante: *Qui*

Dilectio legẽ implet.

diligit

diligit proximum, legem implevit. Hâc credo motus ratione, idem Apoſtolus, cæteras quoq; virtutes, pretium ac valorem ſuum, à Charitate deſumere arbitratur, ita ut omnem ſanctitatem inanem eſſe, ac evanidam putet, niſi Charitate fuerit informata, dum 1. ad Corinth: 13 ita loquitur: *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Quod non de illa ſolùm, quæ in Deum fertur, ſed de ea etiam, quæ in proximum tendit, Charitate dici, intelligunt Sacri Interpretes.

Scio, ſuaviter modulante citharâ, Charitatem ſymbolicè adumbrari: veluti enim cithara, con ſono & uniformi concentu, aures demulcet, & recreat mentem: ſi verò, in ea, vel unicus diſcordi tinnitu nervus, à cæteris diſcrepet fidibus, ingrato auditum offendit ſtrepitu: ita in Religioſo convictu, mutuæ Charitatis, unanimis concordia, omnia ſvavia & jucunda reddit, adeo ut ei ſvaviter accinat Pſaltes: *Ecce quàm bonum & quàm jucundum, habitare Fratres in unum.* Iamſi quiſpiam diſcors affectus, communi paci, diſſonis obſtrepat vocibus & factis, ſvavem concordiæ ſonum ingratè turbat.

Citharam charitatis, poſſe reprimere ſpiritus malignos, eſt documento David.

Neq; ille, ejuſdem Charitatis fructus minor eſt, quòd malignorum ſpirituum retundat incurſus. Habet enim, ſibi arcano quodam naturæ benefi-

Digitized by Google

cio, inſitam vim & energiam, ſvavè ſonantis citharæ concors harmonia, quòd infernalium potentiam furiarum, pellat ac enervet. Quod olim in ſuo Principe Saul, probauit Pſaltes inſignis David. Quandocunq; enim, ut Sacer Hiſtoricus refert: *Spiritus Domini malus arripiebat Saul, tollebat David citharam, & percutiebat manu ſuâ, & refocillabatur Saul, & leviùs habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* Pollet longè fortiori virtute Charitas, ad coercendas malignorum ſpirituum furias: ut benè conſonat D. Bernardus, dum ſerm: 41 de modo benè vivendi ait: *Non timet diabolus noſtra jejunia, quia ipſe nunquam comedit, non horret noſtras vigilias, quia ipſe nunquam dormit; neq; paupertatem noſtram, quia ipſe nihil habet: timet autem vehementer noſtram concordiam, quia hoc tenemus in terra, quod ipſe tenere noluit in cælo.* Iam verò, Charitatis defectus affligit hominum, maximè verò noſtrorum Præſidum, & excruciat mentes, ſi quod in Religioſa Communitate contingat diſſidium, aut verbum, quòd vulneret Charitatem. Vndè idem Sanctus Abbas dicebat dolenter: *Ante mihi contingat mori, quàm audire ex vobis quempiam iuſtè clamitantem: Filii Matris meæ, pugnaverunt contra me.* Adeo acerbè ſanctus & Religioſus Præſes iſte, ejuſdem Religionis materno planè affectu, prognatos enutritosq; Fratres, ſibi invicem aduerſari ferebat, vt mortali potius pulvere:

Matrem vulnerat, qui lædit charitatè.

vere oculos ſibi, offundi, quàm diſſidium quodpiam, inter Religioſos Fratres videre maluerit. Nec mirum, ſæpe enim mente volvebat, grande illud effatum Diui Hieronymi dicentis: *Sine Charitate Monaſteria ſunt Tartara, & habitatores in illis, Dæmones, è contra verò, cum hac: Clauſtra ſunt Paradiſus, & in eis degentes, Angeli*. Quo quid gravius ſeu ad deteſtationem diſſidii, ſeu ad commendationem mutuæ uinonis, dici poterat? Si quæpiam alia, noſtra certè Religio, ita illatam charitati injuriam deteſtatur, ut famæ, ac æſtimationis aliæ detractionem, aut diſcordiarum ſeminationem, inter crimina grauiori piaculo notata (quæ, Caſus Reſervatos nominamus) referre non dubitauerit. Quin immo, Diuinæ etiam Redemptoris noſtri aures, maximè ejusmodi fraterna diſidua averſantur: ita eodem mellifluo Doctore, graviter interrogante: *Quid tu quæſo animi habes? contra quem Chriſtus, anxiè clamat, de pectore fratris tui: Filij matris meæ pugnaverunt contra me.* Vtinam ille leænæ cujuſpiam, urſæ, aut tigridis catulus, non Religioſa propago fuiſſet, qui Charitatem fraternam audet mordaciter vulnerare. Gravi ejusmodi feras, non homines, ferit flulmine, Apoſtolus dicens: *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.* Nos ne tali obruant, læſæ Charitatis tela, nunquam ejus vinculum diſſolvamus, ſed potiùs, unanimi dilectione conjuncti, viam Perfectionis decurramus.

Societas in violatores charitatis, meritò grauiter animaduertit.

Animarum Zelus, ad noſtram Perfectionem requiſitus: iuncta virtuti ſcientia, animatur, exemplis Chriſti, & Sanctorum, incenditur.

GRave ſatis & arduum, nobis hactenus varijs virtutum ſemitis pergentibus, Religioſæ Perfectionis iter, fortè viſum eſt. Ecce verò, dum continuo uſu, & aſſvetudine tritum, faciliùs reddi debuit, magis hodie ingraveſcit: quandoquidem ex vocationis noſtræ debito, non ſolitarij, ſed multis agminibus comitati, iter iſtud agere, & Beatæ Felicitatis metam attingere obligamur. Compatiatur ſanè, viatoribus ſolitariè incedentibus, ſapientiſſimus Regum Salomon, dicens: *Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe.* Mihi magis arduum, & periculoſum eſſe videtur iter ſociale, quàm ab omni hominum conſortio ſequeſtratum: in hoc ſiquidem, non huc tantùm, curam & oculos, opus eſt habere intentos, ut tuum in lubrico ſecurè figas greſſum, sed ut alijs etiam proſpicias, ne in eadem plena periculi via cespitent, & labantur.

Perfectionis noſtræ ſtudium ideo arduum, quòd alienæ etiam proſpiciat ſaluti.

Et hic

Et hic noſter eſt, non minùs labor genuinus, quàm meriti campus uberrimus, quibus non propriæ tantùm, ſed alienæ quoq; ſalutis cura incumbuit. Grãde fateor iſtud eſt, & periculoſæ plenum opus aleæ, inter tot ſalutis æternæ diſcrimina, non proprias tantùm, ſed alienas etiam animas, ad beatam felicitatem deducere, pede inoffenſo. Cæterùm iſtam quoq;, provenientem ex alienæ ſalutis curâ difficultatem, ardens & uſitatus, in Religione noſtra animarum Zelus, medijs ac motivis efficacibus accenſus, nullo negotio reddet perfacilem.

Cūra animarum, Angelis & ſanctis hominibus gravis ſemper viſa eſt.

Nullâ verborum copiâ, ſatis explicari poteſt, quantùm nobis oneris & laboris, Inſtituti noſtri ratio impoſuerit, dum nos non ſolùm ſaluti & Perfectioni propriarum animarum, cum Divina Gratia vacare, ſed cum eadem, impenſè in ſalutem proximorum voluit incumbere. Tanta enim oneri huic ineſt gravitas, ut Angelicis etiam viribus, ſit profectò formidanda. Vnde ex infinita propè Beatarum Mentium multitudine, illi ſolùm, humanæ ſalutis cura, & miniſterium fuit demandatum, qui in ſuo nomine, DEI Fortitudinem ſonabat & referebat, Prodromo & Caduceatori ſalutis noſtræ Gabrieli. Iam verò, ex infirmiori mortalium genere, quamvis ſolidæ virtutis homines, onus iſtud omni ſtudio refugiebant. Princeps Prophetarum Moyſes, ad intimandam Dei voluntatem Ægyptijs, non vires tantùm, ſed verba etiam deeſſe ſibi ajebat. Ieremias, ne

ras, ne gentibus, ad quas mittebatur, prædicaret, puerilem prætendebat balbutiem. Ionas furentis potiùs Oceani fluctibus, ſe committere, quam vindicis Dei pænâ, Ninivitas terrere eligebat. In nova verò lege, illa Antoniorum, Paphnutiorum, Macariorum, cæterorumq; Anachoretarum admirandæ ſanctitatis nomina, omnem humanum vitando aſpectum, cæcis ſe ſpecubus, & cavernis includebant: ne dum alienæ ſaluti operam darent, jacturam propriæ ſubirent. Vicit eum, ſibi in primis conſulentis ſanctimoniæ, timorem, Beati Ducis ac Parentis noſtri IGNATII, excelſa animi magnitudo, qui, ut de eo referunt Annales noſtri, cum propriæ etiam animæ diſpendio, aliorum ſe cupiebat totum impendere ſaluti. Quid enim non egit ille? ut ſolidam virtutem, quæ eſt primarium procurandæ alienæ ſalutis adjumentnm, perfectè conſequeretur. Mentem in primis, continuò pijs contemplationibus, diu noctuq; exercebat, corpus verò, detecto capite, nudis pedibus, ſacco malè tectus, cilicium indutus, ferreis catenis cinctus, flagellorum crebra diverberatione cruentatus, perpetuò divexabat. Idem aſſiduitate jejuniorum quærebat, jugiter manantibus lacrymis expoſcebat, ſangvine perfuſus evincebat. In eundem deinde finem, homo militaris & annoſus, ut prima literarum rudimenta ediſceret, & requiſitam, ad id munus ſcientiam compararet, quæ, Deus bone! odia? quos labores & ludibria,

S. P. Ignatius multa pro ſalute animarum fecit, paſſusq; eſt, & à nobis ſimilia fieri voluit.

dibria,

dibria; cæteraſq; difficultates non devoravit? ut collectâ virtutis, ac ſcientiæ forti armaturâ, militem ſub ſigna ſcriberet, centuriatas legiones in aciem educeret; animas proximorum, è dæmonum tyrannide, & æterna perditione eriperet: quod cum ipſe indefeſſus lucrandis Deo animis fortiter perficeret, idem nobis, ſua caſtra ſecutis, in Conſtitutionibus ubiq; ardenter commendavit, ac planè Imperatoriâ poteſtate indixit: ut poſt quæſitam propriæ ſalutis ſecuritatem, toto conatu & robore, in ſubſidium pereuntium animarum prompti ruamus. Quid enim ſunt illæ noſtræ, in variis probationibus, humilitatis, abnegationis, contemplationis, aliarumq; virtutum exercitamenta? quid perpolita tot ſcientijs doctrina? niſi probatiſſima, contra animarum hoſtes panoplia. Hoc nos Religio maximè reſpectû, tot tantiſq; educat impenſis, ut ad Beati Patris mentem, virtutum ac ſcientiarum ſoliditate præditi, pro vindicandis ab æterna perditione animabus, ardua quæq; pati, & agere valeamus.

S. Paulus cur initio ſuæ cōverſionis ad tertium cœlū raptus eſt.

In quo, Divinam cum Paulo Apoſtolo Providentiam, Religionis noſtræ æmulatur conſvetudo. Rem ſingulari conſideratione dignam eſſe arbitror: ecquid cauſæ fuerit, quod Doctorem Gentium, non poſt exantlatos Apoſtolici muneris labores, Divina Bonitas, ad tertij uſq; cæli arcana dignanter admiſit, ſed in ipſo zeloſi operis initio,

hanc

hanc ei præſtitit dignationem: ut Annalium Ec-
cleſiaſticorum Chronologus obſervat Baronius.
Nonne convenientiùs erat, ut poſt impenſam ſalu-
ti proximorum operam, & conſummatas Zeli Apo-
ſtolici plenas moleſtiarum curas, in præmium, fa-
cti animarum lucri, inter Empyreæ ſedis penetra-
lia, promeritam referret conſolationem? juxta i
lud, quod ipſe edixit effatum: *Nemo coronabitu*
niſi qui legitimè certaverit. Conſummaſſet & ipſ
arduum laboris ſui curſum, & tum, repoſitam ſib
meritò recepiſſet coronam Iuſtitiæ: ſed ante pu
gnam, utquid canit, agitq; triumphum? Verùn
longè aliter expedire judicavit Divina Sapientia
dum non ad conſummatas laboris Apoſtolici me
tas, ſed in ipſo ardui operis limine, cæleſti eum
voluit potiri viſione. Optimam facti rationem ad
fert S. Maximus dum Homil: 1, de SS. Petro &
Paulo ait: *Paulus ultra humana, raptus ad tertium*
cælum, ſecreta cæleſtia agnovit, ut Eccleſiarum
futurus Doctor, inter Angelos diſceret, quod inter
homines prædicaret: quaſi diceret: ut Apoſtolicu
circa ſalutem animarum Pauli Zelus, tantò fructu-
oſior eſſet, in illa virtutum ac ſcientiarum, cæleſtis
Hierarchiæ ſchola, erudiri eum oportebat. Qua-
tenus & ab ignito Seraphinorum affectu, arden-
tem charitatis virtutem, & ab illuminata Cheru-
binorum mente, perfectam ediſceret ſcientiam: ut
duplici, ſanctimoniæ, & eruditionis adjutus præſi-
dio, ſalu-

S. Paulus Zelum animarum in cælo didicit.

Digitized by Google

dio, ſaluti animarum feliciùs ſuam navaret operam. Eadem planè eſt, de nobis, Religionis noſtræ mens, idem propoſitum: ad hunc illa finem, in ſto, in quo degimus, Religioſo convictûs noſtri Paradiſo, ad Angelicam vult nos eniti puritatem, ut Beatos ſpiritus virtutis & ſcientiæ ſoliditate imitati, tanquã veloces Angeli, in animarum accuramus ſubſidium

Quod ut tantó alacrius, aggrediamur, ardens Salvatoris noſtri, humanæ ſalutis deſiderium, & indefeſſum circa animas laborem, propoſitum ante oculos habeamus. Prodigioſa fuit illa Dei Incarnati fames, qui poſtquam in vaſtæ ſolitudinis eremo, jejunaſſet 40. diebus, & 40 noctibus, poſtea eſurijt. Itane verò, ex eius Omnipotentiæ inexhauſta penu, breuì omnis defuit comeatus? ut qui integras quatuor, dierum decades, citra omnem cibi potûſq; uſum, ſuâ ſuſtentatus virtute, ſanus ac vegetus vixit, diutiùs eadem ſuſtentari, & ferre inediam non potuit? Sed nec illud minorem meretur admirationem, quòd cùm malignus ſpiritus advertiſſet, tantum fameſcere Dominum, gratiam aucupaturus, duros ei lapides porrexit, in panem efformandos. Ecce verò, qui ſe obſequium famenti, & favorem demereri putabat, gravi objurgatione caſtigatus eſt. Ecquid tamen quæſo mali, in eo malus iſte commiſit ſpiritus, quòd Dominum diuturnâ inediâ confectum, facto de lapidibus pane, reficere voluerit? Bonum ille opus, ſe operari arbitrabatur, eccur tamen gravioribus verborum, quàm ſaxorum

Christus in Eremo, magis ſalutem animarum quàm cibum eſuriebat.

ictibus lapidatur? S. Præſul Mediolanenſis Amb
ſius, in eo illum, errore deceptum, deliquiſſe exi
mat: quòd putaverit, quaſi fameſcens Dominus, pa
temporali, ſuam vellet reficere famem, ille verò
ternùm victuras eſuriebat animas, quòd S. Doct
ita ſerm: 36 aſſerit. *Eſurijt Chriſtus, non cibu hominum, ſed ſalutem: cibus enim Chriſti, eſt reden ptio populorum.* Vnde ſi talem eſuriem Chriſti i
tellexiſſet, illos ipſos, quos digito monſtrabat *lap* des, non in panes, ſed in animas poenitentes co
uertendos, Domino, etiam de lapidibus filios, Al
rahæ ſuſcitare potenti, promptè utiq; obtuliſſe
quod ſi feciſſet, non plenam reprehenſionis ind
gnationem, ſed favorem meruiſſet Ea nimirum
animarum eſuries, ac perpetua ſitis, Dei humani
in carne Filium, tenebat continuò, ut cibi etiam
ac potiùs immemor, ſolam animarum ſalutem e
ſuriret ac ſitiret. Lacrymas ille pænitentes, no
hauſtum è puteo fontem, apud Samaritanam pre
cabatur mulierem, dum ei, *da mihi bibere,* ſaluti
ejus ſitibundus, diceret, nec eſcis, quas diſcipuli affe
rebant, tunc refici voluit: nam præſto alium habebat ci
bum, in converſa muliere peccatrice exhibitum. E
quamuis ex converſione peccatorum, multo ſæpe
frueretur ſolatio, nunquam tamen in eo, hæc ex
areſcebat ſitis: in tantùm, ut in cruce etiam diſten
tus, magis ſitim, quàm doloris ſenſum pateretur:
ubi non vinum myrrhatum, ſed amaritudinem pæ-

Lacrymas pænitentium, nõ potum ſitiebat christus.

nitenti-

nitentium, ſitiebat animarum. Quodſi Chriſtum Dominum. prout vitæ noſtræ ratio exigit, imitari volumus, animarum ſalutem neceſſe eſt ut perpetuò eſuriamus, atq; ſitiamus.

Talis erat, in Patre Ioanne Baptiſta Romano, animarum ſitis, quam, ne totus quidem Oceanus, ſuis fluctibus extingvere poterat. Navem ille conſcenderat, ut pereuntibus in ſuperſtitione Ethnica, opem ferret Indis, ſed vix à littore ſolvit, oneraria ad ſcopulum alliſa, naufragium fecit, & omnes, quotquot in ea navigabant homines, in pelagi effudit voraginem. Fluctuabat inter alios, tabulæ innixus, hic quem memoravi Pater, luctabatur cū fluctibus, non procul ab eo, homo Iudæus, omni ſubſidio deſtitutus, cujus, in periculoſiſſimo illo rerum articulo ſalutem, minimè ſibi Pater negligendam ratus, eum de Chriſti fide amplectenda compellat: ſed fremente mari, & plurimâ undiq; incurrente mortis imagine, audiri non poterat: ergo ne auxiliantem ſperneret, qui monentem non audiebat, toto virium niſu, Pater appulit ad periclitantem Hebræum, illi tabulam, qua ſe ſuſtentabat ultrò conceſſit, pactus cum homine, ſi enataret, Baptiſmum: ipſe interim ſinè tabulâ, ſolâ charitate vectus, prior littus occupat, ac paulò poſt, appulſum Iudæum ex aquis eripit, ut melioribus undis mergat ac ſalvet: quod & re ipſa, cum magna ſpectantium, ardentis Zeli admiratione, ſua verò con-

P. Ioannis Baptiſtæ Romani magna ſalutis proximi ſitis.

ſolatione præſtitit feliciſſimè. O quanta hæc fuerat pereuntis animæ ſitis, & charitas! quam, aquæ multæ extingvere, & fluminum receptaculum mare, obruere non poterat.

Magnum eſt, cuiuslibet animæ pretium.

Et profectò, nulli noſtrûm difficilè videbitur, non laborem tantùm, ſed vitam etiam pro ſalute animarum impendere, ſi immenſum quoddam, earum pretium, perpendere voluerimus, quod tantum illis novimus ineſſe, ut unica etiam rationalis anima, cmnes, quotquot in hac mundi machina reperiuntur, expertes rationis creaturas, longè ſuâ præponderet æſtimatione· non ex eo ſolùm capite, quòd quævis rationalis anima, Divinam in ſe referat imaginem, ſed etiam ratione Chriſti ſangvinis, cujus infinito eſt appretiata valore; ita ut Angelicam etiam, hoc titulo ſuperet dignitatem. Quodſi ſacra auri, aut gemmarum fames, eo humana urget pectora, ut ijs perquirendis, non curas tantùm. & labores impendant, ſed vitam quoq; poſtponant ipſam. Quis enim neſciat, avaritiam hominum, divitijs ſæpè litare vitâ, quanto magis nos, in coacervandis animarum lucris, decet eſſe ſollicitos, & ad quævis vitæ etiam diſcrimina reſolutos. Præſtitit hoc re ipſa magnus ille in Religione noſtra animarum Zelator, P. Ioannes Gonzalez, qui videns hominem, ſuâ notitiâ multis infectum ſceleribus, abſq; eorum ſacramentali expiatione, omnibus deſtitutum ſenſibus agonizare, obtulit inter

P. Ioannis Gonzalez, magna erga proximum Charitas.

Miſſæ

Miſſæ Sacrificium vitam propriam, pro anima moribundi. Acceptavit Divina Bonitas factam oblationem, nam peracto Sacrificio, quaſi certus acceptationis; dum morientem feſtinanter reviſit, reperit ad mentem redijſſe, & quod majus eſt, audit cum deteſtatione ſcelera confitentem, cui impertita abſolutione, dum lætus domum regreditur, ſubitò lethali morbo correptus, animam Charitate inflammatam, Deo in holocauſtum obtulit, pro converſo peccatore. Sed quid ego, unam tantùm, præclaram ejuſmodi victimam Charitatis, commemoro? cùm innumeras prope Religio noſtra, eorum recenſeat myriades, qui pro ſalute animarum, inter crudeles tormentorum cataſtas, vitam cum ſangvine profuderunt: Authorem vitæ imitati, qui poſuit animam pro amicis ſuis. Vnde quantùm mercedis, & gloriæ ſunt conſecuti, difficile eſt cogitatione attingere, nedum verbis exprimere,

Aſſequor, non ex vana (ut reor) conjectura, cur dum ſacra Beati Parentis noſtri IGNATII, lipſana, aliquot poſt mortem ejus annis, inviſerentur, apparuerunt ſpectantibus ſcintillantes in ejus pijs cineribus ſtellæ, (quæ ut ego interpretor) zeloſos Sancti Patris Filios repræſentabant, quod enim olim, Hebrææ gentis Parenti Abrahamo, Divinum enuntiavit Oraculum, dicens: *Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli:* hoc ipſum S. Patriarcham noſtrum, in promiſſis habuiſſe, vel hæc ipſa, è corpore ejus,

S. P. Ignatij Relequiæ, ſtellis illuſtres, Zeloſos ejus filios deſignant.

rē ejus, ſcintillantia lumina teſtantur abundè De his (ni me meat fallat opinio) conſtellationibus, purpurâ Babilonicâ clarus Propheta Daniel, ita vaticinabatur; *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Tales illi erant Apoſtolici Societatis noſtræ viri, quos Seraphica Virgo S. Thereſia, cæleſti circumfuſos lumine, cum multo animarum, quas lucrifecerant comitatu, ſimiles triumphantibus, cæli adita ingredi, in ſuæ mentis exceſſu, cum magna animi voluptate conſpiciebat. Oculi credo noſtri, veluti aduſta radijs ſolaribus cera, ſubitò diſſluerent, ſi vel unius zeloſiſſimi noſtri Apoſtoli Xaverij, ſaltem tenuiſſimum cæleſtis gloriæ radium, mortali conſpicerent intuitu Magna ille, uti novimus, tulit fecitq; pro ſalute proximorum: mens ſtuporeobrigeſcit, dum immenſos ejus labores, ærumnas, vigilias, inedias, cæteraſq; cogitatu horridas aſperitates, cauſa animarum exantlatas, levi etiam cogitatione attingit, ſed non ſunt condignæ paſſiones & tribulationes ad gloriam, quæ in eo eſt revelata. Plurimis quidem ille, è faucibus Erebi ereptis animabus, cælum implevit, ſed gloriæ & prodigiorum ejus fama, cæli terræq; non capitur immenſitate. Veniunt facilè in ejus mercedis conſortium, quotquot è nobis, heroica S. Apoſtoli facta æmulantur

S. Xaverius multa animarum millia cælo invexit.

Sed gratis ego, diu mentes noſtras ad ferventem

Digitized by Google

ventem animarum Zelum, talibus incitamentis allicio: cùm nos ipſa (ut jam memoravi) vocationis noſtræ obligatio, eò urgeat, ac impellat: ita ut nemo noſtrûm, poſtquam ſignis adhæſit Ignatianis, integrum ſibi eſſe, poſſit arbitrari, à cura animarum vacare. Dum enim Deus, ob eam vel maximè cauſam, nos è profana vivendi conſvetudine ſecrevit, ut Evangelium propagaremus, vitia extirparemus, pietatem promoveremus: ſeveram à nobis exigeret rationem, ſi nos, muneri noſtro deeſſe, contingeret. Ideò nos præ alijs Religioſis cætibus, ſummi in terris Chriſti Vicarij, Pſalmodiâ, cæteriſq; Ritibus Eccleſiaſticis exemerunt: ideò ex Benefactorum munificentia, annuis reditibus, ad vitæ ſuſtentationem neceſſarijs, frui permiſerunt: ut tantò commodiùs, de ſalute æterna periclitantibus proximis, ſubſidio eſſe poſſemus. Vnde ſi quis noſtrûm, plurimas miſſionum incommoditates, & pericula refugeret, ſi darè diutiùs pænitentibus aures faſtidiret, ſi carceres & xenodochia nauſearet, ad ægrotos & moribundos, promptus non accurreret, teneræ juventuti, pietatem cum literis non inſtillaret, pro ſugeſtu vitia non extirparet, virtutem non implantaret, ſi in familiari cum alijs colloquio, neſcio quibus jocis, facetijs, rumuſculis, & novitatibus, ne dicam ineptijs, & ſcurrilitatibus, aures extraneorum paſceret, de Chriſtiana verò pietate, diſſerere negligeret, aut erubeſceret, probrum iſte Religio-

Vocatio noſtra & Benefactores Zelum à nobis requirunt animarum.

nis, non

nis, non genuina propago foret, & neglẽcti mune-
ris, graves pænas daret. Oggeri nobis in zelo te-
peſcentibus illud S. Gregorij Papæ Hom: 17. in E-
vang. meritò poſſet: *Officium quidem ſacerdotal*
ſuſcipimus, ſed opus officij non implemus; qui enim
unquam per lingvam noſtram converſi? qui a
perverſo opere noſtrâ increpatione correpti? peniten-
tiam egerunt? quis luxuriam, è noſtra eruditione de-
ſeruit? quis avaritiam, quis ſuperbiam declinavit
Ad quæ, deſidiæ noſtræ objecta, ſi ne hiſcere quidem
poſſemus, gravibus profectò adjudicaremur ſuppl-
cijs. Quod ne unquam nobis eveniat, ferventior
Zeli ſtudio ſuccenſi, ſaluti animarum, Patrum ſe-
cuti veſtigia, seriò incumbamus, ut cum ijsdem
Perfectionis metam glorioſè attingamus.

ALLOCUTIO XI.

Chriſti in Cruce afflictio, Re-ligioſæ eſt Patientiæ, Idea

Viator multa pati debet.

NOn à propoſita tantùm itineris meta, ſed recto etiam iudicij tramite, multùm abe-raret viator ille, qui nihil in via moleſtiæ experi-patiq; vellet: cum ita, naturâ comparatum ſit, quodlibet iter, plurima, & ardua, ſibi annexa h-

bea

beat incommoda: ubi interdum cæli ferventioris æſtus, interdum frigidi Aquilonis aſperitas, itinerantes vexat: & quos, modo mitis, ac ſerena afflavit aura, jam imbrium, aut nivium, affligit ſæva tempeſtas, ventorumq; turbo exagitat. Si amænum per aprica, & virides campos, iter interdum contingat, mox in aſperas ſaxorum rupes, & ſcopulos deſinit: quibus veſtigia non raro lædit, & cruentat: aut hærentes cænoſæ caligini, greſſus fatigat. Quod ſi feſſus ex itinere viator, nocturnæ quietis gratiâ, ad quodpiam declinet diverſorium, nihil ibi frequenter edulij, aut potûs reperit, quo ſitim extinguere, aut famem ſedare poſſit: ita ut jejunus, & ſuper nudam humum projectus, in pervio ventis, ac ſtillicidijs hoſpitali, magis rigeſcere, quàm quieſcere cogatur. Verùm, modica hæc, & exigua ſunt, paucis memorata, itinerum incommoda: ſi ijs comparentur moleſtijs, quibus in ſpiritualis viæ progreſſu, Aſcetici viatores, ſuam patientiam continuò exercent. Quas, itineris noſtri procellas, nullibi cumulatiùs, uno ſimul intuitu, ſpectare poſſumus, quàm in Patientiſſimo Viatore Deo. Quantas qualeſve ille, omnis generis tempeſtates, quanquam toto vitæ mortalis tractu, potiſſimum tamen in Paſſionis ſuæ decurſu, ac nominatim in crudeli crucis theatro toleravit, nemo ſatis dicere, ac ne quidem cogitare ſufficit: Idq; non alio fine, niſi ut nos, ad patiendum, ſuâ animaret Patientiâ. Faciemus non

Ad ſuperandas in via ſpirituali moleſtias, Chriſti animamur Patientiâ.

Digitized by Google

dubito ejus intentioni ſatis, poſtquam Patientem in Cruce, eundem Dominum, tanquam Perfectiſſimam noſtræ Patientiæ Ideam, ſeriæ conſiderationi propoſuerimus: additis quibuſdam alijs motivis, ad tolerantiam adverſitatum accommodatis.

Magnam Patientiæ neceſſitatem, exigit à nobis Chriſti exemplum.

Habent eam, inſitam à naturâ vim, & efficaciam, plurimæ virtutum, quòd mirâ ſui ſvavitate humanos ad ſe affectus trahant, & alliciant: verùm Patientia, neceſſitate inſuper urget, ac impellit, ut Perfectionis ſtudioſæ mentes, ſibi in omnibus obſequantur: Apoſtolo 10. ad Hæbr: ita atteſtante: *Patientia vobis neceſſaria eſt.* Indicit nobis eam patiendi neceſſitatem, noſtræ ſaluti impenſa, & imitationi propoſita, Patientis Chriſti multiplex, & invicta Patientia. Si enim miles, etiam gregarius, Ducis ſui, in ardua quæq; ruentis, veſtigia premere tenetur, ut gloriâ, & ſtipendio dignus cenſeatur: quantò magis, Religioſæ militiæ Heroes, Chriſti ſigna ſecutos, Imperatoris ſui, laborum, ac ærumnarum toleratiſſimi, decet eſſe æmulatores: niſi militari gloriâ, & præmijs, velint eſſe exauctorati.

Chriſti Patientia, maximè in Cruce enituit.

Plurimis quidem, ijſq; humanâ capacitate majoribus, inſuperabilis tolerantiæ documentis, Salvatoris noſtri, tota, quàm in mortali carne, traduxit vita, fuit celebris, & illuſtris. Cæterùm in cruce, hoc eſt Regali Patientiæ throno, maximè enituit Divina ejus fortitudo, ubi omnes exſeruit, & inten-

& intendit vires, ne multiplici dolorum, ac ærumnarum ſuccumberet inſultui. Vix enim in illo atrocitatis ſolio, conſtitit Rex Patientiſſimus: illico contremuêre luxati corporis artus: impactis, manibus pedibuſq; clavis: ruptæ fibrarum venæ, & diſſoluta, cum nervis membrorum compago, non ſangvinis tantùm copiam elicuerunt, ſed ingenti etiam dolore ſenſum afflixerunt. Contrahebantur manus, digitis in pugnum coactis, palpitabat cor, doloris vehementia agitatum, tremebant omnia & obrigeſcebant, toto trium horarum, crudeli ſpatio, tot tantiſq; torturis, excruciata membra.

Chriſti in Cruce fama, multùm eſt exagitata.

Auxit dolorem, ſæva crudelitas: non ſolùm enim, cruci affixam, innocentiſſimi corporis patientiam, extremè afflixit, ſed famæ etiam, & æſtimationis integritatem, odio intoxicatis, & omni gladio, magis acutis obtrectatorum lingvis, proſcidit, & dilaceravit: dum tot ſarcaſmis, irriſionibus, & execrationibus, eidem improperavit, & inſultavit. Dei detraxit Omnipotentiæ, ſcelerum labes inuſſit innocentiæ, irriſit ſapientiam, læſit ac denigravit famam. In omnes deniq; Patientis Chriſti ſenſus deſævijt, dum oculis, ad ludibrium, capitum agitatione illuſit, aures probris, & ſcommatibus perſtrinxit, os myrrhâ, & fellis amarore afflixit, caput ſpinis, manus & pedes clavis terebravit, impacta viſceribus haſta, cor crudeliter lancinavit. Vt taceam, in ea afflictionis acerbitate, ſub tracta cæ-

Digitized by Google

leſſis conſolationis lenimenta, & ſpiritum, in amaritudine animæ derelictum, ac deſolatum. Quæ tamen pænarum acerbitates, ex ore Salvatoris, nullum querulοſius verbum, nullam indignantis, aut mærentis animi notam in vultu, extorquere valuerunt. Hæ verò, omnes dolorum, ac ærumnarum centuriatæ acies, ideo, dato velut claſſico, Dei Filium, gregatim, quanquam ubiq;, maximè tamen in cruce invaſerunt, & exercuerunt: ut in hoc dolorum theatro exhibitam Chriſti Domini Patientiam, nos, qui Religioſam Crucem ſumus amplexi, magno animo æmulari velimus.

Religionis noſtra inſtitutũ requirit homines mundo crucifixos, ut Chriſti è Cruce pendentis imitentur patientiam.

Et hoc credo, intendit Socitaetis noſtræ Inſtitutum, quod unicè deſiderat, ac requirit, homines mundo crucifixos: hoc eſt, ſi uſquam alias, maximè in cruce, dolorum ac ærumnarum Patientiſſimo Redemptori, in omnium adverſitatum, heroica tolerantia, perſimiles. Quod, hac nobis perſvadeamus ſimilitudine. Si lignum rude, & nulla ex parte dedolatum, non ad fabuloſi cujuſpiam Mercurij ſimulacrum, ſed ad effigiem pendentis è ligno Dei hominis, efformandam, ab artifice manu aſſumptum, ſenſûs aliquid, & animi haberet: multa illud, à varij generis ferramentis, inflicta ſibi vulnera, ac puncturas ſentire, patiq; deberet. Sæpius procul dubio, informis ille truncus, ſcindi ſe, dedolari, pungi, ac proforari perſentiſceret. Quis numerare ſufficit? quot ille tunſiones, ictus, ac

punctu-

punćturas toleraret, donec humano conformis cor-
pori, membrorum compago, ex ſua indigeſta ru-
ditate prodiret. Dum enim formantur oculi, at-
tolluntur ſupercilia, efferuntur genæ, dividuntur
labia, excavantur aures, pećtuntur comæ, tornan-
tur manus, excavantur oſſa, ducuntur nervi: mil-
le punćturis opus eſt, miſerum torqueri lignum,
Iam ſi difformibus invicem membris, male fabrica-
tum opus, in conſpećtum prodeat? O quot homi-
num criſes, & cenſuras patitur! mutis [illegible]:
Ecquod illud monſtrum, non Dei hom[illegible]
eſt? quàm torvus ad horrorem vultus, [illegible]
li, diducta nimis labia, gracile col[illegible]
longæ, non proportionati corpori [illegible] for-
me lignum, ſi ſenſus adeſſet multa [illegible]ati deberet,
ad repræſentandam, pendentis è ligno Salvatoris
ſpeciem, aſſumptum!

Hinc inferamus, quantò magis, nobis adver-
ſa tolerare incumbit: donec, ex voto Apoſtoli,
Chriſtus, & hic crucifixus, formetur in nobis. Præ-
ſertim quòd in hac Religioſa, quam ſumus amplexi
cruce, plurima, noſtræ, in Crucifixo Salvatore
Ideæ, non abſimilia occurrunt adverſa, æquo ani-
mo toleranda. Non memoro varios, ex facta, natu-
ræ, perpetua violentia, & ſuſceptis laboribus, con-
traćtos non raró morborum dolores. Præterea ma-
gis nauſeæ, quam refećtioni, viles, & inconditos e-
duliorum cibos, & potus, cæteraq; ejuſdem generis
incom-

Multa in Religione occurrunt patienter toleranda.

Digitized by Google

incommoda. Graviùs plerumq; illa afficiunt, quæ animum, non corpus affligunt: quales ſunt aculeatæ, & mordaces aliorum lingvæ, quæ obtrectationum & convitiorum probris, nimiùm delicati ſenſûs famam, & æſtimationem proſcindunt, ac dilacerant. Huc accedunt falſæ delationes, & odio inſtigante accuſationes, quæ conſcias innocentiæ mentes, nimiâ afflictione exulcerant. pungunt non minus graviter, frequentes animorum averſiones & odioſæ perſecutiones. Iam ſi quiſpiam, (quod non rarò evenit) ſentiat ſe deprimi, ſui dotes ingenij deſpici, ad viliora munia, & functiones abjici, ſua optimè facta, cenſurari, talenta depretiari, doctrina & virtute inferioribus poſtponi: graves omnino, afflictas taliter animas, mæroris acerbitates, opus eſt experiri. Quòd ſi adhuc amaras ejuſmodi tribulationes, nulla Deus conſolationis dulcedine condiat, immo omnem devotionis guſtum adimat, & in amaritudine animæ, hominem deſolatum relinquat: jam deeſt verbis copia, qua ſufficienter exprimi poſſit, quantam doloris acerbitatem, ſentiant, & experiantur, in eum modum afflictæ mentes Religioſæ. Quas afflictionum gravitates, non alio fine, Divina permittit Providentia, niſi quòd in ſtatu Religioſo, velit habere homines mundo crucifixos: hoc eſt: Cruci affixi Salvatoris in tolerandis patienter afflictionibus, perfectos æmulatores. Ideo enim Chriſtus, teſte Apoſtolo Petro:

Etiamſi nullum conſolationis adſit lenimentũ, noſtra tamen non debet deficere Patientia.

tro: *Cum malediceretur, non maledicebat, cum pa-
teretur, non comminabatur, tradebat autem judi-
canti ſe injuſtè.* 1. Petri 2. ut ex hoc Apoſtoli te-
ſtimonio pateat, pendentem de ligno Chriſtum,
licet acerrimis premeretur doloribus, & innume-
ris afficeretur opprobrijs, ad nullas tamen querelas
os aperuiſſe, nullo, ſe nimiùm gravari, ſigno oſten-
diſſe, ſed obfirmatâ in Patientiam conſtantiâ, omnes
illas, corporis & animi torturas, mente pacatiſſi-
mâ tuliſſe: eoq; ipſo, homines cruci potiſſimùm
Religioſæ affixos, in omni afflictionum preſſura ſui
imitatores habere voluiſſe.

Mira aliquorum Eremitarum Patientia

Prout eum imitatus eſt, ille inter veteres A-
ſcetas, ſingulari Patientiâ celebris Abbas David,
de quo refert Theodoretus, Relig. Hiſt. cap. 4. e-
um per 40. annos, quibus quinquaginta & centum
Monachis convixit, inter varias, eaſq; innumeras,
quæ ſtomachum movere poterant occaſiones, nul-
lum unquam acerbiùs verbum protuliſſe, nullâ le-
viſſimâ etiam animi perturbatione commotum fu-
iſſe. Tales erant duo illi, ſingularis Patientiæ Ere-
mitæ: qui, ut de ijs ſcribitur, in vitis Patrum,
etiam de induſtria, ad explorandam Patientiam, va-
rijs laceſſiti injurijs, nunquam tamen eo adduci po-
terant, ut vel minimum, indignantis animi prode-
rent indicium. Quod illi, conſtantis tolerantiæ,
præclarum ſpecimen, certè non de alio ſumpſerunt
prototypo, niſi ex Patientiſſimo in Cruce Salvatore
ſuo.

Sed

Digitized by Google

S. P. Ignatii, magna Patientiæ documenta.

Sed fruſtra ego per Eremos, & Aſceſes, in-
ter veterum Anachoretarum ſpecus, & cavernas,
Chriſto Crucifixo, ſimilem Patientiam quæro: cum
eam, in Duce noſtro IGNATIO, præ oculis habeam.
Poſtquam enim ille, relictis profanæ militiæ ſigni
ad vexillum Crucis acceſſit: ita ſe clypeo Patien-
tiæ protexit, ut nulli variantis fortunæ inſultus,
nullæ adverſitatum procellæ, eum de mentis tran-
quillitate poſſent unquam deijcere. Ita ille Patien-
tiæ effigiem, quàm in Crucifixo contemplabatur
Salvatore, altæ menti ſuæ impreſſerat, ut eam, ge-
nuinè in ſe expreſſam circumferret. Vnde cum Ie-
roſolymis, Patientis Chriſti veſtigia relegentem
barbarus quidam Armenus, truci primum vultu
ac fuſte terrere, deinde verbis admodum aſperis an-
guere, immiſſa ad extremùm manu, apprehenſum
minimè renitentem, trahere, ac pugnis protruder
cæpiſſet: ille Chriſtum contemplatus præſentem
omnes illas contumeliarum injurias, pacatiſſim
ſuſtinuit Patientiâ. Peregrinabatur altero tem-
poris intervallo, cum Laynio, B. Pater, cum accu
rens, à vicino grege, agreſtis quidam bubulcus
qui primò, novorum hoſpitum admiratus habitū
deinde, in cachinnos & ſcommata effuſus, petu
lanter irridebat peregrinos. Subſtitit loco, diu im
motus IGNATIVS, ſeq; procaci mancipio, ad ſa
tietatem uſq; conceſſit irridendum: monenti vero
Laynio, ut gradum faceret, & ſe petulanti ſubdu-

ceret

ceret ruſticitati: Reſpondit: non eſſe ſubtrahendam eam puero voluptatem. Habitabat deinde Romæ, idem B. Pater jam Generalis, in cubiculo perquam modico, ex quo in vicini aream, erat proſpectus: id non ferens homo inurbanus, ut IGNATIO ægrè faceret, gallinas & anſeres, in unam conjectas caveam, ibidem collocavit, quorum irrequieto cantu, & clangore, commentanti, atq; meditanti continuè obſtreperetur. Hanc ille moleſtiam, non querimoniâ, aut quapiam admiratione, ſed conſtanti ſilentio ſuperavit.

Non degener, à B. *Patris* Patientia, immo & Chriſti tolerantiæ ex aſſe hæres, P. Claudius Aquaviva, glorioſum & ipſe, noſtræ Societatis Caput, inter alia, admirandum edidit Patientiæ ſpecimen. Iuraverat homo quiſpiam furibundus, in quem primum incidiſſet Ieſuitam, eum ſe fuſte bene caſtigaturum: caſus tulit, ut ipſe Generalis Claudius iret, ſub meridiem, cum ſocio, oculis humi dejectis, totoq; corporis habitu, ad modeſtiam compoſitus: hunc conſpicatus, vir ille, iræ impotens, ac furibundus, Patrem fuſtiario, crudeliter cedere aggreditur: ortus à prætereuntibus clamor, domeſticos Cardinalis Aquaviva, è vicinio excitavit; qui propè accurrentes, ut quod ageretur viderent, ſtrictis illico gladijs, in ſceleratum invaſorem irruebant, de illata Cardinalis Patrui, tam luculenta injuria, vindictam, dignam auſu, facturi. Verùm

P. Claudij Aquaviva, admirandum Patientia ſpecimen.

Pp Clau-

Claudius eos quieſcere, & hominem illæſum dimitti iuſſit: ipſe verò contumeliam, quaſi ſpectaret ad alium, urbe ad ſtuporem attonitâ, diſſimulatione texit.

Unius è Societate grauis calumnia amore Chriſti Crucifixi, patienter tolerata.

Ex infinitis propè alijs, ſimilibus Patientiæ noſtrorum documentis, unum adhuc profero, magnæ quidem afflictionis, ſed non minoris tolerantiæ, ſpecimen memorabile: cujus meminit Nicius Erithræus. Quidam è noſtris Sacerdos (doleo nomen immortali memoriâ dignum reticeri) erat à confeſſionibus, cuidam matronæ, non minùs generis claritudine, & formæ elegantiâ, quàm virtute præſtanti. Hanc juvenis quidam, clarus & ille ſanguine, ſed impuritate obſcænus, uſq; ad inſaniam deperibat: ſed cum omnes aditus, intercludi ſibi ad eam videret: exiſtimavit, id confeſſarij conſilijs, & monitionibus fieri: unde credidit, illud munitum pudicitiæ præſidium, ſe facilè expugnaturum, ſi daret operam, ut Patris auxilio nudaretur. Itaq; Sacerdotem illum, apud ſuum Superiorem, fœdi criminis inſimulat, fictos teſtes adducit, qui pro teſtimonio aſſerunt, ſe eum, in ſtupri flagitio deprehenſum vidiſſe. quod cum ita, ab hominibus fide, ut apparebat dignis conſtanter affirmaretur: omnis miſero Patri, vindicandæ à calumnia innocentiæ, ratio præcidebatur. Quamobrem Superior, de conſilij ſententiâ, graviter in eum animadvertendum ſtatuit: ac primo ſacris eum interdi-

terdi-

terdicit, tum abjectis officijs præficit,& publico abſtinere jubet: quam ille injuriam, Chriſti Domini Crucifixi cauſâ, tacitè ferendam arbitratus, calicem illum, omni felle acerbiorem, generoſè exorſorbebat: hanc duriſſimis etiam tormentis, graviorem famæ torturam, cum diu patienter toleraſſet, ſenſit Divini juvamen ſubſidij: nam impudens calumniator ille, morbo lethali percuſſus, dum ſuâ, confeſſione expiat peccata, etiam illud crimen aperuit, quo innocentem infamavit. At prudens Confeſſarius, non poſſe eum peccatorum conſequi veniam aſſeruit, niſi famam, quam iniquè ſubtraxerat, reſtitueret: qui facti pænitens, rem totam ſacerdoti permiſit: tendit ille rectà ad Collegium, rem Superiori aperit, innocentem falſo crimine infamatum liberat: effert laudibus inſignem, innocentis rei patientiam Superior, & ſuam apud eum deprecatur credelitatem: inſtituitur ab amicis feſtiva gratulatio. At longè ampliori mercedis præmio, coronata eſt à Chriſto, ad ſui imitationem Patris patientia, ob ignominioſam crucem, adeo conſtanter & patientur toleratam.

Magna Patientiæ neceſſitas eſt, quòd afflictiones evitari neque, aut.

Verùm, non ſolùm Chriſti patientis exemplo, ad omnes afflictionum ærumnas æquo animo ferendas allicimur: ſed ipſâ etiam patiendi neceſſitate impellimur Si enim, mundanæ vanitatis fidi ſectatores, quamvis ſolis, ſemper & ubiq; velint frui delicijs: ſæpius tamen adverſitatum moleſtijs affliguntur,

Digitized by Google

guntur, quàm ſuavitate voluptatis delectantur quantò magis, ad exercendam Patientiam, ex profeſſo initiati homines Religioſi, plures, & frequentiores habent patiendi neceſſitates, & inevitabile occaſiones. De quo, magnum ſpiritûs noſtri Magiſtrum Thomam à Kempis, audiamus, lib: 2 cap 12. ita differentem: *Diſpone & ordina omnia, juxta tuum velle, & videre, & non invenies, niſi ſemper aliquid pati debere, aut ſponte, aut invite; & ita Crucem ſemper invenies, aut enim in corpore dolorem ſenties, aut in anima ſpiritûs tribulationem ſuſtinebis. Interdum à Deo relinquèris, interdum a proximo exercitaberis, & quod ampliùs eſt, ſæpe tibimet ipſi gravis eris.* Proinde tantis undíq; adverſitatum circumventi agminibus, quæ, fugâ evitare non poſſumus; patienter tolerando ſuperemus Gravis enim impatientis, in adverſis animi, dementia eſt, dum & ingruentem invitus patitur afflictionem, & graviores adhuc, debitas ſuæ impatientiæ pænas meretur: ita, ut miſer, bis in id ipſum puniatur. Iam verò, ſi quiſpiam, illas ipſas, quas ſubterfugere nequit, tolerat patienter ærumnas, brevem cum ſua afflictione certamen, æternæ mercedis præmio, habebit compenſatum: Præclaro Patientiæ Athletâ Paulo Apoſtolo ita atteſtante: *Momentaneum & leve, tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum pondus gloriæ opertaur in nobis* 2. Cor: 4.

Verita-

Digitized by Google

Veritatis, quam aſſerit Apoſtolus, teſtis & documentum eſt, plenus ille ulcerum, & calamitatum Lazarus, quem poſt impoſitum vitæ mortalis finem, delatum ab Angelis, in ſinum Abrahæ, Evangelica refert narratio. Grande, & heroicum, actionis meritiq; genus, neceſſe eſt, hominem iſtum exhibuiſſe in vita, propter quod, poſt mortem, famulante ſibi Angelorum obſequio, meruit in gremium S. Patriarchæ deferri. At enim ſcimus, nullas ejus in Evangelico codice, virtutes enumerari. Nulla ille in ſeipſum, rigidâ flagrorum aut ciliciorum animadvertebat ſeveritate. Non legimus eum ferventes produxiſſe orationes, aut altis immoratum fuiſſe contemplationibus. Nullum in convertendis ad Deum peccatoribus exercuit zelum, nullos cauſâ animarum ſubijt labores, multò magis, nullas in egenos, & pauperes largiebatur opes, cui propria egeſtas, omnem ad id eripuerat poteſtatem. Quod ipſum miratur, & exaggerat D. Chryſoſto: dum ita Hom: 1 loquitur: *Pauperis illius, nullum præclarum facinus invenicmus, non quòd pauperibus ſit miſertus, non quòd oppreſſis aſſuerit, non quòd aliquid aliud boni effecerit*. Vnde tamen illum Angeli, tanto dignantur honore, ut ad hominem omnium viliſſimum, ſe demittant, in exoptatam requiei ſedem deferendum. Certè, non aliud, ad exhibendum pauperi ejuſmodi honorem, & obſequium, cæleſtes excitavit Spiritus, niſi invi-

Lazarus in ſinum Abrahæ ab Angelis deportatus in præmium patientiæ.

cta ejuſ-

cti ejuſdem Lazari tolerantia, quâ ille tot calan
tatum, & ærumnarum procellas, animo ſuſtint
æquiſſimo: ut idem ſentit Doctor memoratu
Patientia cælum debetur. Quod ſi ſola, quæ de ſpinis, colligit Patientia roſa
felicitatis coronam huic hominum miſerrimo co
cinnavit,& Angelos in ejus obſequium deduxit?
andem nobis, tam Beatarum Mentium dignation
quàm æternæ Beatitudinis poſſeſſionem,obfirmat
in Patientiam animus conciliabit: Æterna Verit
te ſic affirmante: *In Patientiâ veſtrâ, poſſidebit
animas veſtras.* Luc: 21 Vt enim poliuntur & lu
cent, attritu valido corpora, quæ ſolido conſtant
& ſplendeſcunt deraſa marmora? ita afflictione
patienti animo toleratæ, omnium, quas ſperamus
ſunt cauſa felicitatum. Nec enim tantùm, inject
vivis carbonibus, rudis ſuffimenti maſſa, gratur
ſubitò ſpirat odorem: ſed dedita etiam ſanctitat
anima, igne tribulationis undiq; aduſta, *aſcendi
ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, ex thu
ris.* Atq; ita ſuarum, cæli Incolas, mirâ recrea
virtutum ſvavitate. Proinde, ſi non tantùm
Chriſti Patientis exemplo perſvaſi, ſed patiendi eti
am neceſſitate impulſi, & cæleſtis præmij deſiderio
accenſi, omnem ad patiendum occaſionem, libente
arripuerimus, brevi ad Religioſæ Perfectionis, &
Æternæ ſalutis metam conſiſtemus.

ALLO-

Digitized by Google

Chriſti Patientis Imitatio, & Religioſa Perfectio, continua fficitur, ac conſervatur mortificatione.

Spontaneæ mortificationes, ad Chriſti imitationem ſunt aſſumendæ.

PAtiantur ſanè, quas declinare nequeunt, ſubterfugiant verò, quas avertere poſſunt, viæ oleſtias, cæteri viatores. Religioſæ Perfectionis er ingreſſos, non tantùm ingruentium adverſitaim procellas, libenter tolerare, ſed ſpontaneas eam afflictiones accerſere, par eſt. Cum enim, ut ait Apoſtolus) *Per multas tribulationes, oportet nos intrare in Regnum Dei.* Act: 14, patet maifeſtè, illos ampliori in termino, potituros præio, qui plures afflictiones toleraverint in via: prot ſuperior innuebat in decurſu Allocutio. Sed ne ercenario animati ſpiritu, iter hoc multis obſitum ſl ctionibus, ſpe cujuſcunq; præmij, aggredi ac ecurrere videamur Salvatorem in primis noſtrum, ſuæ mortalitatis agone, plurimas, immo omnes fflictionum ærumnas, ultrò arripientem intueamur. eq; enim ille, ullâ unquam neceſſitate, ad patiidum adigebatur, ſed omnia, toto mortalis vitæ,

ac Paſſi-

ac Paſſionis ſuæ tractu, aſſlictionum genera, liber voluntate acceptabat: ut nos quoq;, qui eum ſequ in omnibus tenemur, non tantùm inflictas telo ne ſitatis moleſtias, libenter patiamur: ſed in ſponta neas etiam aſſlictiones, omni ſtudio, ac conatu in cumbamus. Quod non ſola, debita Salvatoris im tatio, ſed Religioſæ etiam Perfectionis integra c ſervatio, à nobis poſtulat & requirit. Vtrumq; iſtu voluntariæ mortificationis motivum, pauld diliger tiùs perpendamus.

Chriſti Paſſio continuam à nobis requirit mortificationem.

Ex duplici credo ratione, voluntariæ aſſlictio ni aſſiciebatur Regali in purpura Vates, dum Pſal 43. diceret: *Propter te, mortificamur totá die.* Co ijciebat ille, inprimis, prophetico obtutu, futura longè luſtrantem mentis ſuæ oculum, in omnes i las aſſlictionum ſpecies, quas Dei Filius, corpu humanum indutus, erat paſſurus: unde imitatio nis ejus impulſus affectu, dicebat: *Propter te, mor tificamur totá die:* quaſi diceret: Tua id, à nobi Deus, exigit dignatio, ut te, tam dira, & acerba noſtræ ſalutis cauſâ, ſpontaneè toleraturum, cor poris ſenſuum, & animæ potentiarum, voluntari aſſlictione, toto vitæ noſtræ decurſu, imitemur Et verò, quiſquis ad ſeriam mentis trutinam revo cabit, & devotè contemplabitur: Quid erat ne ceſſe Dei Filium, hominem factum, tam multa, & acerba, noſtri cauſâ pati? Cum, unico (ut Theo logi docent) interni actûs ſui merito, non ſufficien

ter tan-

Digitized by Google

er tantùm, ſed abundanter etiam, poterat com-
enſaſſe omnes offenſas, ac injurias, Deo à nobis
llatas. Siquidem (ut eorundem eſt conſenſus The-
ologorum) quælibet Theandrica Chriſti actio, va-
oris erat infiniti. Vnde ſequitur: Salvatoris no-
ſtri unam piæ mentis elevationem, aut lacrymantis
oculi ſtillam, fuiſſe ſufficientem, ad delenda omnia
criminum noſtrorum delicta. Eccur tamen ille,
non ſolùm voluntariæ egeſtatis, inediæ, æſtûs, ac
frigoris, diuturnâ tolerantiâ, ad expianda homi-
num ſcelera, corpus ſuum afflixit, ſed exquiſita eti-
am tormentorum crudelitate, excruciari illud per-
miſit? opprobria, & calumnias libentiſſimè ſuſti-
nuit? En genuinam facti hujus rationem, ſugge-
rit Primas Apoſtolorum, dum ait: *Chriſtus paſſus
eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequa-
mini veſtigia ejus.* 1 Pet: 2.

Chriſtus maximè à Religioſis exigit ſtudium mortificationis.

Et quanquam omnibus, qui Chriſtiano no-
mine cenſentur, unicè incumbit, ut in ſpontaneis,
corporis, & animi afflictationibus, Redemptorem
ſuum imitari ſtudeant: noſtræ tamen vocationis ra
tio, potiori jure id à nobis exigit: ut mortificatio-
nem IESV, in corpore noſtro circumferamus, cujus
nomine ſumus inſigniti. Ex quo enim, ad inſtar
Apoſtoli, ſummâ Dei dignatione, facti ſumus va-
ſa Electionis, ad portandum Nomen IESV coram
gentibus, gravem voluntariæ mortificationis, ſu-
ſcepimus obligationem. Siquidem, *ſub ſpinoſo ca-*

 pite

Digitized by Google

pite (ut Bernardus ſentit) *non decet membra eſſe delicata.* Eo fine, & animo, ſub ſigna Sanctiſſimo Nomini IESV conſecrata convolavimus· ut Imperatorem noſtrum IESVM, voluntariâ, mentis, & corporis afflictione, imitari velimus. Prout B. Pater IGNATIVS, de Regno Dei, & duobus Vexillis, in ſuis contemplatur meditationibus. Quòd ut efficaciùs exequamur, continuam in rebus omnibus, vult nos quærere mortificationem. Veluti enim Rex noſter Chriſtus, toto vitæ mortalis tractu, nullam ſibi mortificationis occaſionem elabi patiebatur: ſed omnes, animo, & affectu arripiebat avidiſſimo, adeo, ut veluti celebris olim, artis pictoriæ peritus Apelles, nullam diem ſine lineâ, ita ille, ſine afflictionis voluntariæ puncturis, nullum omnino tempus, tranſire ſinebat. *Immo*, ut teſtatur Apoſtolus, ad Hebr: 21. *Propoſito ſibi gaudio, crucem ſuſtinuit, confuſione contemptâ*, Hoc eſt: quamvis in libero, voluntatis ſuæ arbitrio poſitum haberet, ſeu glorioſam, & delicijs affluentem, ſeu auſteritate rigidam, & contemptibilem ſuæ mortalitatis vitam agere: poſtpoſitis tamen opum, ac commoditatum illecebris, auſterioris vitæ horrorem, non extimuit, ſed contemptui habuit.

Tota Chriſti in terris vita, continua fuit mortificatio, propter noſtrã imitationem.

Poterat ſanè Redemptor noſter, inter auguſta Regum Palatia, in lucis uſuram prodire, & omnimodâ in cunis deliciarum copiâ affluere. In ſua manu poſitas habebat, omnium divitiarum ga-

zas.

Digitized by Google

tas. Erat illi integrum, Mydam aut Cræſum quempiam opibus, Salomonem delicijs, Cæſarem Auguſtum, Regnorum amplitudine, & imperio ſuperare. Ille tamen vile & pervium ventis ſtabulum, ſuæ Nativitati deſtinavit. *In* ſummâ rerum egeſtate, à prima infantia vitam exorſus, toto, trium ſupra triginta annorum ſpatio, continuavit. Ætate maturior, corpus inediâ, & labore feſſum, ſupra nudam proijciebat humum. Animam, perpetuâ intellectûs, ac voluntatis abnegatione, ubiq; affligebat. *In* atrociſſimam ſui necem, conſpirantem hoſtium crudelitatem, non fulminum tantùm ictibus, aut armatis, pluſquam duodecim Angelorum legionibus, ſed unico etiam, oris Divini verbo proſternere, ac proterere in promptu habebat. Erat ei facilè, obſtruere os loquentium iniqua, & muta facere labia doloſa: ne acribus verborum aculeis, graviter perſtringeretur, & opprobrijs ſatiaretur. Ille tamen, & impias hoſtium manus, in ſui corporis innocentiam, crudeliter ſævire permiſit, & impudenti lingvarum procacitati, ſe in famâ denigrari conceſſit. Parum erat mortificationis avidiſſimo Dei Filio, voluntatem ſuam, Patri Æterno reſignaſſe, & Matris, ac Tutoris, pio quidem, humano tamen imperio, ſubditam feciſſe, niſi eam, in crudelibus etiam, hoſtium, ac carnificum manibus poſitam, & ex toto abnegatam, reliquiſſet: nullum corporis ſenſum, nullam animæ potentiam, à gravi af-

Digitized by Google

flictione immunem habuit. Quod non alio fine, um feciſſe exiſtimemus, niſi ut nos quoq;, ſuæ mortificationis, ſerios haberet imitatores. Vti enim ſ Nominis nos fecit participes: ita & voluntariæ afflictionis vult eſſe conſortes. Et hoc ipſum B. Parens noſter, Regul: Sum: 11 ſtudioſè commendat *Vt contumelias, falſa teſtimonia, & injurias pat ac ſtulti haberi, & exiſtimari optemus, ut imitar aliquomodo Creatorem, ac Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, ejuſq; veſtibus, ac inſignibus indu poſſimus, quandoquidem illa, ipſe propter majorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobiſq; exemplum dedit, ut in omnibus quoad fieri poterit, Divinâ Gratiâ aſpirante, eum imitari, ac ſequi velimus* Quod obligationis noſtræ debitum, ſi ſeriò perpenderimus, rurſus cum Regio Vate, ardent voluntariæ mortificationis deſiderio accenſi, exclamabimus: *Propter te, mortificamur totâ die.* Quaſi dicamus: rapit corda, & affectus noſtros, tuum exemplum ſupra modum mortificate Deus: ut omnes corporis ſenſus, & animæ potentias, voluntariâ afflictione perpetuò exerceamus.

Ad Religioſæ Perfectionis conſervationem, continua opus eſt mortificatione.

Verùm, non ſola Chriſtum Dominum imitandi obligatio, ſed integra etiam Religioſæ Perfectionis conſervatio, continuum voluntariæ mortificationis ſtudium, à nobis ſeriò requirit. Magna nobis, (ut ſcimus optimè) acquirendæ, ſed non minor conſervandæ Perfectionis, incumbit neceſſitas.

Siqui-

Digitized by Google

Siquidem non minùs eſt quærere, quam parta tueri, ..is, gratis in acquirenda ſanctitate, noſtræ deſudaret induſtria, ſi quod arduo labore acquirimus, facilè dilabi permittamus: hoc enim, eſſet divitias in ſaccum pertuſum mittere, aut aquam dolio infundere perforato, prorſus inſanæ mentis labor. Si pretioſis mercibus onerata navis, grave & dolendum ſubit naufragium: longè acerbior eſt, comparatæ virtutis jactura. Porro ad conſervandam Perfectionis integritatem, optimum medium mortificatio eſt: ut integris librorum voluminibus docent, & evincunt, vitæ ſpiritualis Magiſtri. Quod conſiderantibus, iterum cum Pſalte exclamandum eſt: *Propter te, mortificamur totâ die.* Res enim ipſa exigit, ut in virtutem, Perfectionis noſtræ conſervativam, omni ope, à ſtudio incumbamus.

S. Franciſcus Borgias Religionem vineæ comparavit, quod in ea continuus mortificationis uſus vigere debeat.

Hoc credo, inſigne Societatis noſtræ decus, mortificationi apprime & ipſe addictus S. Franciſcus Borgia ſignificavit: quando Religionem noſtram, vineæ Evangelicæ perſimilem eſſe voluit. Cujus comparationis plures mihi occurrunt rationes. Strenuos in primis, & labori ſeriò addictos, vult nos eſſe operarios S. Generalis: ut in Religioſa vinea, glorantes, dicere poſſimus: Portavimus pondus diei, & æſtûs, uſq; ad virium defatigationem. Scimus vineas ſepimentorum munimentis, ac maceriis, ſuos conſervare fructus, quibus collapſis, noxia hominum, beſtiarumq; turba, illico in vineam irrum-

irrumpere, & vites devaſtare conſvevit. Vti con
git vineæ illi, cujus poſſeſſor Pſal: 79. ita arguit
Vt quid deſtruxiſti maceriem ejus, vindemiavert
eam omnes, qui prætergrediuntur viam : exter
navit eam aper de ſilva, & ſingularis ferus de p
ſtus eſt eam. Quod in vineis contingit, hoc &
Religionibus uſu venit: in quibus, ſi Legum ac R
gularum ſepes corruant, ac nominatim, Religio
Paupertatis murus collabatur, protinus illuc, n
centiora brutis irrumpunt vitia, & cupiditates: q
Perfectionis devaſtant vindemiam. Et congru
quidem iſtæ, quas breviter innui, inter vineam
Religionem noſtram, poſſunt eſſe analogiæ Cæt
rùm, aliam comparationis iſtius, magis conveni e
tem rationem, adfert memoratus S. Generalis n
ſter: dum ita Epiſt. de medijs conſervandi ſpirit
ſcribit: *Verendum eſt, ne Societati idem conti*
gat, quod vineæ: quæ ſuis temporibus non putatu
quam ſilveſcere, & interire, paucis annis videm
neq; uvas ferre, ſed in palmites & ſarmenta ſil
ſcere: Ita planè nos, ſi qui animum, ad comm
ſua induxerint, periculum eſt, ne mortificationis
bliti, pro racemis, ſarmenta proferant, quæ ad ni
lum valeant, niſi ut in ignem mittantur. Ex qu
gravi verborum ſenſu, facilè intelligimus, conti
um voluntariæ mortificationis uſum, ex ea in pr
mis ratione, eſſe omnino noſtræ Perfectioni nec
ſarium, quòd eam, ne pullulantibus vitiorum ſp

nis, ac

Digitized by Google

ac urticis ſuffocetur, omni ope tuetur, dum ejuſ-
di noxia, paſſionum ac cupiditatum germina
et, & præſcindit. Aliàs, omnes virtutum ſatus,
us foret interire, niſi ſeriâ mortificationis operâ,
mnia Perfectionis impedimenta præciderentur.
nno prout gnavus vineæ operarius, non ſentes
t.m, & lolia, ferro armatâ manu ſuccidit, &
bmovet à vitibus: ſed in ipſas etiam ſævit vites,
præſecat palmites, ne racemis ad maturitatem,
ceſſarium ſubtrahant humorem Haud ſecus, ad
ciden dos paſſionum noſtrarum inordinatos affe
, mortificatione opus eſt, ne Perfectioni ſuum
imant vigorem.

Sed parum eſt, mortificationis uſu, ea quæ
r Perfectioni contraria, ſubmoviſſe, niſi etiam,
ntegram ſanctitatis conſervationem, ſeria con-
ratur opera: Quod quàm efficaciter præſtet, mor-
icatio, ex genuina rei hujus, in veteri lege figura,
cilè intelligemus. Celebre illud, ad amuſſim Di-
næ Voluntatis, fabricatum à Moyſe Dei Taberna-
lum, inter alia pretioſa operimenta, ſagis etiam
licinis obtegi jubebatur, de quo Exod. 26. tale
eus ſtatuit mandatum: *Facies ſaga cilicina, ad
eriendum tectum Tabernaculi.* Teneor non me-
ocri, præcepti hujus admiratione Si enim Davi-
s, aut Salomonis Palatia, vel quæpiam aliæ pro-
næ ædes, acri cilicio operiri Divinum mandaret
perium, nemo id juſtè mirari poſſet. Siquidem

Deus ſanctuarium ſuũ ſagis cilicinis obtegi voluit, quia omnis ſanctitas ad ſui conſervationem continuâ indiget mortificatione.

in il-

in illis Regum penetralibus, & profanis domib[…] plurima intemperantiæ, luxûs, ac injuriarum la[…] bant crimina, quæ pænali cilicio, meritò obteg[…] rentur. Sed ſoli Divino cultui, ac venerationi, co[…] ſecratis Tabernaculi Ædibus, quid cum rigidis p[…] nitentiæ ſetis? niſi fortè, ille etiam dicatus Deo, […] pietati locus, id exigeret, ſi aliquibus delictorum inquinabatur culpis. Nolo quidem ego, ut à m[…] Dei Sacrarium, judicio vapulet temerario: cæterùm multa tamen ejus delicta, menti etiam renitent[…] per vim occurrunt. Si enim Tabernaculum De[…] non à vulgari tantùm plebe, & politioribus mund[…] næ vanitatis ſectatoribus, profanabatur? Sed eti[…] am Divino cultui, dicata Levitarum, ac Sacerdo[…] tum ſanctitas, in eodem, non rarò delinquebat Sa[…] crario? Si ſacer ille locus, carebat cultorum Dei debitâ reverentiâ, & devotione. Si in æde ſumm[…] Numini dicatâ, colloquia & ſermocinationes, di[…] & ſæpe miſcebantur? Si huc & illuc, minùs vere[…] cundo aſpectu, in Sacrario volitabant oculi? Si ſub[…] terfugiebatur, in expiando populo, debitus ſacerdo[…] tibus labor? meritò tot nævis infectum, aſperita[…] te cilicij operiebatur Dei Tabernaculum: ut eo pæ[…] nitentiæ cultu, ſua expiaret delicta. Cæterùm, ſa[…] cræ Paginæ Interpretes, aliam: rigidioris iſtius o[…] perimenti, rationem adferunt, dum ajunt: Deum hoc facto, nos docere voluiſſe: nullam ſanctitatem abſq; mortificationis adjumento, ſubſiſtere, ac con[…]

ſervari

Digitized by Google

rvari poſſe. Perhibet aſſertæ veritati teſtimoni- celebris Aſcetarum Magiſter S. Dorotheus Tō: Bibliothecæ Patrum: *Ille, (inquit) veram ſancti-tem aſſequitur, & conſervat: qui adverſus con-piſcentias, & propriam voluntatem, ſtrenuè cer -, ſubigit innatas paſſiones, & vitia*, Vnuſquisq; ſtrûm Dei Tabernaculum eſt: ut aſſerit Apoſto-: *Templum Dei vos eſtis.* Vnde quemadmodum, etus illud Dei Sacrarium, ſagis operiebatur cilici-s, ita Religioſa ſanctitas, continuâ mortificatio-e, ad ſui conſervationem involvi debet.

Minus fortè, Apoſtolum Petrum, aut Magda-lenam, plenam auſteritatis duxiſſe vitam, quiſpi-m mirabitur: ſi mentem, ad contractas ab eis cul-pas converterit: Angelum in carne humanâ, Inno-centiſſimum Ioannem Præcurſorem Domini, à pri-mis infantiæ incunabulis, rigidam in eremo au-ſteritatem arripere, quid neceſſe erat? Non pote-rat (ut ego conijcio) iſtud quoq; ſanctiſſimum Dei habitaculum, abſq; cilicio, ex pilis camelorum con-texto, ſuam conſervaſſe innocentiam. Vt inde Re-ligioſa diſcat ſanctitas: abſq; continuo mortifica-tionis uſu, ſe ſubſiſtere, & in ſua conſervari integri-tate, minimè poſſe. Percurramus aliquas (dum non vacat omnes) Perfectionis noſtræ conſtituti-vas virtutes. Ordior ab ijs, quæ noſtram animant Religioſitatem. Nemo in primis, addictus ex animo erit Paupertati, qui innatam plura habendi, non

S. Ioannes plenam auſteritatis vitam, à pueritia duxit in Eremo, ut doceret virtutes abſq; mortificatione conſervari.

Digitized by Google

eradicavit cupiditatem: nullus ei, voluntariæ eg
ſtatis ſapiet effectus; qui ſuæ non impoſuit frenu
ſenſualitati. Non eſt poſſibile, illum fore perfe
obedientem, cui proprium vivax eſt judicium,
voluntatis non mortificata libertas: grave ei,
prudentiâ deſtitutum, videbitur quodlibet impe
um: contra juſſa, mille remurmurabit vicibus. Mu
tò magis, æmula lilijs caſtimonia, non alibi efflo
ſcet, niſi inter aſperas mortificationis ſpinas. N
ſubſiſtet Fraterna Charitas, quæ eſt Perfectio
vinculum, & compago, niſi mortificatio, omn
ferventiores paſſionum commotiones repreſſerit
Non habebit locum Humilitas, niſi exanita fuer
ſui æſtimatio. Non ſuſtinebit, violentos adverſit
tum impetus Patientia, ſi non fuerit diuturno mo
tificationis exercitio præmunita. Idem de alijs vi
tutibus eſto judicium: quas acquiri, & conſerv
ri non poſſe, abſq; continua corporis & animi mo
tificatione, patet ex enumeratis. Vt enim magne
inter aſpera ferramentorum ſegmenta repoſitus
conſervat vim ferri tractivam: at verò, ſi mol
goſſipio, aut ſericis operiatur involucris, omnis i
eo, vis illa langvaſcit, ac deficit: Ita Religioſæ a
nimæ, inter rigidas mortificationis aſperitates, vi
tutem Dei Gratiæ attractivam retinent, delicatio
ribus verò, addictæ oblectamentis, omni ſanctita
te deſtituuntur.

Virtus magnetis inſtar, inter aſpera cõſervatur.

Verita-

Digitized by Google

Veritatis iſtius, etiam ab avibus, poſſumus ſurpare documentum. Quid quæſo cauſæ eſt? uòd paſſeres, quamvis inter exeſas arborum ca- ernas, & tectorum abſcondita, ſomno cubilia quæ- ant, & taciti in ſilentio quieſcant: nihilominus ta- ien, à nocturnis volucrum prædonibus, tuti eſſe equeunt? ſed ſæpe ab acutis noctuarum ungvibus, x ſuis extrahuntur nidis, ad lanienam. Iam verò, ſaves cantu Philomelæ, licet in apertis hortorum reis, ſonarâ vocis ſuæ modulatione, totâ nocte per trepunt: non tamen in prædam bubonibus cedunt. ed facilè, cogitanti, diſcriminis occurrit ratio. Sci- nus Philomelas, inter ſpinarum aculeos, & aſpera enticeta, ſuas occinere cantilenas, quorum acutis entibus, crudeles bubonum rapinas, omni ad ſe vetant acceſſu. Miſeri verò paſſerculi, mollibus aſ- ſveti ſtratis, dum in ſuis plenis plumarum, ac de- liciarum nidis placidè quieſcunt, crudelibus noctu- arum ungvibus, ex plumeis extracti delicijs, atro- citer laniantur. Quod avibus, idem & Religioſis plerumq; contingit hominibus. Illi, qui aſperæ mortificationi, veluti horridis ſpinarum ſentibus inhærent, infernales, cum ſuâ ferocitate bubones, omni ad ſe prohibent aditu: ſuæ verò ſenſualitati indulgentes affectus, facilè ejuſmodi prædonibus, veniunt in prædam captivi.

Paſſeres in ſuis mollibus nidis crudeliter laniantur: Philomelæ, inter ſpinarum ſentes ſecurè cantant.

Vnde non miror, in Romanâ occidentis Ec- cleſiâ, primum vitæ Religioſæ Authorem S. Abba-

Digitized by Google

S. Benedictus P. Ioſephus Anchieta P. Gonſalvus Silveria inter ſpinas ſuam conſervarunt ſanctitatem.

tem Benedictum, inſigni ſanctitate claruiſſe, & integerrimâ caſtitate floruiſſe, quam ille ſpinarum aculeis, protexit, ac conſervavit. Sed ne domeſtic rei hujus, præteream documenta. Celebris, imm prodigioſa eſt, magni in Religione noſtra Thau maturgi, Patris Ioſephi Anchietæ ſanctitas: quam ille, etiam ex ſpinarum faſce, ſæpius capiti, pro cervicali ſuppoſito, decerpſit. Vnde, ut olim alij incubare roſis, extremum deliciarum fuit, ita huic viro, ſpinis indormire, limes ultimus extitit auſteritatis. Admiranda ſanctitate, non Europæum tātùm, ſed Indiarum etiam orbem, illuſtravit glorioſus ille Martyr Gonſalvus Silveria, qui inter plurimas, ad excruciandum corpus torturas, etiam aculeatis ſpinarum virgis, lumbos humeroſq; ſæpius atrociter dilacerabat. Vnde ex hac ſpinarum aſperitate, non candida tantùm innocentiæ lilia, ſed purpureas etiam Martyrij roſas, non eſt mirum effloruiſſe. Deſtituerer verbis, ac viribus, ſi omnium in Societate noſtra, voluntariæ mortificationi apprime deditorum, plura ejuſmodi enumerarem ſpecimina.

SS. Ignatij & Xaverij magna mortificationis documenta.

*R*em totam, Sanctorum Patrum noſtrorum, evidenti documento ſufficiat conſignaſſe. Certè, SS. IGNATII & Xaverij ſanctitatis incrementum, cæli terræq; non capit amplitudo: quod ex continuo voluntariæ mortificationis ſtudio, non eſt dubium excreviſſe. Quantùm enim in primis B. Pater,

Digitized by Google

ter, in ſanctioris vitæ ſuæ primordijs, aſperis ſe exercebat afflictionibus, teſtatur hoc, horridus ille ſaccus, pedes, & vertex perpetuo nudi, ſomnus hu mi raptim captus, genu flexiones, ad ſeptem uſq; horas, quotidie productæ, & ſæpius ad ſangvinem repetitæ flagellationes. Vt taceam ferventioris na turæ, edomitos ad prodigium motus, & paſſiones: quod ille, continuâ in rebus omnibus, nobis ſpeci- aliter commendatâ, à ſe verò abſq; intermiſſione frequentatâ, effecit mortificatione. Iam verò Indiarum Apoſtolum, non ſolùm illi funes nodoſi, quibus ſe, in ipſo vitæ perfectioris ingreſſu, Deo, uſq; ad vitæ periculum, obſtrinxerat, ſed nautici etiam in ſpiram involuti rudentes, ad modicam quietem, lateri ſuppoſiti, & anchora capiti, pro cervicali adhibita, præter, nunc ferventibus arenis, nunc gelidis nivibus, nunc horridis vepribus, obſitas itinerum vias, & ferreis inſtructa ſtimulis, cruenta nimis flagella, cæteraq;, prope infinita cruciamentorum inventa, ad ſummum ſanctitatis culmen promoverunt, ac deduxerunt.

S. Franciſcus Borgia, continua mortificatione, Religioſam Perfectionem conſervari, dicebat.

Vnde meritò, ſæpe jam, nunquam tamen dignè memoratus Tertius noſter Generalis, inſigni & ipſe ſanctitate clarus, *S.* Franciſcus Borgia, non ex ſuorum tantùm documento Patrum, ſed ex proprio etiam experimento, indubitatè aſſeruerit: omnem virtutis ſoliditatem, ſolâ firmari ac conſervari mortificatione: ejus verò ſubſidio deſtitutam, corruere.

Digitized by Google

Quod non nudâ tantùm, verborum aſſertione conſtanter affirmabat, ſed uſu etiam, ac exemplo evidenter demonſtrabat, ſiquidem tota ejus ſanctitatis ratio, continuis, ad extremam uſq; corporis extenuationem, jejuniorum alebatur inedijs, ciliciorum, viſu ipſo horridis fovebatur aſperitatibus, cruentis excitabatur diverberationibus: itinerum proficiebat moleſtijs. Verbo, quidquid naturâ arduum, plenumq; afflictionis erat, inter delicias habebat. Vt taceam reliquos, heroicæ virtutis viros, in Religione noſtra propè innumeros, nullis unquam corporis, & animæ afflictionibus ſatiatos; qui per multas, voluntariè aſſumptas tribulationes, ad ſublimem Perfectionis ſanctitatem Salvatoris ſui veſtigijs, inſatiabili patiendi affectu, ſunt glorioſè eluctati.

Quam Sanctorum Patrum, continuo voluntariæ mortificationis uſu, comparatam ſanctitatis gloriam, dum attonitâ mentis cogitatione, & ſuffuſis pudore oculis, intuemur: ejuſdem deſiderio, pro noſtra tenuitate accenſi: rem, Davidis verbis & affectu, concludamus, ingeminantes: *Propter te, mortificamur totâ die.* Dignus enim eſt Deus, humanâ in carne extremè mortificatus, ut eum in voluntaria afflictatione, heroico imitemur auſu. Digna, æterno in cælis coronanda præmio, Religioſa Perfectio, ut eam continuâ in rebus omnibus mortificatione, quæramus, ac conſervemus.

DIES

Digitized by Google

DIES TERTIA
Viæ Unitivæ.

Via Unitiva ducit ad unionem cum Deo, & Beatæ ſelicitatis participationem.

TErtia Dies, conſummatæ virtutis monſtrat iter: quod viam Vnitivam appellamus: Hæc ex mente, & ſenſu eorum, qui ad ejus decurſum, experimentaliter pervenerunt, in eo conſiſtit, quod in hac viâ conſtitutus Viator, ita Deo arctè uniatur, ut unus cum eo ſpiritus efficiatur, vivatque vitâ planè Divinâ, quia & Deus ipſe, ita in eo manet, ut eum ſuis impleat perfectionibus. Vnde viæ hujus decurſor, ad Beatam comprehenſorum in cælis felicitatem, proximo gradu accedens, eorum Beatitudinem æmulatur. Quemadmodum enim, vitæ in cælis Beatæ, Perfectio, duo intendit: primo, ut Beati Deum, quem amant, præſentem intueantur & poſſideant: deinde, ut ex illa viſione, & actionibus vitæ ſuæ proprijs, ejuſdem Dei Gloriam augeant quàm maximè: Ita viæ unitivæ perfectionem ingreſſi, ſummo, & continuo amore in Deum feruntur, præſentiâq; ejus, in ſua ſtabili cogitatione, perpetuò fruuntur. Ex quo Dei amore, & intuitu, in ea, digna Deo opera prorumpunt,

punt, quibus ſemper, & ubiq;, Gloriam ejus pro moveant.

S. P. Ignati
us multùm
profecit in vi
a unitiva.

Et ea fuit, Sancti Ducis noſtri IGNATII conſummatæ, Perfectionis felicitas, ut ex eo, qu totus, erga Deum, æſtuabat amore, præſentiâ e jus ubiq; frueretur: & ad propagandam majoren ejus Gloriam, omnes virium ſuarum nervos inten deret: unde non tam citò currere, quàm pernici ter volare, in hac via videbatur, ſæpe in àëra ſub latus, & cæleſti lumine circumfuſus. Multùm qui dem arduæ difficultatis, iter iſtud habet, quod no pigmæo greſſu, ſed gigantæo paſſu decurrendum eſt. Cæterùm, ſi ad ſummum Perfectionis culme anhelans anima, in Primæ Diei itinere, omnes ſu as deterſit, ac expiavit labes? Si alterâ curſûs ſu Die, perfectas eſt conſecuta virtutes: non habet quod vereatur, tertium iſtud perfectæ cum Deo u nionis, iter ingredi. Aderit ſuppetias poſtulanti cum gratijs auxiliaribus ille: qui hæc monſtratu rus olympia: *Exultavit ut Gigas, ad currendan viam ſuam.* Erunt ab oculos præſto, Sancti Du ctoris noſtri, & ſequacium ejus Patrum, & Fratr noſtrorum, etiam hìc, paſſim relicta veſtigia: qu jam, ut ijs, magno, & audenti animo inſiſtamus greſſus noſtros invitant, & animant.

Via Unitiva
difficultates,
Dei Gratia fa
cilitat.

ALLO-

Digitized by Google

ALLOCUTIO I.

Perfecti erga Deum amoris meta, ſola & unica, Excellens Dei Bonitas eſt.

TOtam quà latè patet, orbis machinam, triplici cingi zonâ, & Aſtronomi perhibent, & multorum experientia docet. Illi enim, qui globum circumeunt terraqueum, nunc ſub frigida, nunc ſub temperata, nunc ſub torrida, ſentiunt ſe verſari zona. Cælum dici, vel eo nomine, ſtatus religioſus poteſt, quòd illum quoq; ſimili cincturâ involutum, in comperto habeamus. Quid enim in illa, primæ Diei, via Purgativa egimus? niſi teporem, quaſi in regione gelida, omni ope, ac conatu fugiebamus. Iam verò, in alterius Viæ Illuminativæ decurſu, ab animi paſſionibus liberi, quaſi temperatâ aurâ perfruebamur. Diem demum hodiernam, veluti ſub Zonâ Torridâ conſtituti, ferventer incaleſcere facilè experiemur, poſtquam viam intraverimus unitivam. In cujus primo aditu, o quantus, Bone Deus, afflat me, Divini Amoris ardor! quantus charitatis adurit ignis! Terram ſi aſpicio? plurimos mortalium Dei Amore nimiùm incaleſcentes video. Cælum ſi contemplor? Sera-

Triplex cæli Zona, triplicem Perfectionis viam adumbrat.

Via Unitiva, Dei Amoris fervor.

phico Beatarum Mentium, & animarum, charitatis igne, totum fervere adverto. Non memor alios, numero propè innumeros, terræ, cæliq; incolas, ardenti Amore Dei æſtuantes, Ductor viæ, & Anteſignanus noſter B. Pater, totus ab Amore Dei ignitus, primus incurrit in oculos IGNATIVS cujus veſtigia, Charitate Divinâ, etiamnum calentia, premere ſi libuerit, magnam amandi Deum ejuſdemq; Amoris perfectionem, ſpero nos, non difficulter conſecuturos. Nunc ad ſolam Divinæ Bonitatis Excellentiam, noſter amor collimabit.

Excellens Dei Bonitas, perfectis amoris meta eſt.

Novimus humanas, Divinaſq; ſcientias, à ſuo objecto, & fine, totam deſumere perfectionem neq; aliter, in hac Divini Amoris Palæſtra ſentiendum eſt. Tota namq; ejus perfectio, æſtimari debet, à ſuo primario fine, & motivo: quod ſcholæ Aſceticæ Magiſtri, non aliud eſſe volunt, niſi ſolam, & unicam Divinæ Bonitatis Excellentiam ita, ut ille ſolus perfectus Dei Amor, ab ijs cenſeatur, quem Divina Bonitas incendit, & inflammat. Vnde perfectè Deum amanti, nullum in eo debet relucere attributum, præter ſolam ejus Bonitatem, & Excellentiam infinitam. Fateri quidem ego debeo, ferri amorem noſtrum, in Deum poſſe, propter dona, & beneficia, nobis, liberaliſſimâ manu ejus, ſine cenſu, & numero collata. Cæterùm, Perfectionis culmen, beneficiarius amor iſte, attingere nequaquam poterit, niſi primario,

mario, Bonitatis & Excellentiæ Divinæ, accendatur intuitu.

Bovem non aſinum, cur Deus ſibi offerri voluit?

Rem ut magis exploratam habeamus, in duobus animalibus, quamvis rationis expertibus, myſterium videamus. Quoties ego, Divinas veteris ſinagogæ leges, accuratiùs perpendo: tenet me non mediocris admiratio: Quid cauſæ myſterijq; fuerit? quòd cum ſupremus Legum Arbiter Deus, quædam ex brutis animantibus, ſacrificijs, ſuo honori immolandis, deſtinaſſet, quædam rejeciſſet, inter cæteras pecudum ſpecies, bovem ſibi offerri, aſinum, à ſuis Aris procul arceri imperavit. Vtrũque hoc animal, novimus eſſe naturâ humile, & labori addictum: eccur tamen, unum, Divini Sacrificij jure donatur? alterum aditu ad Altare prohibetur? ſi aſinum, nativa inertia, & hebetudo, ad cultum Araſq; Dei, fecit ineptum? certè nec bovem, natura formavit magis ſolertem: unde ignavum quemq; hominem, utrumq; pecus hoc, æqualiter deſignat, ac denominat: ſiquidem deſtitutus ab ingenio homo, bos, aut aſinus, appellatur. Quid ergo eſt cauſæ, quod unius nativa hebetudo, ab Aris reijcitur, alterius digna eis cenſetur? Noverat haud dubiè Divina Præſcientia, æquè bovem, ac aſinum, naſcituro in carne humanâ Infanti Deo, ad ſtabulum Bethleemiticum famulaturos: & tamen, non æquali donantur præmio, qui Conditori ſuo, pari famulantur obſequio. Grande iſtud

 fateor,

Deus munda exigit ſacrifi-cia.

Deo, cujuſcū-q; commodi in tuitu, ſervire non expedit.

fateor, Iudiciorum Dei arcanum eſt: dum unu ſervorum, ad honorem aſſumitur, alter ſuæ vilitati relinquitur. Bos, ut Deo in victimam cadat, dignus judicatur: aſinus ab Altari arcetur. Scio Sacræ Legis Interpretes, ejuſmodi diſcriminis, hanc afferre cauſam: quod bos, inter munda animalia conſeatur, aſinus immundus habeatur. Neq; contravenio rationi, non ignarus, quodvis Divino honori, dicatum Sacrificium, illibatam exigere mũditiem, dedignari, leve etiam inquinamentum. Erudiunt hæc, intellectu deſtituta animalia, nos homines, rationis lumine præditos, ut munda Deo efficiamur ſacrificia. Habeat ergo vim ſuam, literalis Interpretum, reſponſio. Cæterùm ego, aliud quoq; non incongruum, ad ſolvendum propoſitæ quæſtionis nodum, poſſum eruere reſponſum, ex ſpeciali Iſaiæ vaticinio. Conjecerat ille, propheticum, mentis ſuæ obtutum, in naſcentis Dei cunas, quibus, cum bovem, & aſinum, pariter famulaturos advertiſſet, dignum noſtrâ conſideratione, protulit effatum, dum ait: *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.* Quo verborum ſenſu, utrumq; animal, etſi pari obſequio, non eodem tamen intuitu, & motivo, in cognitionẽ, & cultum Conditoris ſui, deveniſſe Propheta teſtatur. Et bovis quidem, præſtitum Divino Numini obſequium, ex ſola apprehenſione, ſupremi in ſe Dominij, & infinitæ Excellentiæ Poſſeſſoris ſui,

ortum

ortum duxiſſe aſſerit. Aſinum verò, ob eſcam, & pabulum, quod ei, ſuum affatim ſuppeditabat præſepe, eidem Homini Deo, obſequioſam affirmat exhibuiſſe venerationem. Quæ cum ita eventura, non Iſaias tantùm prædiceret, ſed Divina etiam Scientia prævideret, non mirum, quòd bovem, ſolius Divinæ Excellentiæ intuitu, Æterno Numini obſequentem, ad ſacram, ſuo Honori victimam addixit: aſinum verò, ſolâ Dei beneficentiâ, eſcam ſibi in præſepi, continuò largiente, ad obſequia, eidem Creatori ſuo exhibenda, inductum, ab Aris & Sacrificio excluſit. Quòd ſi in brutis animalibus, talia conſiderare, licuit Prophetæ? in hominibus ratione pollentibus, ſimilia, crebriùs veriùſq; evenire, citra dubium eſt. Fertur quiſpiam mortalium, bovem imitatus Bethleemiticum, in Dei Amorem & obſequium, ſolâ ejus, motus Excellentiâ, & Bonitate: jam hic gaudet jure, ut charitatis igne ſuccenſus, dignam perfecti amoris cedat in victimam. Iam verò ſi quiſpiam, ſolis, Dei in ſe Beneficentiſſimi donis, ad amorem, & obſequiū Divino Numini exhibendum, quaſi aſinus, ad præſepe opimè paſtus, inducitur? nunquam talis, perfecti in Deum Amoris adolebit ſacrificium.

Iudæi aſinum imitati, Chriſto ob bonum temporale adhærebant.

Aſinum credo, imitabatur, plebs illa Iudaica, quæ, humanâ in carne Deum, terrâ mariq; ſtudioſè ſecuta: pro bono (ut putabat) opere, du[r]iore verborum, quàm ſaxorum ictu, lapidata eſt:

dum

Digitized by Google

dum ab eodem ſervatore Ioan. 15 audivit: *Quaritis me, non quia ſigna vidiſtis, ſed quia manducaſtis de panibus, & ſaturati eſtis.* Quaſi dicat Æterna Veritas: quia non intuitu Divinæ Excellentiæ & Bonitatis meæ, quam, ex tot patratis à me prodigijs, facilè aſſequi poteratis, ſed ex copioſis quas vobis, liberali manu præbui, eſculentis, veſtros mihi affectus, & obſequia exhibetis: non multùm me in iſto, veſtro erga me amore, noveritis complacere: mercenarius iſte, non filialis amor eſt quem, mea liberalis merces, non dignitas, perſuadet amantibus. Quòd ſi, non beneficia tantùm alliciant, ſed pænarum quoq; metus quempiam impellat, ad obſequendum Deo? ſervili ille, notatus timore, non liberali amore glorioſus, ante Dei oculos comparebit. Nos, ne ſolus Dei beneficiorum uſus, aut, quod deteriùs eſt, ſervilis pænarum metus, ad amorem Dei inducat, & impellat, feriò adlaborandum eſt.

Quod Deo nō ſpe pramy, aut timore pænæ, ſerviendū ſit: cælitus didicit quidam Eremita.

Porro, ne infamem inuri nobis notam patiamur, non minùs celebre, quàm notum, revocemus factum ad memoriam: quod uni veterum Eremitarum contigiſſe dicitur. Seceſſerat ille è ſuo eremitorio, in vaſtam eremi ſolitudinem, Divina commodiùs contemplaturus: ubi deambulans, dum hinc profuſam, in præmianda virtute & meritis, Dei contemplatur liberalitatem, inde verò in puniendis vitijs, ac criminibus, conſiderat

Digitized by Google

iat rigidam ejuſdem ſeveritatem: & , modò ad æternæ Beatitudinis, infinitam prope bonorum congeriem, oculos attollit: modò, ad exquiſita Erebi cruciamenta , & urentium flammarum vortices , horrore plenum, mentis obtutum demittit: ex utroq; hoc, vero equidem, quamvis imaginario ſpectaculo, in talem erupit affectum. O Deus! non minus bonitate, quam ſeveritate præſtans: niſi hæc cæleſtis gloria , quam præparaſti diligentibus te , ſæpius mentis meæ oculis obverſaretur, ego de hac, quam profiteor vitæ auſteritate, & prefectionis cura, aliquid remitterem. Hic me, in totam æternitatem, ſuccenſus inferni rogus, in arrepto ſeverioris diſciplinæ propoſito retinet: hæc , ipſo viſu horrida , cogitatione atrocia , flammæ infernalis cruciamenta, ne ad ſæcularium voluptatum illecebras regrediar, gradu cohibent: ſi non ineſcaret mentem, ſuâ ſvavitate cælum, ſi non deterreret, infernalis tortura, proclivem in vitia carnem: ego objectâ vitæ monaſticæ mediâ, & aſperitate, mundi voluptatibus indulgerem. Tuâ me Deus, & in præmiando libertate, & in puniendo ſeveritate, velut duplici freno cohibes, & in auſterioris vitæ officio contines. Hæc dum cogitat: ecce præ oculis habet, ignotam hominis ſpeciem, unâ manu facem accenſam, alterâ, hydriam, aquâ plenam, præferentem: tum ſtupore, Eremicola attonitus, interrogat: Ecquid in tam vaſtâ ſolitudine ageret? quo

quo fine, ignem & aquam deferret? ſed mox ta
reſponſum, audit: Hàc, inquit, flammâ, omn
cæli venuſtates, ac delicias combuſtum eo: hac v
rò undâ, omnes Erebi ignes, extingvendi propoſ
tum mihi eſt: ne ullus mortalium, præmij cu
juſpiam deſiderio, aut formidine pænæ, Deo ad
hærere præſumat. His dictis, ſcena ex oculis eva
nuit: Anachoreta verò graviter confuſus, ſuan
erubuit, & damnavit cogitationem: quod aliqua
do cæleſtis gloriæ appetitu, aut infernalium pæna
rum metu, ad ſerviendum Deo ſe inductum ſenſe
rit. Vnde poſtea ſæpius proteſtabatur: Pereat ho
die, cum ſuis delectamentis cælum, annihiletur
cum omnibus pænis, ac tormentis infernus: mih
tamen, tibi Optime Deus, propter inæſtima
bilem Bonitatem, & Excellentiam tuam, adhæ
rere bonum eſt. Tuus me in poſterum, Honor, &
Gloria, non ſpes aliqua præmij, aut timor pænæ
tuo Amore accendet.

S. P. Ignatius, ſolâ ſupremi Numinis Excellenti Bonitate, ad Amorem Dei incendebatur.

Qualem iſte, Divini Amoris perfectionem, ſe
riò didicit: talem, totus ab Amore Dei ignitus
continuò exercuit, Beatus Pater noſter IGNATIVS
Nam præterquam, quòd omnes, vitæ ſuæ actiones
majori Dei Gloriæ, quam ſemper in ore habebat,
ſemper in omnibus quærebat, in Amoris victimam
conſecraſſet, auditus eſt non ſemel dicere: ſi libe-
ra optio daretur, vel hinc abeundi, atq; in ſinum
Beatæ Felicitatis, evolandi, vel diutiùs, inter æru-
mnoſæ

Digitized by Google

nnoſæ mortalitatis pericula, vitam protrahendi, um ancipiti etiam; ſalutis æternæ jacturâ, malle ; Beatitudinis incertum vivere, & interim, de ajori Dei Gloriâ, optimè mereri, quàm certum ternæ ſalutis, cæleſtibus perfrui delicijs. Adeo il-e, appretiativo Amore Deum æſtimabat, ut ſe, ſu-mq; cum Deo, optatiſſimam conjunctionem, poſt Divinæ Gloriæ rationes haberet. Hoc demum eſt, ndomitam amoris indolem, (quæ olim in *Paulo* eculis omnibus miraculo fuit) ſeneſcente mundo epræſentare Ex eodem perfecto Dei Amore, exar t & ille, ferventi corde affectus: Subjerat ſemel B. atri cogitanti: Quid ſi Deus, gehennæ ſe addi-tum eſſe æternùm vellet? Hîc verò (inquit) duo mihi offerebantur, ex una parte cruciatus, quos, o loco perferrem, ex altera, maledicta in Deum, quæ illic audire deberem Et in priore quidem, on poteram dolorem mihi repræſentare, neq; ijs ruciatibus commoveri: atq;, ita de pænarum acer-itate, ad divinæ juſtitiæ conformatus voluntatem, on eram ſolicitus, verùm ad percipiendas auribus, n Divinum Numen blaſphemias, vires mihi, & ani-mum deeſſe ſentiebam. Qui Divinæ æſtimationis, eroicus Amoris actus, palam omnibus fecit: I-GNATIVM, non cæleſtes tantùm delicias, ſed in-erni etiam cruciamenta, præ Amore Dei, nihilj uxiſſe.

Tale Divini Amoris, prodigium erat, ille i-

Digitized by Google

S. Xaverijſſimus erga Deum Amor ſolam reſpiciebat Dei Bonitatem.

grea charitate ab IGNATIO paſtus, ſolâ tempcris morâ, poſterior Eſâ, Xaverius: qui dum orbem Amore Dei, incenderet, ipſe ſæpe, cælum, & terram teſtabatur. Non ſe, cæleſtium bonorum deſiderio, trahi, non infernalium pænarum metu impelli, ſed ſolius; Divinæ Dignitatis intuitu, ad Amorem Dei allici. Cum ſæpius, totus amore exæſtuans, inclamaret: Non ut in cælo ſalves me, aut ne in æternum damnes me, amo Te, & amabo Deus: ſed ſolum, quia Rex meus es. Hâc viâ, veſtigijs Sanctorum Patrum, adhuc calente, ſi ad eam, Dignitatis, & Gloriæ Dei metam, omnibus affectûs noſtri viribus, veluti ſagittis ardentibus, collimaverimus, facilè Divini Amoris perfectionem, attingemus.

Etiam Divinis Beneficijs noſter ergaDeum amor incitari poteſt.

Quod dum ago, non hoc evictum eo, (ut jam me innuiſſe memini) quaſi profuſæ in nos liberalitati Divinæ, cæteriſq; Dei attributis, nullum prorſus amorem debeamus, immo verò, urſo, aut tigride, ingratior mens hominis illius foret, qui Divinis beneficijs, ſibi abundè collatis, ad amandum, liberaliſſimum in ſe Deum, non moveretur: cum ſævas, etiam & truculentas naturâ beſtias, beneficio miteſcere, ac cicurari ſciamus. Inanimum Romani puteum, coronabant, ex quo ſæpius aquã hauriebant: nos Deo, hoc eſt, perenni beneficiorum fonti, immortalem grati animi, & Amoris coronam, denegabimus? abſit ea, à nobis impietatis labes.

labes. Certè Divina Liberalitas, cujus beneficio momenta in ſingula, vivimus, movemur, & ſumus, quæ nos, tot ſuarum gratiarum donis, cumulat opulentiſſimè, millies, & ultra, meretur? ut ei grati animi, & Amoris perpetuum vectigal pendamus. Igni quò plura inijcis ligna, eo magis fervet, & in altiorem aſſurgit flammam: eo planè modo, plurima Dei beneficiorum fomenta, niſi gelu quovis, frigidiores ſimus, cordibus noſtris, accendendis, inflammandiſq; ſunt opportuna.

Ad Dei amorem, etiam Divina Iuſtitia impellere poteſt.

Habeat ergo jus plenum, & integrum, ad exigendum à nobis Amorem, Dei Liberalitas: quæ nos, tot, ac tantis, ad amandum accendit beneficijs. Sed nec Divinæ Iuſtitiæ ſuccenſendum eſt, ſi quando noſtra delicta, pro merito vindicat: cum non minùs pænarum inflictu, quàm beneficiorum uſu, Paternum nobis affectum exhibeat. Ille enim vel maximè cæleſtis Pater, diligit, quem caſtigat: unde non tantùm beneficas, ſed vindices etiam optimi Parentis manus, intimo, & filiali affectu deoſculari, bonæ incumbit filiorum indoli. Non itaq; Dei Liberalitatem, aut Iuſtitiam, cæteraq;, Divinæ naturæ annexa Attributa, ab amore noſtro ablegare, immo ſpeciali affectu digna aſſerere, mihi propoſitum eſt: ſed hoc tantùm, non minus liberè, quam verè enuntio: Illum ſolum Amorem Dei eſſe perfectum, qui ad Divinæ Bonitatis Excellentiam, ſuo collimat intuitu, & affectu. Non

Patriarcham Iacob, Iob amoris perfecti one ſuperabit quod ille ſuũ commodum, iſte Deum ipſũ quæſierit. Dauid utriq; palmã præripuit.

auſim equidem ego, Patriarcham Iacob, culp gravioris damnare, quòd Divinæ munificentiæ d nis illectus, ſuum Deo cultum, & Amorem obtul rit, dum Gen: 28. votum tale nuncupavit: *Si fu rit Dominus mecum, in viâ per quam ego ambul & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſti mentum ad veſtiendum, erit mihi Dominus in De um.* Congruum enim viro ſancto videbitur, De beneficia, grati animi ſignificatione & affectu re pendere. Cæterùm, longè perfectiorem judico viri ſecundum cor Dei ſenſum: qui poſtquam Di vino Amore abreptus, dixiſſet: *Inflammatum eſt cor meum*. Protinus Pſalm: 72 in talem exarſit affectum: *Quid mihi eſt in cælo, & in terrâ, quid volui à te?* Quaſi dicat: Exeſte, toto orbe affatim ſparſa Divinæ Liberalitatis dona: me non ea, quam ex vobis habeo, vel habiturum ſpero, utilitas, aut quævis alia illecebra, ſed Divina Bonitas, & Excellentia, ad Æterni Numinis Amorem allicit, & inflammat. Hoc enim magis Deo cordi eſſe exiſtimo. Et juſta equidem, hæc Regis Vatis cogitatio erat. Nam ſi Parentibus, gratiora ſunt filiorum, quàm ſervorum obſequia, & exhibiti affectus: quòd illi ſe, iſti, ſua quærant. Vnde veterum ſapientum, lumen Socrates, prædiviti cuipiam hero, juſtè indoluit: quod multâ famulorum catervâ, veluti muſcis, ſua, non ſe, ſectantibus, ſtipatus incederet.

Sua commoda homines non amicitiam quærunt.

Si celebris illa, (ut refert Dio, & meminit *S.* Hieronymus)

nymus) *Romanæ gloria gentis*, Martia, cum defuncto, morte immaturâ viro, florens ætate, genere, & opibus, fæmina, à multis interrogaretur: cur tot illuſtres, proſapiâ, & divitijs viros, ſui connubij competitores, reijceret? reſpondiſſe fertur: quia mea, non me, omnes iſti quærunt. Quantò magis optimus rerum Arbiter Deus, illum rationalis creaturæ Amorem, præeliget, quem ſibi, non ſuorum beneficiorum donis, novit eſſe mancipatum. Multò minùs gratum, innatæ Bonitati ejus, poterit cõtigere, ſi quis, minis, ac flagellis, à ſe intentatis, ad Dei Amorem impellatur. Siquidem humana dominia, ſi rectè obeantur, amari potiùs, quàm timeri, à ſubditis ſibi voluntatibus, deſiderant.

Deus ſe, non ſua, vult à nobis amari.

Hunc planè, ſpiritum, inſtillat nobis Beatus Legislator noſter, dum Conſt: p. 3. c. 5. § 26. enixè optat: Nos ſervire, & placere Divinæ Bonitati, propter ſeipſam potiùs, quàm ob timorem pœnarum, vel ſpem præmiorum: quamvis, hinc etiam, nos juvari poſſe, non vetet. Quod non monebat tantùm, ſed & ipſe præſtabat accuratiſſimè, ut jam vidimus, & ex Oraculo, Dei in terris vicem gerente, accepimus: IGNATIVM ſolius Dei Gloriam ſemper in ore habuiſſe, ſemper in omnibus quæſiviſſe. Hunc ſi Ducem, & Doctorem ſequamur aſſiduò, Perfecti Amoris metam, facili negotio contingemus.

ALLO-

Perfectus Dei Amor, nihil præ ter Deum intendit.

Via Perfectio nis ardua.

NOn ita anguſtis circumferentiæ limitibus circ
ſcriptus eſt Amor Divinus, ut ad ejus perf
ctionem unâ, eâq; brevi dictione pertingere val
amus. Si quodpiam aliud, certè amantium, lo
gum eſt, & arduum iter. Vnde erudita veteru
antiquitas, alatum fingebat, pingebatq; amoren
non ideò tantùm, quod non ſolus, inertibus timo
ſed ferventioribus etiam, addat amor alas: imm
dum ſerviles animæ, pænarum incitatæ metu, h
mi vix repunt, Divino Amore inflammatæ mente
prætervolant potiùs, quàm decurrunt Perfection
viam: ſed ideo etiam, quòd longum, & perplexu
amoris iter, niſi ab inſtructo pennis viatore perag
conficiq; poſſit. Amoris credo alas, Regium amb
viſſe Prophetam, quando columbæ deſiderabat pe
nas, ut arduam, ſanctimoniæ viam conficeret fac
liùs. Cæterùm, ne ipſa quidem, pernicium alaru

Ad creaturas malè deviatur

volubilitas, quamvis pennatum viatorem juvabi
ſi ille, à recto itineris, tramite, huc & illuc dive
tere, ac morari voluerit. Vnde, Aquilæ etiam pe
nicitatem, ſed ad cadaverum exuvias, ſæpius abe

rantem,

Digitized by Google

rntem, à teſtudine, lento quidem, recto tamen aſſu, ad metam contendente, præventam eſſe, è ibularum commentis ſcimus. Ita perfectò, quamis incitatiſſimo mentis affectu, homo fertur in Deum, ſi tamen, de itineris rectitudine, interdum eflectat, & n iſeræ cuipiam adhæreat creaturæ, ietam perfecti erga Deum Amoris, nequaquam oterit attingere. Aſſertæ veritatis certitudinem, lariùs percipiemus, poſtquam viderimus, perfeclum Dei Amorem, nemini præter Deum affici deere, ac ne quidem poſſe.

Deus, & creatura ſimul amari non poſſunt.

Nemo prudens, artis jaculatoriæ, peritum, d ne quidem ſanæ mentis compotem, judicabit emine m illum, quia unâ eademq; ex directo aru ſagittâ, binam, à ſe invicem diſtantem, intenat contingere metam. Sed nec ille rectiùs ſapet, qui duas pauló grandiores ſphæras, unâ manu omplecti vellet. Immo oculi etiam vis, & perſpiitas, objecta, ante, & retro poſita, ſimul viſu non ttingit. Certè humano intellectu, nihil promptii, aut volubilius produxit natura: at ne hic quiem, diverſos difficultatum nodos, unâ cogitatioe apprehendere, minùs autem, diſſolvere poteſt. leq; aliter, de amore ſentiendum: limitatæ, & ilpotentiæ eſt: dirigere ſimul, in Deum, & creatum affectum minimè valet. Neq; enim eſt cor umanum, tantæ capacitatis, ut Deum, cum quaiam creaturâ, ſuo poſſit tenere, ac complecti amore Et

Digitized by Google

re. Et inſtruxerit ſanè, binis oculis, ac manib natura hominem, ut plura ſimul objecta intuer & arripere poſſit: ad Deum, affectu amoris appr hendum, uno tantùm oculo, unâ manu opus eſt.

Rem, Æternæ Veritatis ſtabiliamus doctrin Scio equidem, effatum illud: *Bonum tibi eſt, ad vi tam ingredi, debilem:* Salvatorem, non in ſenſ abſoluto, ſed reſpectivo protuliſſe, nam protinu addidit: *Quàm duas manus, aut oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Et equidem meritò: n in plurium malorum concurſu, minus eligendum naturalis etiam inſtinctus, & ratio docet. Cæterùm ſi in ſenſu quoq; abſoluto, Æterna Sapiensia, uni cuiq; noſtrûm, ita conſuluiſſet. *Bonum eſt tibi, cum uno oculo, & cum unâ manu, ad vitam ingredi* nihil omnino à veritate deviaſſet. Sed mirum for tè, & inſolitum, cuipiam videretur? quod ille ſpe cioſus formâ præ filijs hominum Rex cæli & ter ræ, monoculos, & mancos, vellet habere famulos Vtiq; Divinum ejus beneplacitum, in Legis anti quæ Sacrificijs, nihil ſibi claudum, aut cæcum, d brutis etiam animantibus, offeri voluit. Et homi nes, cur ſibi aſſiſtere mancos, & monoculos, non dedignatur? Terrenos etiam *Reges*, ac Dynaſtas non niſi aſpectu decoris, & formâ venuſtis, novi mus delectari ephebis. Supremus rerum Domi nus, membris mutilos, & viſu deformes, qu patietur ſervos? Verùm non de externa hìc mem-

Mancos & monoculos, Vult nos eſſe Chriſtus, ut ſolum Deum reſpiciamus & apprehenda mus

brorum

brorum integritate, aut orbitate agi, apud Sa-
ros Interpretes, in confeſſo eſt Proinde, non cor-
oris manum, aut oculum, ſed voluntatis affectum,
alt Servator noſter, nobis eſſe unum, ut ſolum, &
nicum Deum, amore, & affectu noſtro, veluti u-
o oculo, & unâ manu, conſpiciamus, & appre-
endamus.

Inſtar cæleſtis ſponſæ, ſoli Deo noſtros debemus affe-ctus.

Certè, pia illa in Canticis Anima, ſi externam
pectes formam, binos, eoſq; ſæpius, à Cæleſti
ponſo laudatos, habebat oculos, & tamen, vulne-
atum ſe ab ea, in uno oculorum, idem Sponſus fa-
ebatur. Sed cur quæſo, jn uno tantùm? an quia
lter diſplicebat? Sed alterum illa, mentis ſuæ o-
ulum non habebat, quo res humanas intueretur:
no ſcilicet, & indiviſo amoris affectu, in Deum,
uem unicè diligebat, ferebatur: ideo unius tan-
ùm, interioris oculi ictu, devictum ſe ab eâ, *De-*
us profitebatur. Tum demum, & nos, ad viſcera
Divinæ Bonitatis pertingemus, ſi uno cordis affectu,
n Deum intenti, altero careamus, quem ad crea-
uras convertamus Non monoculos tantùm, ſed
nancos etiam, efficiet nos Divinus Amor, ſi præter-
miſſis creaturarum illecebris, ſolum Deum, infinitè
Bonum, amore noſtro apprehendere, & complecti
voluerimus: ut veritatem in nobis inveniat, Pro-
phetia illa, quæ perfecti amoris mortales, Soph: 3.
prædicit: Servituros Deo, humero uno: quaſi alio
deſtituti, etiam vel leviter attingere nequeant cre-

aturas. Quod profectò, nemo mirabitur, ſi conſi-
deret, quantopere Deus, erga ſuos amatores zelo-
typus eſt: qui neminem, præter ſe, amari patitur.
Prout, unamquamq; ad Divinum Amorem, aſpiran-
tem animam, magnus Aſceticus Doctor Thomas
ita admonet: *Dilectus tuus talis eſt naturæ, ut alte-
rum non velit admittere, ſed ſolus vult cor tuum ha-
bere, & tanquam Rex in proprio throno ſedere.* S
enim, quamvis rationis uſu, deſtitutus genero-
ſiſſimus ille equorum Bucephalus, neminem alium
ſeſſorem, præter magnum Macedoniæ Regem, pa-
tiebatur: quantò magis homo, rationabile, De
factus jumentum, ejus ſolius, ſvave jugum admit-
tere, & ductum ſequi, reliquos verò, procul excu-
tere, tenebitur.

Divinus Amor Zelotypus eſt.

Sed Theologiam quoq; ſuper hoc, paucis con-
ſulamus. Quærunt Theologi, utrum ſatisfactio-
nem, pro delictis generis humani, ab Æterni Ver-
bi Perſonâ, Divinæ Iuſtitiæ fieri omnino oportebat
Quæſtionis nodum, ut facilius ſolvant, duplicem
eſſe aſſerunt, ejuſmodi ſatisfactionis modum: quo-
rum unum, de congruo, alterum, de condigno vo-
cant: docentq; ſatisfactionem de condigno, Per-
ſonam ſatisfacientem, Infinitæ Dignitatis, quali
eſt in Æterno Dei Filio, requiſiviſſe: Cùm enim
Deum, infinitè dignum, conſtat ab homine fuiſſ
offenſum, pro tanto læſæ Divinitatis crimine, nem
de condigno, et ad æqualitatis lancem, ſatisfacer
poterat;

Cur rigoroſè non de congruo, Chriſtus pro peccatis ſatisfecit Divinæ Iuſtitiæ.

Digitized by Google

erat, niſi ſatisfaciens Perſona, æqualis dignita- Deo offenſo. Vnde ſuppoſito, quod Divina Iuſtitia, rigoroſè, & de condigno, ſibi ſatis fieri vellet, requirebatur omnino, ad id muneris, ſuperdigniſſima Æterni Verbi Perſona. Verùm, ſi eidem Divinæ Iuſtitiæ placuiſſet, ſuam lenire injuriam, minori aliquâ, de congruo dictâ, compenſatione: prout citra dubium, poterat talem, ſatisfaciendi modum, admiſiſſe. Siquidem, nullâ etiam, requiſitâ ſatisfactione, integrum erat, Liberalitati Divinæ, omnem culpæ, & pænæ reatum, gratis hominibus condonare. Ad eam itaq; minùs ponderoſam ſatisfactionem, ſi Divina ſe inclinâſſet voluntas, Infinito Æterni Verbi pretio, humani generis debitum perſolvi, opus non fuiſſet. Tali enim, Redemptoris munere, aliquis, ex Beatis Mentibus Spiritus, fungi poterat. Immo etiam hominem, ſingulari ſanctitate præditum, idem ſuis meritis, præſtare potuiſſe, nihil vetabat, Et hic eſt communis Theologorum ſenſus. Sed ego adhuc doceri volo: Si genus humanum, ab aliquo Angelorum, aut etiam hominnm, redimi de congruo poterat: quid neceſſe erat, tot tantiſq; laborum, ac meritorum, impenſis, contracta à nobis debita, per Dei Filium, juſtitialiter, & rigoroſè perſolvi? Non exquiro aliorum, ad propoſitam quæſtionem, reſponſa. Hugonis Victorini, contentor doctrinâ, Lib: Sent: ita docentis: *Ne amorem divideres, idem tibi factus eſt,*

 Creator,

Ne amor noſter divideretur, eundem Creatorem, & Redemptorem habemus.

Creator, & Redemptor. Quo brevi, ſed nervo
verborum ſenſu, id expreſſit, Doctor hic erudit
quòd, ſi alium naturâ Conditorem, alium Rede
ptorem, nos habere contigiſſet: cum Creator
&Redemptorem noſtrum ſingulari affectu profec
obligemur,bipartito amore,neutri ſatisfaceremu
ut ergo perfectus, qualis Deo debetur, amor noſ
foret, Perſonâ tantùm, diverſum, naturâ omni
eundem Conditorem, ac Reparatorem noſtrum,h
bere nos oportebat· *Amor enim*(ut ait idem Vict
rinus) *conſortem non recipit, ſocium non admitti*
Quòd ſi, Amor imminutus, in ſuâ perfectione
ſet, ſi alterius naturæ Redemptori impenderetu
quantò magis debilis, & infirma Dei, dilectio eſ
quæ, vilibus ex nativa origine creaturis, ſuo adh
ret affectu.

Dei & mundi amorem ſimul conſiſtere non poſſe aiebat Arſenius.

Hæc planè ſentiebat ille, non minùs prof
nâ eruditione, quàm ſanctitatis profeſſione claru
mundi heroicus contemptor Arſenius: hic rogatu
ut quid ſpreto aulæ nitore, relictâ illuſtri, Princ
pum, quam moderabatur Palæſtrâ, poſthabito Im
peratoris Theodoſij favore, ad deſerti ſqualorem
ſeceſſiſſet? reſpondit: Non poſſum dividere me
Deo, & hominibus: quâ dicti energiâ, innuebat
ſe, terreni Regis gratiam, & Dei, aucupari, ſ
mul non potuiſſe. Nullum inveniebat modum, u
ſimul fieret Principum Magiſter, & diſcipulus Chr
ſti. Nimirum experiebatur iſte, optimus rerum a
ſtimator

Digitized by Google

ſtimator, opum, honorumq; curis, ac deſiderijs, Divinum in ſe Amorem, ſenſim, ſine ſenſu minui, ac extingvi: proinde abjectis, deſideriorum ſuorū illecebris, ad Eremi quietem ſeceſſit, ubi ſoli Deo, liberiùs vacaret, & cordis ſui Amorem eidem ex toto immolaret. Præterea conſultò, in eâdem fortè eremo, vicinum Arſenio, alterum, plus mihi de famâ, quàm de nômine, notum Anachoretam, qui, cum in ſummâ, rerum omnium inopiâ, & rigidâ auſteritate, vitam, ad aliquot annorum decades, perduxiſſet, poſt extenuatos, perenni inediâ ſeniles artus, & exeſam ferro cilicioq; carnem, poſtquam integras, dierum & noctium horas, piæ precationi, ac ferventi contemplationi, impendiſſet: induxit tandem in animum, ſe, omnium mortalium, perfectiſſimum eſſe, in Amore Dei: cujus gratiâ, omnia ſe facere exiſtimabat: ecce verò didicit, à ſuo Tutelari Angelo, ſummum Eccleſiæ Caput Gregorium Papam, in ſummo opum, ac honorum culmine conſtitutum, longe perfectioris eſſe in Deum Amoris: eò quòd Eremicola ille, plus miſero, quem fovebat cato, quam Sanctus Pontifex, ſuis afficeretur opibus. Tantùm eſt, animum Divino Amori, ſemel conſecratum, viliſſimæ etiam adhæſiſſe creaturæ! ut illico in Dei deficias dilectione. Viderint proinde, perpendantq;, conſecratæ Divino Amori Religioſæ mentes, quantùm, Deo debitam, imminuant charitatem, cum viliſſimis

S. Gregorius Papa ſuperavit ſua ſanctitate Anachoretam quòd creaturis minimè afficeretur.

Malum eſt, Religioſum affectu, viliſſimis etiam adhæreſcere rebus.

mis etiam reculis, tenaciori affectu adhæreſcunt. Si enim Eremitam, virum alioquin ſanctum, & in virtutis palæſtra, diu multùmq́; exercitatum, ad felem, ſatis utiq́; abjectum animal, inclinatus tantiſper affectus, à perfecto Dei Amore, retraxit: quid non facient, aliæ creaturæ? ſi ad ſe inclinaverint cordis affectum: imminuent certò enervabuntq́; omnem in nobis Divini Amoris vigorem. Exiguum, vix palmi unius piſciculum, Remoram dictum, magnas etiam, & onerarias naves, ſi ei adhæſerit, in curſu ſiſtere, & immotas tenere, ſolitum, audivimus: pari ratione, quamlibet minutiſſimam etiam creaturam, nos ab Amore Dei remoraturam: exiſtimemus, ſi eam, cordi tenaciùs adhærere, permiſerimus. Vnde verè, & meritò propriâ, non dubito, experientiâ doctus Auguſtinus ita Deum alloquitur: *Minùs te Domine amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat.*

S. P. Ignatius omni ſe erga creaturas exuerat affectu, quod à nobis quoq; exigit.

Sed quid rem aliunde ſtabilio, cui domeſtica etiam, non deſunt documenta. Conijcite unà mecum oculos, in perfectum, rei iſtius exemplar Beatum Patrem noſtrum, Amore Dei, continuò æſtuantem: & videbitis luce meridianâ clariùs, quàm perfectè ille, omni ſe, erga creaturas affectu expoliaverit. Certè, propinqui ſangvinis, non curam tantùm, ſed naturam etiam, ita exuerat, ut ſpretis mundi opibus, rerum omnium inops, pauperum hoſpitale, paternæ domûs incunabulis

præpo-

præpoſuerit: immotus ad fraternas, ut ſuæ domi, ...etis aliquid caperet, quamvis urgentes, ac fere violentas preces. Exutum carne & ſangvine animum ejus, teſtantur literæ, cognatâ manu ſcriptæ, toties non oculis, ſed flammis admotæ, & foco injectæ: quòd ille non alio faciebat fine, niſi ut ex integro, conſecratum Deo, cordis ſui affectum, ſãgvinis, aut cujuſvis alterius creaturæ, non obrueret amore. Cujus perfectionis nos quoq; vult eſſe conſortes dum Conſtitutionum par. 3 cap. 1. § 26 ita loquitur: *Deum in omnibus quærant, exuentes ſe amore omnium creaturarum, ut affectum univerſum, in ipſorum Creatorem conferant.* Nominatim verò Exam. cap. 4 § 7. ſeriò præcipit, ut unuſquiſq; noſtrûm: *Omnem carnis affectum erga ſanguine junctos exuat; & illum in ſpiritualem convertat.* Hoc eſt, Deum, (ut alibi loquitur) in omnibus quærat. Noverat ille optimè, quovis, profani amoris acceſſu, Divinæ charitatis ardorem, pelli ac extingvi: proindè, omni cuſtodiâ, cor noſtrũ ſervari volebat, ne propenſis in naturam affectibus, facilè pateret, ad exterminium Amoris Divini. Immo ſenſuum quoq; noſtrorum portas, & oſtia, diligenter vult præmuniri, ne quis mundanæ cupiditatis affectus, in ſacram Deo, cordis noſtri ſedem, violenter irrumpat, & inde Divinum Amorem expellat, ac exturbet. Sit itaq; ratum, fixumq; nobis, ut omnes mentis & animæ noſtræ vires, ſoli Deo, & ejus pateant Amori.

Quod

Digitized by Google

Deus propter ſe amari debet, alia creaturæ, propter Deum diligi poſſunt.

Quod dum ita concludimus: jamnè reliquam creaturarum turbam, ab amore noſtro, de toto excludimus? ſiccine noſtros, ſeu in terris degentes, ſeu tranſcriptos cælo amicos, amare vetamur? qui ad inimicos etiam, & hoſtes diligendos, Dei mandato obligamur. Sed non eſt mentis conſilijq; noſtri, cæteros quoq; nobis naturâ ſimiles, terræ cælijq; incolas, ab amore noſtro extorres fieri: immò fatemur nos, multis, & gravibus Divinæ legis præceptis, ad amandum eos, qui nobiſcum in hac mortali vitâ degunt, graviter obligari. Tantò verò magis, Cæleſtes Animæ, & Beati Spiritus, requirunt à nobis, debiti amoris conteſtationem, quantò pluribus nos obligant & devincunt beneficijs Illud ergo tantùm noſtra intendit diſſertatio: quòd ſolus Deus primariò, & propter ſe, cæteri verò mortalium, & cælituum, propter Deum amari debeant. Neq; enim Divino Amori obeſſe poteſt, inclinatus ad quamcunq; creaturam affectus, ſi ad Deum, tanquam finem ultimum, dirigatur. Amari præterea poteſt, tota, terram inter & cælum conclusa, creaturarum multitudo, Dei beneficio ad noſtrum commodum propoſita. Amabilia ſunt bona corporis, robur, ſanitas, pulchritudo; & protracta longitudo vitæ, quæ Dei Bonitas, ſæpè non rogata, in nos elargitur. Digna amore cenſentur ornamenta animæ, intra cancellos naturæ contenta: qualis eſt ſcientiarum capacitas, & propenſa facili-

Digitized by Google

…ilitas ad vir tutes, ut pote ſingularia Dei Opti… dona. Trahit ad ſe animos, Divinæ Gratiæ, ſu… naturam, decor & venuſtas. Vrit corda ſui a…ore, cæleſtis Beatitudo, felicitatum omnium co…ervata poſſeſſio, à ſummo bonorum fonte & Au…ore Deo profecta. Sed Author iſtorum Deus, o…nia hæc, ſuâ bonitate ſuperat, unde infinitis par…bus, eſt amabilior. In eum itaq; , tanquam flumi…a in pelagum, noſtris, interdum ad creaturas di…ctis affectibus, influamus, ut Perfecto Dei Amo…e impleamur.

ALLOCUTIO III.

Perfecto Dei Amori, proprium eſt agere, & pati.

Amor Dei dives, & aureus eſt.

FElicem, & opulentam ſortem, nobis obtigiſſe exiſtimemus, ſi de Amore Dei, bis jam inſtituto diſcurſu, Perfectionem ejus ſumus conſecuti: Neq; verò, difficile aliquid creditu, me dixiſſe quiſpiam arbitretur, dum audit, Divino Amori intentos, opes reperiſſe: cum optimè ſciat, in ſacra pagina, Amorem Dei, auri nomine, ſæpius nuncupari. Divites profectò, & opulenti, facti ſumus nimis: ſi eà, quovis auro, potiori, Divini A-

moris gazâ, ſumus jam potiti. At enim, non omi genuinum, quod rutilat, aurum: nec ſemper ver amor, qui pijs, ſæpe ſcintillat affectibus. Vt eni illi, qui intra terræ viſcera, veſtigant aurum, ſi venam, nitido colore ſcintillantem incidant, ad di tem auro latebram, ejus ductu putant ſe pervent ros: contingit autem non rarò, ut ſpe deluſi, inc dant in æris, aut alterius vilioris cujuſpiam meta maſſam: ita Amoris Dei, cupidi indagatores, du ſe ad pretioſum Divinæ Charitatis aurum, pij a fectûs ductu, perveniſſe exiſtimant, ſuâ decipiu tur opinione. Non terrenis opibus, ſed Divini Am ris divitijs, potitum ſe arbitrabatur ille, qui Apo 13 gloriabundus dicebat: *Dives ſum & locupl tatus*, quaſi diceret: tantâ me Divinus Amor lo cupletavit opulentiâ, ut omnes mortalium opes, fa cilè me ſuperare credam. Quam imaginarian tantùm, divitiarum affluentiam, dum cogitation volvit: ecce, ab Arbitro, ſummæ veritatis Deo, fal ſæ opinionis arguitur, & extremæ inopiæ admone ri jubetur: *Neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis pauper, cæcus, & nudus:* ac ſi diceret, vide homi num miſerrime, quantùm te, tua deluſit perſvaſio tu in animum tuum induxiſti, te Divini Amoris eſ ſe ditiſſimum, cum, graviori, quovis mendicabu lo, ſpirituali premaris egeſtate. Proinde, ſvadeo ti bi emere, aurum ignitum probatum, ut, quod ſpe ciem boni, præfert, non illicò tale exiſtimes. No

Aurum Divini amoris, explorare opus eſt.

bis,

Digitized by Google

li, ne ſimilis unquam illudat error: aureum Di- ini Amoris valorem, explorare velimus, uno, & tero, utroq; probatiſſimo modo.

Bene, & ſatis congruè, Sacra Eloquia, Divi- no Amori nomen, & analogiam auri tribuunt: eluti enim aurum, cæteris mineralibus, nitore, & retio præſtat, ita Amor Divinus, inter totam vir- um congeriem, principatum tenet. Inſuper, pro- t auri virtus, & valor, multis probatur experi- nentis: ita & Amori Divino, ad indagandam ve- itatem, non deſunt complures modi. Inter alia, t verum, & genuinum dignoſcatur aurum, la- is explorat Lydius, & demonſtrat: habet & Di- inus Amor, ſuum quoq; lapidem Lydium, quo uus poteſt facilè, explorari, & agnoſci valor Mox, ujuſmodi lapidis, Dei Amoris, explorativam vir- tutem, in medium proferam, poſtquam Divinâ manu, deſcriptas Decalogi Leges, priùs breviter inſpexero. Ecquid quæſo, cauſæ fuit, quòd Sum- mus Legum illarum Author Deus, non in quopi- am alio codice, ſed in præduro lapide, ſua voluit exarare Præcepta? Si leviori ventis, & facilè pe- rituræ chartæ, ſuas æternùm perennaturas leges, non credidit Divina manus? Cedro digna notari edicta ſua, immortali, cur non commiſit, arbori? ſi, liberum quidem à carie, flammis tamen, & ci- neribus obnoxium: verebatur lignum? præſto erant æris, argenti, auri, quovis ævo, diuturniores tabu- læ,

Amor Dei, nō aliter, quàm aurum proba ri debet.

Dei Præcepta cur in lapide exarata?

Digitized by Google

læ, quæ Divinas leges, & libenter ſuſcepiſſent, perenniter conſervâſſent. *Immo*, majori etia pretio, æſtimati ſaphiri, aut adamantes, gloriæ bi duxiſſent, & æſtimationem ſui auxiſſent, ſi i natam ſibi perennitatem, Dei mandatis comm dâſſent. Nihilominus, non iſtas, à pretio, & di turnitate commendatas, ſed ſaxeas, inſerendis, ſ is legibus tabulas, Divina prælegit Sapientia. Vu tis facti rationem noſſe? hanc ego (ſi me mea, no fallit opinio) arbitror fuiſſe. Volebat, non dubit Numen *Æternum*, *Præceptorum* ſuorum manda tis ſaxo commiſſis, veluti ad Lydium lapidem, nc ſtri erga ſe affectûs, explorare ſinceritatem: non ſe cus, atq; ad ejuſdem lapidis vim, examinatur au rum: ita, ut illi tantùm mortales, verum erga De um Amorem habere cenſeantur, qui *ejus* præcepta ipſo exequuntur opere. Quod ipſum, ſi ad ſpecia lem, cogitationis ſuæ trutinam, admiſiſſet S. Gre gorius Papa, non aliter & ipſe ſenſiſſet, qui in u niverſaliori ſenſu, illud effatum protulit: *Probati dilectionis, exhibitio operis eſt*. Ex quo S. Doctori ſenſu, illud inferre, rectè poſſumus. Quòd Divinu Amor, ut verum & genuinum dici poſſit, aurum Præceptorum Dei integrâ executione, velut ad Ly dium lapidem probari debet. Sed quid ego, ſupe hoc, humanum ſenſum exquiro? cum *Æterna*, hu manâ in carne Veritas, id clarè Ioan: 14. aſſerat. *Si diligitis me, mandata mea ſervate*. Vnde in telligi-

Obſervatio Præceptorum Dei, Divini Amoris lydius lapis eſt.

lligimus, veræ ſinceræq́; dilectionis Dei, docu-
mentum nullum certius eſſe, Dei Præceptorum ob-
ſervatione. Falluntur proindè, non rarò illi, qui,
dum vehementiori devotionis æſtu abrepti, fervidos
divini Amoris actus eliciunt, putant ſe perfectæ
charitatis incendi flammis: & interim heroicis vir-
tutum documentis, id minimè probant: immo ſub-
inde Divinas Leges prævaricantur. Fiunt profectò
tales, quaſi æs ſonans, non verò aurum, ſuo valo-
re pretioſum: ita ut meritò de eis, illud uſurpari
poſſit: *Vox Iacob, manus autem Eſau.* Hoc eſt, ſi
verba, Divino Amore calentia attendas? amantiſ-
ſimum Dei Patriarcham *Iacob*, referunt: ſi manus,
virtutum opere deſtitutas inſpicias? reprobum à
Deo, & vacuum charitate Eſau repræſentant.

In Religioſis, perfectus erga Deum amor, obſervatione Regularum comprobatur.

Quod ſi, ad Chriſtianam tantùm Perfectio-
nem, obſtricti in ſæculo homines, non niſi perfe-
ctâ Præceptorum Dei obſervatione, & virtutum
documento, veluti Lydio lapide, poſſunt aureum,
erga Deum Amorem probare: quantò potiori jure,
ſtrictiùs Deo obligatis hominibus Religioſis, per-
fectâ inſuper legum ſuarum executione, & conti-
nuo heroicarum virtutum exercitio, ſolidum Dei
Amorem, velut ad Lydium lapidem examinare in-
cumbit. Non ſolùm enim, porrectum olim Moyſi
Præceptorum Decalogum, in lapide Divina ma-
nus deſcripſit, ſed noſtræ quoq; Religionis Inſtitu-
tum, ejuſdem dexteræ, opus eſt: Pontificio etiam
Oracu-

Oraculo atteſtante: cum enim ſummo in terris D
Vicario Paulo III. Conſtitutiones noſtræ, fuiſſe
oblatæ: ſingularem in eis, junctam prudentiæ ſar
ctitatem, admiratus Pontifex, Divino afflatus ſp
ritu, exclamavit: *Digitus Dei hic eſt*. Quo præ
conij epiphonemate, declaratum eſt: Legum no
ſtrarum ſtatuta, non minus, atq; Decalogi Præce
pta, Divinâ manu, eſſe conſcripta: quibus, nec ta
bulæ deſunt lapideæ, ſi firmam, ac tantùm non ſa
xeam, in earum obſervatione, fortitudinis con
ſtantiam, & neceſſitatem conſideremus. Neq; ve
rò, alio fine, hæc facta credamus, niſi, ut ad eas
obſervationi noſtræ propoſitas leges, velut ad Ly
dium lapidem, noſtri erga Deum Amoris ſolidita
tem, exploremus: & tunc demum, nos perfect
Dei Amore pollere, exiſtimemus, ſi Regularum no
ſtrarum, exacti obſervatores fuerimus: quas omni
um virtutum heroicarum, compendium eſſe, opti
mè novimus. Pateat ſanè oculis intuentium, a
modeſtiæ leges expolitus, compoſitionis noſtræ
ad extra nitor. Incaleſcant ardenti æſtu, à ſæpiu
elicitis Divini Amoris actibus, præcordia nobis
Inflammet etiam alios, ignitum planè, Zeli noſt
eloquium: ſi interim, ſancta legum noſtrarum ſta
tuta tranſgredi, ſi ſuperiorum ordinationes viola
re, ſi contumelias, & conſictas etiam delationes
falſa teſtimonia, & injurias pati diſplicuerit, ſ
abnegationem, & ſui contemptum, mens exhor
ruerit:

Leges Religioſæ, inſtar lydij lapidis, Dei explorant Amorem.

Digitized by Google

ierit? exiguum id, aut profectò nullum, noſtri in Deum Amoris, indicium foret. Iam ſi è contra (loquor verbis B. Patris) *Conſtanti animo incumbimus, ut nihil perfectionis, quod Divinâ Gratiâ conſequi poſſimus, in abſoluta omnium Conſtitutionum obſervatione, noſtriq; Inſtituti, peculiari ratione adimplenda prætermittamus*. Si præfinitum meditationi, examinandæ conſcientiæ lectioni ſpirituali, tempus, cum omni diligentiâ impendatur: nobis, naturâ, alioquin acerbi, Paupertatis effectus ſapiant, ſi tuendæ Angelicæ puritatis gratiâ, ſenſuum cuſtodiæ, & continuæ in omnibns mortificationi, incubuerimus · ſi voluntatis propriæ, & judicij abnegatio, in rebus etiam arduis & difficilibus, ſine excuſationibus & obmurmurationibus, obedientiæ immolletur: Si labores, ſeu in puerili ætate, literarum rudimentis erudiendâ, ſeu rudi populo, in fide excolendo, impendamns: Si in obeundis miſſionibus, excipiendis confeſſionibus, tradendâ doctrinâ Chriſtianâ, Patrum noſtrorum exemplo, omnibs, etiam ad vitam conſervandam neceſſitatibus, deſtituti, immoriamur: tum demū, perfecto Dei Amore, nos eſſe animatos exiſtimemus: talibns enim documentis, verus probatur Amor.

Si præ oculis noſtris, gratum illud ſpectaculum ageretnr, quando non tantùm Gentis, ſed Religionis etiam noſtræ inſigne decus, B. Stanislaus Koſtka, concepto præcordijs Divinis Amoris æſtu, planè

B. Stanislaus Koſtka, quòd ferri Dei amore arſerit, obſervata ab eo Leges Religioſa ſunt documento.

plane viſibiliter conflagrabat: ita ut cor, ne in ce
dio Charitatis opprimeretur, frigidâ perfundi
pus eſſet: cui, ſi mihi quoq; adeſſe licuiſſet ſcen
nondum ex ea redundantia Amoris, & erumpent
bus pectore flammis, verò ſinceròq; Amore: Dei
B. Adoleſcentem agi, & ardere crederem, cum
juſmodi, inſoliti affectuum æſtus, varijs illuſion
bus, poſſint eſſe obnoxij: at verò, cum intelligam
glorioſum hunc militiæ noſtræ Tironem, in accur
ta legum noſtrarum obſervatione, fuiſſe exactiſ
mum: cùm me non lateat, heroicus in eo mund
contemptus, demiſſa abnegatio ſui, perpetuus i
oratione fervor. Filialis Paupertatis amor, An
gelicæ puritatis nitor, punctuale obtemperandi ſtu
dium, Cæteraq; in noſtris Conſtitutionibus com
prehenſa, innumera planè, virtutum decora, in e
reluxiſſe intelligo: jam fidem non derogo, ſed l
bens potiùs annuo, vero illum, ſinceroq; Amo
Dei, ad prodigium uſq; æſtuaſſe. Illum & nos, d
gnum Deo, Amoris noſtri valorem exiſtimemus
quem, ad legum noſtrarum, & virtutis heroicæ c
tem probaverimus. De quo, libet iterum audire ſe
ſum S. Gregorij Papæ, Hom. 30. in Evang. dicen
tis: *Nunquam eſt Amor Dei otioſus, operatur eni
magna, ſi eſt, ſi autem operari renuit, Amor non e*
Ex quibus S. Doctoris verbis, intelligimus, ver
ſincerumq; Amorem Dei, in omnium virtutum co
ſervanda congerie, operoſè laborioſum eſſe. No

Amor Dei nũquam eſt otioſus.

horret

Digitized by Google

tes et adverſa non timet metuenda, non ſuccum-bit labori Amor. Vt benè de eo Theologus noſter, Aneticus Thomas Lib: 3. cap: 5 aſſeruerit: *Amor onus non ſentit, labores non reputat, plus affectat, quam valet, de impoſſibilitate non cauſatur: quia cuncta ſibi poſſe, & licere arbitratur*. Iam verò, ſi quiſpiam Deum ſe diligere, totâ vocis, & affe-ctûs contentione profiteatur; minimam autem in adverſis difficultatem, metuat, ac declinet, mole-ſtiam in aſſequenda virtute perhorreſcat, & labo-rem fugiat, fictum ille amoris ſimulacrum, non ve-rus cultor erit.

Aureum, Dei Amorem, igne, tribulationis probat.

Sed jam ad alteram, aureum Divinini Amo-ris valorem, explorandi rationem, paſſum facia-mus. Non Lydio tantùm lapide, ſed igne etiam, probatur auri. Ferantur ad menſam, duo ſple-dida, aureo colore vaſa, quorum unum ſit, ſolido auro fuſum, alterum viliori metallo, extra tantùm & intus deauratum. Iam dicite, aut ſi poteſtis di-vinate, quodnam ex his duobus, vas ſolidè aureum ſit & quod aureâ tantùm ſuperficie inveſtiatur? certè id, nullo ſenſu humano diſcerni poterit: Fe-ratur utrumq; ad ignem, & ecce protinus patebit, quod erat verè, & quod mentiebatur aurum. Haud ſecus hominum affectus, interdum ſolido Divini Amoris auro conſtant, interdum externâ tantùm, aureæ charitatis ſpecie, noſtris illudunt ſenſibus. Res ut diſcerni poſſit, igne hîc quoq; opus eſt: ex

Digitized by Google

mente Doctoris Gentium, ita 1. ad Corint: 3. de cernentis: *Vniuscujusq; opus, quale ſit? ignis probabit.* Nondum ad illas, vindices erebi flammas, quas hic, intelligit Apoſtolus, provoco: in hac etiam mortalis vitæ uſura, talis præſto eſt ignis, qui ſimulatum, à vero, noſtrum amorem diſcernat. Sciù SS. Patres, quaslibet tribulationum moleſtias, ignis nomine appellare. Et hæc eſt, afflictionis flamma, quæ verum, & genuinum Dei Amoris aurum, à ficto ejuſdem ſimulacro diſcernit. Vocabatur in dubium viri ſecundùm cor Dei, intenſus in Deum Amor, quem ille, tot piè elicitis affectibus ſæpius teſtabatur: ergo ut aliquid haberetur certi, ventum eſt ad eum afflictionis ignem: quem, cùm invicto robore, David ſuſtinuiſſet, & omnes, non aliunde tantùm irruentes, ſed ultro etiam adſcitas, animi, & corporis afflictiones, mente ad ſtuporem quietâ, & hilari, pertuliſſet, tum demum, ex illis urentibus flammis egreſſus, planè glorıabundus, Pſal: 16 dicebat: *Igne me examinaſti, & non eſt in me inventa iniquitas.* Verum ſincerumq; (quo Deum proſequor) Amorem, hic, meæ afflictionis ignis ſatis probavit. Inſimulabatur & ille alter, prodigium patientiæ *Iob*, ab invido hoſtis maligni livore: quaſi in faciem benediceret Deo: quo verborum ſenſu, conficta in eo, ad ſpeciem, Divini Amoris ſimultas, criminabatur: ſed poſtquam, ignis cecidit de cælo, qui multas ſecum, ad exercendam hominis

David & Iob tribulatione patienter toleratâ, ſnum erga Deum Amorem comprobarunt.

nis

nis juſti virtutem, traxit calamitates: quas cum ille, inſuperabili patientiâ excepit, fecit omnibus manifeſtum, nihil fuci, & ſimulationis, in ſuâ erga Deum Amoris conteſtatione, unquam fuiſſe: Prodijtq; ex illo ardenti afflictionis foco, quaſi aurũ igne examinatum.

S. Paulum, nihil à Dei Charitate poturaſt ſeparâſſe.

Sed non eſt neceſſe, ex veteribus Legis antiquæ ruderibus, talia me, ampliùs eruere documenta: cùm ſimilibus abundet copioſiùs Lex Gratiæ. Hoc igne probatus erat, qui ad Rom: 8. dicebat: *Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Certus ſum, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatura, poterit nos ſeparare a Charitate Dei.* Et dubitamus adhuc, Heròem iſtum, eximium Dei Amatorem fuiſſe? qui tot, & tantas, adverſitatum flãmas non expavit. Immo ſuperminentem Dei Charitatem adeptum fatebimur: qui in labore, & ærumna, in vigilijs, in fame, & ſiti, in jejunijs multis, in frigore & nuditate, velut aurum, igne probatus eſt.

S. Tereſſia Divino afflata amore pati continuo deſiderabat.

Neq; ego tantopere miror, virili robore præſtantem Apoſtolum, nullis afflictionibus ceſſiſſe: cùm in fragiliori etiam ſexu, Amor Dei ſimilia operabatur. Talis enituit, tota Charitatis incendio,

Digitized by Google

flagrans, Diva Tereſia, quæ, poſtquam ignito Amoris Dei jaculo, cor ſibi transfigi ſenſiſſet, extatico quodam affectu, correpta, continuò clamabat: *Domine, aut pati, aut mori.* Neſcio, an non ultrà, in patientiæ deſiderio, progreſſa eſt S. Magdalena de Pazzis, quæ, cum Divini Amoris æſtu ſimul, et arderet perpetuò, illud frequenter in ore habebat: *Pati, non mori.* Ita charitas, quæ, juxta Apoſtolum, patiens eſt, inſignes ſanctitate animas, ad voluntariæ afflictationis inſatiabile ſtudium, inflammabat. Quarum una, vitam, ſi patiendi occaſiones non ſubminiſtraret; altera mortem, ſi eaſdem ſubtraheret, odio habebat.

S. P. Ignatius quantopere [illegible] Amore, [illegible].

Sed ad domeſtica, quæ magis ſtimulant, oculos, & animos convertamus attentos: & videbimus, SS. Patrum noſtrorum, IGNATII & Xaverij, beatum par, inſigni Amore Dei, fuiſſe conſpicuum. S. in primis Pater, adeo Charitate præſtabat, ut ſolum Amorem ſpirare, & eo conſtare, veluti vivum ejus ſimulacrum, videretur: relucebat, etiam de facie in eo, ardens Dei Amor, ſed inerat pariter ei, fervens; ac planè igneum Amoris documentum. tanto enim patiendi deſiderio, cor ejus ardebat, ut velut ignis, qui nunquam dicit, ſufficit, nullis, ſat aliunde immiſſis, adverſitatibus, ſeu ſpontaneæ ſuſceptis afflictationibus, ſatiari poſſet: prout de eo, Pontificiâ fretum authoritate, Romanum Breviarium loquitur. *Auctum eſt quas ubiq; locorum ærumnas &*

ludibria

ludibria devoraverit, aſperrimâ quæq; & vincula, & verbera, pæne ad mortem uſq; perpeſſus; quibus tamen longè plura, pro Domini ſui Gloria, ſemper expetebat. Sed parum erat heroicæ Virtutis viro, alienâ malitiâ, iniectas adverſitatum flammas, inſatiabili tolerantia, Dei Amore ſuſtinuiſſe, niſi ipſe etiam, juxta nomen ſuum, ignis inſtar (cujus perpetua actio eſt) multas adſciſceret afflictiones. Hinc illi uſitatum erat, ſomnos perbreves, in modico ſtramine humi carpere, corpus cruentâ verberatione caſtigare, emendicato pane, aquâ macerato, victitare, diuturnis, ac laborioſis peregrinationibus, vires atterere, contentioſo, [illegible] in erudiendis literarum rudimentis, [illegible] & adultam viri militaris famam [illegible] gregem, abiicere. Iam vero [illegible] Inſtituto, & à Sede Apoſtolica approbato, in Præpoſitum Generalem electus, quas [illegible] defatigationes, in regendâ, [illegible] ac tuendâ Religione ſuſcepit, exhauſit, examina[illegible] longum eſſet recenſere. Vt omittam continuam ejus in rebus omnibus mortificationem, quam & ipſe, [illegible] ad ultimum vitæ terminum, uſitatam, conſtanter habuit, et nobis, feriò obſervandam, lege ſpeciali ſanxit. Et hæc omnia docent, ac evincunt, quàm, auro ſolidior, in B. Patre, erga Deum Amor enituit; quem, tantâ adverſitatum, planè invictâ tolerantiâ, igne veriùs comprobavit.

Quod

S. Xaverij adverſitatum pro Deo tolerantia.

Quod ad Indiarum Apoſtolum Xaverium attinet, difficilè dictu eſt, quàm, opulentam, & ipſe Divini Amoris copiam, coacervavit: cujus magnitudini, unus, non ſuffecit orbis. Sed excedit pariter dictionis vires, ſuperat cogitationis facultatem, quibus ille, & quantis tolerantiæ documentis eximium, erga Deum Amorem, probavit. Quidquid enim terrarum, marium, ac cæli ambitu continetur totum id ſui laboris, ac patientiæ, implevit amplitudine: ita, ut mirum, ad ſtuporem uſq;, videatur, tot tantiſq; viarum, & navigationum, ærumnis, tempeſtatibus, ac procellis, tot diurnis nocturniſq; vexationibus, tot hominum, & lemurum injurijs, tot ſpontaneis corporis cruciatibus, fragiles hominis vires, non ſuccubuiſſe. Divinus haud dubiè Amor, addebat robur, qui in urentibus: adverſitatum ærumnis, maximè niteſcit.

Homines ſocietatis, multa pro Dei amore faciunt & patiuntur.

Hoc afflictionis igne, Duces ſuos imitati cæteri quoq;, inſignes ſanctitate Patres, Fratreſq; noſtri, ſuum, erga Deum affectum, explorabant quos legendis, ſcribendiſq; libris imputreſcere, in docendis, diutiùs literarum rudimenta pueris vires enervare, ægros lectis, cripiſq; detentos inviſere lue corruptis præſto adeſſe, terreſtres, maritimasque peregrinationes, fideles inter, atq; infideles obire, rerum omnium, inopiam pati, calumnias ac perſecutiones ambire, equuleos, diſtenſiones membrorum, cruces, gladios & lenta incendia tolerare,

Digitized by Google

lerare, ſolenne uſitatumq; fuit. Quos ſi quis requirat: Quid, genere, ingenio, cæteriſq; talentis, ac dotibus, viri inſignes, terredinum inſtar, libris inhæreſcitis? inter puerorum fæces inſordeſcitis? vilem inter plebem, & mendicabulorum ſterquilinia, vosmet ipſos dehoneſtatis? peſte infectis, datâ operâ, vitam prodigitis? ut quid ergaſtula & patibula maleficiorum ambitis? Quibus interrogationibus, procul dubio, reſpondiſſent illi: *Charitas Chriſti urget nos:* cujus impulſu, hæc agimus, ut nos verum ſincerumq; Dei Amorem conteſtemur. Quæ noſtrorum, ſolidi in Deum Amoris documenta Patrum, eo nobis fine, ſæpe proponi exiſtimemus, ut nos quoq; perfectum Divini Amoris valorem, hoc laborum, adverſitatum, & afflictionum igne examinemus. Si enim continuam, in omnibus mortificationem, nobis familiare reddimus, ſi in camino (ut loquitur Propheta) Paupertatis, probati fuerimus, ſi vires, & conatus omnes noſtros, pro Dei Gloriâ, & proximorum ſalute laboribus, impenderimus, ſi à docendis primis literarum rudimentis, obeundis miſſionibus, viſitandis Xenodochijs & carceribus, cæteriſq; vocationi noſtræ proprijs, quamvis arduis, & naturâ moleſtis functionibus, nulla nos abſterruerit difficultas, tum primum nos Amore Dei præſtare, agnoſcemus. Quibus omnibus & ſingulis, ut ſeriò afficiamur, Divinâ Charitate urgemur. Si enim Patriarcham

Æmulari in tolerandis adverſis, Patres noſtros debemus.

Amor ſuaves facit ærumnas

archam Iacob, præfatus alioquin amor, eò impu
lit, ut multorum annorum, in continuis laboribu
& ærumnis, duræ ſervitutis acti dies, ſuaves ei, &
pauci viderentur, præ magnitudine amoris: quan
tò magis, par eſt, ut Dei ſuperdigniſſimi Amor,
dulces nobis efficiat, omnes laborum, & afflictio
num amaritudines, ad ſinceram ſui conteſtationem.

Et hæc duo ſunt, ſolidè aurei, noſtri in De
um Amoris experimenta. Accurata in primis, Le
gum noſtrarum obſervatio, & contenta in ijs, ſoli
darum virtutum conſecutio, Lydius lapis eſt, ad e
xplorandum Divini Amoris valorem. Continuus de
inde mortificationis uſus, & inſuperabilis laborum
tolerantia, ignis ſpeciem repræſentat, ad præſanti
am Divinæ charitatis examinandam. Vtroq; hoc
Amoris documento, ſi noſtros erga Deum affectus
probaverimus: facilè, ſolido Divini Amoris auro
locupletati, gloriabimur, facti omnibus mundi opi
bus ditiores.

ALLOCUTIO IV.

Perfectus Dei Amor, piis ſem per ſanctis affectibus.

Tolum igni vigorem adimeret, qui eum na
tivo calore, vellet eſſe deſtitutum. Ferven
natura elementum illud, iners & evanidum foret
ſi per ſtatum ſibi ardentem, vel ad modicam tem
poris

ris moram, vi privaretur uſtivâ. Habet enim proprium, ignis natura, quòd ſemper ferveat, ſpiret calorem: Haud ſecus, igne ferventior Divinus Amor, eam, quam ſolidè inflammavit animam, pijs ſemper facit fervere affectibus. Si enim quem lucere tantùm, & non ardere ignem conſpicimus, fatuum appellamus? multò magis, gravior illa amentia foret, ſi cui mortalium, lucem ... doctrinæ ſpargere, & non piâ affectione fervere, in uſu eſſet. Flagrantiſſimus certè Dei Amor, pios, & ferventes affectus, continuò erumpit, & ſe prodit indicio, quòd inter cordis abſcondita accenſus, veluti ex ardenti foco, perpetuò Divinæ Charitatis æſtuet aſpirationibus, & pios affectus, abſq; ullo interpoſiti temporis intervallo, veluti miſſiles ejaculetur ignes. Sed juvat, accuratiori mentis oculo, ignita hæc Divini Amoris jacula diligentiùs intueri.

Magiſne arduum fuerit, ignem ſinu celari, an corde, Dei Amorem latere poſſe? utramq; quæſtionis partem, putaverim ego, æquâ difficultatis lance ponderandam eſſe. Siquidem, non minùs, urit ſinu incluſus ignis, quàm ardeat, corde accenſus Amor. Pari omnino fervore, ille in flammas, hic in ferventes erumpit affectus. Quòd ad ignem attinet, rem, omnibus documentis certior experientia, facilè evincit. Quod Dei Amorem concernit, pijs Beatarum Mentium, erudiamur affectibus.

Amorem ſemper pijs fervere affectibus diſcimus ab Angelis Seraphim dictis

Rem puto, aliquid continere arcani, quòd in plura (quàm, ut humanâ calculatione compu ri poſſint) Angelorum millia, illæ tantùm Bea Mentes, quas Seraphim appallamus, venerandu illud Triſagion, coram Divinæ Majeſtatis thron continuò occinunt, ut auritus teſtis, refert Iſai dum cap: 6. ait: *Seraphim ſtabant, & clam bant Sanctus, Sactus, Sãctus, Dominus Deus Exercit um plena eſt omnis terra, Gloriâ ejus.* Scio, ex Sac Paginæ, & Interpretum ejus authoritate, in tr Hierarchias, novem verò Choros, totam Angel rum multitudinem eſſe diſtinctam. Primum ve inter eos obtinere locum, Beatos Spiritus, Ser phim, appellatos. Eccur ergo, cæterâ Angelo tacente multitudine, ſoli Seraphini, in venerati nem Divinæ ſanctitatis, pijs æſtuant affectibus? D vinam id (cogitabit quiſpiam) requirere Dign tem, ut non niſi, à Principe Angelorum Chor laudis ſuæ encomia audiat. At enim, ſcimus opt mè, Deum, eò uſq;, ſuam inclinare Excellentian ut, non ab Immortalibus tantùm Beatarum Ment um Spiritibus, ſed à nobis etiam, naturâ viliſſimi homuncionibus, laudes ſuas audire, non dedigne tur. Immo tantùm ſibi, de inclinata, ad ſuarum vi litatem creaturarum, Divinæ Majeſtatis, perſva det vir ſecundùm cor Dei David, quòd non Ange los ſolùm, & homines, ſed bruta etiam animantia cæteraſq; rationis, & ſenſûs expertes creaturas,

Deus etiam à viliſſimis vult laudari creaturis.

longâ

ngâ ſerie, ad dilaudandam Dei Dignitatem, du-
re & invitare non vereatur: dum ſæpius inge-
mans ait: *Laudate eum omnes Angeli, Reges*
rre, & omnes populi, beſtiæ & univerſa pecora.
udate eum ſol & luna, & omnes ſtellæ, montes,
omnes colles, ignis, grando, nix, glacies &c:
andſi, viliſſimæ etiam creaturæ, quarum longum
alogum recenſet Pſaltes, jure laudandi Deum,
on ſunt privatæ? inter naturæ, & gratiæ donis,
cellentes Angelorum Choros, cur tantúm Sera-
him, in Divinis laudibus æſtuare referuntur?

Novimvs, apud *Sacros Interpretes*, nomen
oc **Seraphim**, à Divini Amoris fervore, ſuam ha-
ere appellationem, quod ſi inter Beatos Spiritus,
li potiſſimùm in laudem & amorem Conditoris
ſi, pio affectu feruntur, qui cæteris, præſtant ar-
ore charitatis? certè & in mortalium animis, A-
or eundem præſtabit affectum: ut quos Seraphi-
i Amoris fervore, repleverit, eos Divinis laudibus,
pijs affectibus, faciet, continuò incaleſcere Sem
er enim Amor Dei, hominum, quas incendit mē-
es, ardentium deſideriorum, virtutumq; inflam-
iat actibus. Quòd in eo, quem proximè nomina-
i, Vate Regio patuit evidenter: magno ille Divini
moris æſtu exarſerat, ita, ut præ vehementia ar-
oris Pſalm: 72 inclamaret: *Inflammatum eſt cor*
eum. Quo charitatis, vehementiori incendio cor-
eptus, in eos erga Deum, ferventi affectu actus,

Nomen ſeraphim ab amore dicitur.

David quia amore Dei aſtuabat ideo pijs affectibus fervebat.

Digitized by Google

continuò erumpebat: *Quid mihi eſt in cælis?* & *à te quid volui ſuper terram?* & rurſus, nullà a reſpirium interpoſitâ morâ: *Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.* Et iterum: *Mihi autem, adhærere Deo bonum eſt, & in Domino Deo ponere ſpem meam.* Vt taceam cæteros, prope innnmeros, ejuſdem, Divino Amore ardentis Prophetæ, plenos pietati fervore, erga Deum affectus.

Petrus Apoſtolus ſæpius in ferventes erũpebat affectus.

A Rege, æſtu Divini Amoris inflammato gradum facio, ad Principem Apoſtolorum Petrum Quid quæſo cauſæ, afferemus? quòd Apoſtolus iſte in ferventiores præ alijs affectus, erga ſuum Salvatorem, ſæpiùs proſiliebat? Ex ejus enim ore, illam ferventem fidei profeſſionem percepimus *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Ille, quidquid mũdus amat, & amplectitur, contemptui habebat: Apoſtolicæ verò Perfectionis, ſummo tenebatur deſiderio: dum diceret: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Illius, digna Divinæ Excellentiæ erat æſtimatio illa: *Verba vitæ æternæ habes.* In ejus animo, patiendi cum Chriſto, ſitis illa exarſerat: *Domine paratus ſum tecum, in carcerem, & in mortem ire.* Illum cæleſtis Gloriæ, maximus afficiebat æſtus, dicentem: *Bonum nos hic eſſe.* Sed ut brevitati conſulam, prætereo cæteros, pios & ardentes ejuſdem Apoſtoli, erga Deum, ſenſus, & affectus: cauſam tamen, adhuc inveſtgio, quæ

in eo,

Digitized by Google

eo, tam pia accendebat deſideria. Scio, eam eſſe
llitiæ legem, ut Dei Beneficiorum magnitudini, &
enſuræ, pia hominum reſpondeat affectio. nam
ui plus datur, plus requiritur ab eo. Si ergo Petrus,
beraliorem præ alijs, Divinam erga ſe munificen-
iam experiebatur? non mirum, ampliori illum, de
i, affectu, & obſequio, mereri voluiſſe. Sed cæteris
uoq; Apoſtolis, collatas Dei Gratias, nemo noſtrûm
entus eſt, aut ponderavit: proinde, temeritatis
le, notam non evaderet, qui amplioribus Petrum,
uàm cæteros ejus Coapoſtolos, cumulatum fuiſſe
Dei Beneficijs, ex ſuo tantùm ſenſu, & arbitrio aſ-
ereret. Sed demus ſanè, Petrum donis Dei, ultra
lios excelluiſſe. Numquid inde, oportebit inferre?
tiam ſanctitate, cæteros ſuperâſſe? Certè ad e-
m illationem, nullâ cogimur neceſſitate. Siqui-
dem ex mente myſticæ Theologiæ Doctorum, opti-
me ſcimus, eos qui minori pollent gratiâ, plura nõ
raro, præſtare Deo obſequia, quàm præſtent illi,
qui majori Divinæ Gratiæ illuminantur lumine.
Ea namq; eſt, Dei Gratiæ natura, ut non cogat,
ſed excitet, & invitet, liberum arbitrium ad pieta-
tis exercitium. Vnde fieri poteſt, ut minori illuſtra-
tus gratiâ, majorem ſanctitati navet operam, quàm
ille, qui ampliori ejuſdem gratiæ eſt inſtructus ſub-
ſidio.

Dei beneficia ferborem exigunt.

Gratia Dei non cogit, ſed inbitat ad bonum.

Quòd ſi, non excellentiora Dei dona, Princi-
pem Apoſtolorum Petrum, ferventioribus incende-
bant

bant affectibus? In eam fortè, quâ cæteris prælatus eſt, dignitatis authoritatem, res tota refundi debebit? Et conveniens equidem foret, ut cujuslibet Prælationis Dignitati, eminentia ſanctitatis annecteretur. Sed ſæpe, proh dolor! fieri videmus, ut poſitos in ſublimi honoris gradu, viles & abjectæ mentes, ſanctitatis ſuperent excellentiâ, & fervore. Iam ſi, ne ipſa quidem, ſumma honoris dignitas, ad ſublimes virtutum actus, Principem Apoſtolorum evexit? Quid tandem cauſæ erit? quòd ille ferventioribus deſiderijs, & affectibus æſtuaret frequentiùs. Ni me mea fallat opinio, Amoris vehementia, quâ ille, erga ſuum flagrabat Salvatorem, tales in pectore Apoſtolico, excitabat flammas. Siquidem ille, coram eo, quem nullum latet cordis ſecretum, Divinâ Æternæ Veritatis notitiâ, in teſtimonium advocatâ, ita ſuum profitebatur Amorem: *Tu ſcis Domine, quia amo te.* Dei (audacter aſſero) Amor, qui in corde Apoſtoli, præ alijs ferventiùs ardebat, fomes perpetuus erat, ex quo pij affectus, & ſancta deſideria erumpebant. Semper enim Divinus iſte, quem adiit ignis, in pios excitat, & inflammat affectus.

Petrus quia plus cæteris amabat, ideo ſæpius pijs ardebat affectibus.

Rei, quam conſtanter aſſero, poſt B. Petrum, clarius, S. Patre noſtro documentum, vix reperio. Poſtquam enim, pro eâ (quam ſibi commiſſam habet) militantis Eccleſiæ curâ, in robur ſubſidiumq; ejuſdem, S. Apoſtolus, langventem IGNATIVM,

SS. PP Ignatij & Xaverij magnus erga Deum Amor, continuò in pios erũpebat affectus

IVM, priſtinis viribus reſtituit: talis in eo Divini Amoris exarſit ardor, ut etiam, inter varios negotiorum tumultus, pijs ſemper ergà Deum ferverent affectibus. Hinc illæ crebrò, ex ejus corde prodibebant flammæ: *Quàm ſordet terra, dum cælum aſpicio.* Alias ſæpe ingeminabat: *O Deus! ſi te noſſent homines, nunquam te offenderent.* Non minus uſitatus erat ipſi, & ille affectus: *O Deus! Amorem tui, ſolùm mihi dones, & dives ſum ſatis, nec aliud quidquam poſco.* Taceo reliquos (quibus recenſendis non ſufficio) B. Patris, pios & ardentes, ergà Deum, continuò ab eo frequentatos affectus: in quibus eliciendis, *Tantis ardoribus* (ut ſcribit oculatus teſtis, & ſingularis Encomiaſtes Patris ſui, Petrus Ribadeneira) *æſtubat, ut omnes in eo partes corporis exardeſcerent, facies inſtar purpuræ ruberet, venæq; omnes, manifeſta palpitatione micarent.* Hoc à ſuo Patre, ſuccenſus Divini Amoris igne, totus fax ignea Xaverius, ita exarſerat, ut charitatis ejus incendium, ne totus quidem, quà latè patet orbis, ſuo ambitu poſſet comprehendere. Hoc ille correptus æſtu, ex domicilij anguſtijs, in camporum latitudinem proſilire, àërisq; refrigerio, conceptum ardorem temperare cogebatur. Major hæc humanâ capacitate, erat in S. Apoſtolo, Divini Amoris flamma: ſed & ille, omnem admirationem ſuperabat, piæ affectionis fervor, qui inde magna vi erumpebat: dum ſæpius repeteret:

O Deus

S. Xaverij adverſitatum pro Deo tolerantia.

Quod ad Indiarum Apoſtolum Xaverium attinet, difficilè dictu eſt, quàm, opulentam, & ipſe Divini Amoris copiam, coacervavit: cujus magnitudini, unus, non ſuffecit orbis. Sed excedit pariter dictionis vires, ſuperat cogitationis facultatem: quibus ille, & quantis tolerantiæ documentis eximium, erga Deum Amorem, probavit Quidquid enim terrarum, marium, ac cæli ambitu continetur, tòtum id ſui laboris, ac patientiæ, implevit amplitudine: ita, ut mirum, ad ſtuporem uſq;, videatur, tot tantiſq; viarum, & navigationum, ærumnis, tempeſtatibus, ac procellis, tot diurnis nocturniſq; vexationibus, tot hominum, & lemurum injurijs, tot ſpontaneis corporis cruciatibus, fragiles hominis vires, non ſuccubuiſſe. Divinus haud dubiè Amor, addebat robur, qui in urentibus: adverſitatum ærumnis, maximè niteſcit.

Homines ſocietatis, multa pro Dei amore faciunt & patiuntur.

Hoc afflictionis igne, Duces ſuos imitati, cæteri quoq;, inſignes ſanctitate Patres, Fratreſq; noſtri, ſuum, erga Deum affectum, explorabant: quos legendis, ſcribendiſq; libris imputreſcere, in docendis, diutiùs literarum rudimenta pueris vires enervare, ægros lectis, cripiſq; detentos inviſere, lue corruptis præſto adeſſe, terreſtres, maritimasque peregrinationes, fideles inter, atq; infideles obire, rerum omnium, inopiam pati, calumnias, ac perſecutiones ambire, equuleos, diſtenſiones membrorum, cruces, gladios & lenta iucendia tolerare,

lerare, ſolenne uſitatumq; fuit. Quos ſi quis requirat: Quid, genere, ingenio, cæteriſq; talentis, ac dotibus, viri inſignes, terredinum inſtar, libris inhæreſcitis? inter puerorum fæces inſordeſcitis? vilem inter plebem, & mendicabulorum ſterquilinia, vosmet ipſos dehoneſtatis? peſte infectis, datâ operâ, vitam prodigitis? ut quid ergaſtula & patibula maleficiorum ambitis? Quibus interrogationibus, procul dubio, reſpondiſſent illi: *Charitas Chriſti urget nos:* cujus impulſu, hæc agimus, ut nos verum ſincerumq; Dei Amorem conteſtemur. Quæ noſtrorum, ſolidi in Deum Amoris documenta Patrum, eo nobis fine, ſæpe proponi exiſtimemus, ut nos quoq; perfectum Divini Amoris valorem, hoc laborum, adverſitatum, & afflictionum igne examinemus. Si enim continuam, in omnibus mortificationem, nobis familiarē reddimus, ſi in camino (ut loquitur Propheta) Paupertatis, probati fuerimus, ſi vires, & conatus, omnes ſuſceptos, pro Dei Gloriâ, & proximorum ſalute laboribus, impenderimus, ſi à docendis primis literarum rudimentis, obeundis miſſionibus, viſitandis Xenodochijs & carceribus, cæteriſq; vocationi noſtræ proprijs, quamvis arduis, & naturâ moleſtis functionibus, nulla nos abſterruerit difficultas, tum primum nos Amore Dei præſtare, agnoſcemus. Quibus omnibus & ſingulis, ut ſeriò afficiamur, Divinâ Charitate urgemur. Si enim Patri-archam

Æmulari in tolerandis adverſis, Patres noſtros debemus.

Amor ſuaves facit ærumnas

archam Iacob, profanus alioquin amor, eò impu
lit, ut multorum annorum, in continuis laboribus
& ærumnis, duræ ſervitutis acti dies, ſuaves ei, &
pauci viderentur, præ magnitudine amoris; quan-
tò magis, par eſt, ut Dei ſuperdigniſſimi Amor
dulces nobis efficiat, omnes laborum, & afflictio-
num amaritudines, ad ſinceram ſui conteſtationem.

Et hæc duo ſunt, ſolidè aurei, noſtri in De-
um Amoris experimenta. Accurata in primis, Le-
gum noſtratum obſervatio, & contenta in ijs, ſoli-
darum virtutum conſecutio, Lydius lapis eſt, ad ex-
plorandum Divini Amoris valorem. Continuus de-
inde mortificationis uſus, & inſuperabilis laborum
tolerantia, ignis ſpeciem repræſentat, ad præſtanti-
am Divinæ charitatis examinandam. Veroq; hoc
Amoris documento, ſi noſtros erga Deum affectus
probaverimus: facilè, ſolido Divini Amoris auro
locupletati, gloriabimur, facti omnibus mundi opi-
bus ditiores.

ALLOCUTIO IV.

Perfectus Dei Amor, piis ſem-per ſervet affectibus.

Orum igni vigorem adimeret, qui eum na-
tivo calore, vellet eſſe deſtitutum. Ferven
naturâ elementum illud, inerte & evanidum foret,
ſi per illatam ſibi violentiam, vel ad modicam tem-
poris

oris moram, vi privaretur uſtivâ. Habet enim proprium, ignis natura, quòd ſemper ferveat, ſpiret calorem: Haud ſecus, igne ferventior Dinus Amor, eam, quam ſolidè inflammavit aniam, pijs ſemper facit fervere affectibus. Si enim um quem lucere tantùm, & non ardere ignem onſpicimus, fatuum appellamus? multò magis, gravior illa amentia foret, ſi cui mortalium, lucem olùm doctrinæ ſpargere, & non piâ affectione fervere, in uſu eſſet. Flagrantiſſimus certè Dei Amor, n pios, & ferventes affectus, continuò erumpit, & o ſe prodit indicio, quòd inter cordis abſcondita ccenſus, veluti ex ardenti foco, perpetuò Divinæ Charitatis æſtuet aſpirationibus, & pios affectus, abſq; ullo interpoſiti temporis intervallo, veluti miſſiles ejaculetur ignes. Sed juvat, accuratiori mentis oculo, ignita hæc Divini Amoris jacula diligentiùs intueri.

Amorem ſemper pijs ferbere affectibus diſcimus ab Angelis Seraphim dictis

Magiſne arduum fuerit, ignem ſinu celari, an corde, Dei Amorem latere poſſe? utramq; quæſtionis partem, putaverim ego, æquâ difficultatis lance ponderandam eſſe. Siquidem, non minùs, urit ſinu incluſus ignis, quàm ardeat, corde accenſus amor. Pari omnino fervore, ille in flammas, hic in ferventes erumpit affectus. Quòd ad ignem attinet, rem, omnibus documentis certior experientia, facilè evincit. Quod Dei Amorem concernit, pijs Beatarum Mentium, erudiamur affectibus.

Digitized by Google

Rem puto, aliquid continere arcani, quòd int plura (quàm, ut humanâ calculatione comput ri poſſint) Angelorum millia, illæ tantùm Beat Mentes, quas Seraphim appallamus, veneiandu illud Triſagion, coram Divinæ Majeſtatis thron continuò occinunt, ut auritus teſtis, refert Iſaia dum cap: 6. ait: *Seraphim ſtabant, & clam bant Sanctus, Sactus, Sactus, Dominus Deus Exercit um plena eſt omnis terra, Gloriâ ejus.* Scio, ex Sac Paginæ, & Interpretum ejus authoritate, in tr Hierarchias, novem verò Choros, totam Angel rum multitudinem eſſe diſtinctam. Primum ver inter eos obtinere locum, Beatos Spiritus, Ser phim, appellatos. Eccur ergo, cæterâ Angelor tacente multitudine, ſoli Seraphini, in veneratio nem Divinæ ſanctitatis, pijs æſtuant affectibus? D vinam id (cogitabit quiſpiam) requirere Dign t tem, ut non niſi, à Principe Angelorum Chor laudis ſuæ encomia audiat. At enim, ſcimus opti mè, Deum, eò uſq;, ſuam inclinare Excellentiam ut, non ab Immortalibus tantùm Beatarum Menti um Spiritibus, ſed à nobis etiam, naturâ viliſſimi homuncionibus, laudes ſuas audire, non dedigne tur. Immo tantùm ſibi, de inclinata, ad ſuarum vi litatem creaturarum, Divinæ Majeſtatis, perſva det vir ſecundùm cor Dei David, quòd non Ange los ſolùm, & homines, ſed bruta etiam animantia cæteraſq; rationis, & ſenſûs expertes creaturas,

Deus etiam à viliſſimis ſuis laudari creaturis.

longâ

ngâ ſerie, ad dilaudandam Dei Dignitatem, du-
re & invitare non vereatur: dum ſæpius inge-
mans ait: *Laudate eum omnes Angeli, Reges
træ, & omnes populi, beſtiæ & univerſa pecora.
udate eum ſol & luna, & omnes ſtellæ, montes,
omnes colles, ignis, grando, nix, glacies &c:*
uodſi, viliſſimæ etiam creaturæ, quarum longum
talogum recenſet Pſaltes, jure laudandi Deum,
on ſunt privatæ? inter naturæ, & gratiæ donis,
cellentes Angelorum Choros, cur tantùm Sera-
him, in Divinis laudibus æſtuare referuntur?

Novimus, apud *S*acros *I*nterpretes, nomen ioc Seraphim, à Divini Amoris fervore, ſuam ha-ere appellationem, quod ſi inter Beatos Spiritus, li potiſſimùm in laudem & amorem Conditoris ui, pio affectu feruntur, qui cæteris, præſtant ar-lore charitatis? certè & in mortalium animis, A-nor eundem præſtabit affectum: ut quos Seraphi-i Amoris fervore, repleverit, eos Divinis laudibus, c pijs affectibns, faciet, continuò incaleſcere Sem er enim Amor Dei, hominum, quas incendit me-es, ardentium deſideriorum, virtutumq; inflam-nat actibus. Quòd in eo, quem proximè nomina-i, Vate *R*egio patuit evidenter: magno ille Divini Amoris æſtu exarſerat, ita, ut præ vehementia ar-loris Pſalm: 72 inclamaret: *Inflammatum eſt cor neum.* Quo charitatis, vehementiori incendio cor-eptus, in eos erga Deum, ferventi affectu actus, conti-

Nomen ſeraphim ab amore dicitur.

David quia amore Dei æſtuabat ideo pijs affectibus ferVebat.

Digitized by Google

continuò erumpebat: *Quid mihi eſt in cælis? & a te quid volui ſuper terram?* & rurſus, nullâ ad reſpirium interpoſitâ morâ: *Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.* Et iterum: *Mihi autem, adhærere Deo bonum eſt, & in Domino Deo ponere ſpem meam.* Vt taceam cæteros, prope innumeros, ejuſdem, Divino Amore ardentis. Prophetæ, plenos pietatis fervore, erga Deum affectus.

Petrus Apoſtolus ſæpius in ferventes erũpebat affectus.

A Rege, æſtu Divini Amoris inflammato, gradum facio, ad Principem Apoſtolorum Petrum. Quid quæſo cauſæ, afferemus? quòd Apoſtolus iſte, in ferventiores præ alijs affectus, erga ſuum Salvatorem, ſæpiùs proſiliebat? Ex ejus enim ore, illam ferventem fidei profeſſionem percepimus: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Ille, quidquid mũdus amat, & amplectitur, contemptui habebat: Apoſtolicæ verò Perfectionis, ſummo tenebatur deſiderio: dum diceret: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Illius, digna Divinæ Excellentiæ, erat æſtimatio illa: *Verba vitæ æternæ habes.* In ejus animo, patiendi cum Chriſto, ſitis illa exarſerat: *Domine paratus ſum tecum, in carcerem, & in mortem ire.* Illum cæleſtis Gloriæ, maximus afficiebat æſtus, dicentem: *Bonum nos hic eſſe.* Sed ut brevitati conſulam, prætereo cæteros, pios & ardentes ejuſdem Apoſtoli, erga Deum, ſenſus, & affectus: cauſam tamen, adhuc inveſtigio, quæ in eo,

Digitized by Google

eo, tam pia accendebat deſideria. Scio, eam eſſe iuſtitiæ legem, ut Dei Beneficiorum magnitudini, & menſuræ, pia hominum reſpondeat affectio. nam cui plus datur, plus requiritur ab eo. Si ergo Petrus, liberaliorem præ alijs, Divinam erga ſe munificentiam experiebatur? non mirum, ampliori illum, de eâ, affectu, & obſequio, mereri voluiſſe. Sed cæteris quoq; Apoſtolis, collatas Dei Gratias, nemo noſtrûm menſus eſt, aut ponderavit: proinde, temeritatis ille, notam non evaderet, qui amplioribus Petrum, quàm cæteros ejus Coapoſtolos, cumulatum fuiſſe Dei Beneficijs, ex ſuo tantùm ſenſu, & arbitrio aſſereret. Sed demus ſanè, Petrum donis Dei, ultra alios excelluiſſe. Numquid inde, oportebit inferre? etiam ſanctitate, cæteros ſuperâſſe? Certè ad eam illationem, nullâ cogimur neceſſitate. Siquidem ex mente myſticæ Theologiæ Doctorum, optimè ſcimus, eos qui minori pollent gratiâ, plura nõ rarò, præſtare Deo obſequia, quàm præſtent illi, qui majori Divinæ Gratiæ illuminantur lumine. Ea namq; eſt, Dei Gratiæ natura, ut non cogat, ſed excitet, & invitet, liberum arbitrium ad pietatis exercitium. Vnde fieri poteſt, ut minori illuſtratus gratiâ, majorem ſanctitati navet operam, quàm ille, qui ampliori ejuſdem gratiæ eſt inſtructus ſubſidio.

Dei beneficia fervorem exigunt.

Gratia Dei non cogit, ſed invitat ad bonum.

Quòd ſi, non excellentiora Dei dona, Principem Apoſtolorum Petrum, ferventioribus incendebant

VM, priſtinis viribus reſtituit: talis in eo Divi-
Amoris exarſit ardor, ut etiam, inter varios ne-
tiorum tumultus, pijs ſemper erga Deum ferve-
t affectibus. Hinc illæ crebrò, ex ejus corde pro-
ebant flammæ: *Quàm ſordet terra, dum cælum*
icio. Alias ſæpe ingeminabat: *O Deus! ſi te noſ*
nt homines, nunquam te offenderent. Non minus
tatus erat ipſi, & ille affectus: *O Deus! Amorem*
ui, ſolùm mihi dones, & dives ſum ſatis, nec ali-
d quidquam poſco. Taceo reliquos (quibus recen-
ndis non ſufficio) B. Patris, pios & ardentes, er-
ga Deum, continuò ab eo frequentatos affectus: in
quibus eliciendis, *Tantis ardoribus* (ut ſcribit ocu-
tus teſtis, & ſingularis Encomiaſtes Patris ſui,
Petrus Ribadeneira) *æſtuabat, ut omnes in eo par-*
tes corporis exardeſcerent, facies inſtar purpuræ ru-
beret, venæq; omnes, manifeſta palpitatione mica-
rent. Hoc à ſuo Patre, ſuccenſus Divini Amoris
igne, totus fax ignea Xaverius, ita exarſerat, ut
charitatis ejus incendium, ne totus quidem, quà
latè patet orbis, ſuo ambitu poſſet comprehende-
re. Hoc ille correptus æſtu, ex domicilij anguſtijs,
in camporum latitudinem proſilire, áeriſq; refrige-
rio, conceptum ardorem temperare cogebatur.
Major hæc humanâ capacitate, erat in S. Apoſto-
lo, Divini Amoris flamma: ſed & ille, omnem ad-
mirationem ſuperabat, piæ affectionis fervor, qui
inde magna vi erumpebat: dum ſæpius repeteret:

O Deus

Digitized by Google

O Deus! ego amo te, quia Rex meus, & Deus meus es. Aut continuò precaretur: *Quis mihi det? ut ego moriar pro te? & cognoſcant te, omnes fines terræ.* Non minorem, & illud, ſpirabat ardorem: *Amplius Domine cruciari, amplius!* Quod non vigilanti tantùm, ſed omnibus ſomno ſopitis ſenſibus illi familiare erat, in eas erumpere, plenas Amoris voces: *Mi IESV, Dulcis IESV, O IESV! O Creator mi!*

P. Petrus Cottonus etiam dormiens, à pijs non vacabat affectibus.

Incaluerunt, ab his ferventiſſimæ charitatis duobus SS. Patribus, multi in in Religione noſtra viri Divino Amore pleni: qui, etiam unico momento à pijs in Deum actibus, vacare non poterant. Vnum è plurimis memoro, P. Petrum Cottonum, celebrem olim Regis Chriſtianiſſimi Eccleſiaſtem: de quo illud, memoriæ proditum eſt: quòd ex frequentatis Divini Amoris actibus, eam contraxerit conſvetudinem, ut Xaverij æmulatus ardorem, etiam liberi arbitrij, in ſomno deſtitutus uſu, in eliciendis, pijs erga Deum affectibus, multis annis, totas noctes inſumere audiretur. Tantum eſt! Divino, dum vigilas, liberaliter indulgere Amori, ut etiam dormiens, Deum, non poſſis non amare! Et hoc eſt, Deum perfectè amantis animæ, evidens documentum: ſi piè ferventibus, in eum ſemper feratur affectibus. Iam inde, unuſquiſq; noſtrûm, colligat, judicetq;, quantum ſibi, Divini Amoris inſit? ſi enim pijs erga Deum, virtutum actibus ſentit ſe incaleſce-

caleſcere? certus ſit, & fiduciæ plenus, Divinum Amorem ſibi non deeſſe. Quòd ſi verò vanis, & quæ mundum olent, immerſus cogitationibus, & deſiderijs, nullas, aut certè raras, eaſq; debito fervore deſtitutas, mentis ad Deum elevationes eliciat, multùm ſe in Amore Dei intepuiſſe ſciat, & ingemiſcat.

Amor ſemper ad ſuam iaculis collimat metam.

Juſtæ rationi innixa, erudita Antiquitas, pharetratum amorem, menti et oculis proponebat, gnara optimè, quemlibet mortalium, ad propoſitam amoris ſui metam, continuis deſideriorum jaculis collimare. Atq; ita videmus, quòd mens avaritiæ dedita, in congerendis opibus & divitijs, toto laboret affectu. Inflatus ambitionis faſtu animus, ad ſublimes honorum faſces, percupidis deſideriorum votis collimat. Obſcæno calore incenſa voluptas, ad ſuas delicias, pennatâ velociùs volat ſagittâ. Sed & Divinus Amor, ſuis nequaquam eſt, deſtitutus jaculis: immo, quo puriori animos accendit ardore, eò validiora, frequens ei ſubminiſtrat deſideriorum tela: quibus in ſummam Dei Bonitatem, toto affectu collimet, & feratur: ita ut quævis Dei Amore flagrans anima, dicere cum Propheta poſſit: *Poſuit me ſicut ſagittam electam in pharetra.* Iſaiæ 49. Tale prorſus ignitum telum, erat cor Auguſtini, quod ille, cum perpetuò ad Deum dirigeret, dicebat: *Inquietum eſt cor meum, donec perveniat ad te.* Tali nimirum Divini Amoris igne ar-

Digitized by Google

debat ille, ut non tantùm, plurima deſi deriorum ſuorum tela, in Deum dirigeret, ſed cor etiam ipſum, miſſilis pyroboli inſtar, ad eandem Divinæ Bonitatis metam jaceret.

Amor Dei inſtar tormenti bellici concepto igne inflammatus eijcit.

Sed quid levioribus ſagittis, aut miſſilibus pyrobolorum ignibus, pios erga Deum affectus, comparatos eſſe volo? cum grandioribus etiam tormentis æquiparari poſſint. Scimus enim, eam machinam, gravi globo oneratam, non prius injectũ ſibi pondus, cum fragore, in auras eijcere, donec admoto fomiti igne, flammam conceperit: ſic demum incenſa, plumbeam glandem eructat, & ad propoſitam fulminat metam. Sed nec Divino Amore, hominum ſuccenſæ mentes, minores exerunt vires: poſtquam enim & illæ, Charitatis Divinæ conceperint flammam, illico in vehementiores, heroicarum virtutum actus erumpunt: & per eas, quas jaculatorias nominamus orationes, ad deſtinatam, votorum ſuorum metam Deum, concitato affectu potenter feruntur.

Amor Dei aquam igni admotam & vitalem imitatur calorem.

Foco adhuc ardenti, rem de qua agimus, illuſtratam eſſe velimus. Scimus, aquam ollæ infuſam, igniq; admotam, fervere, & ebullire: flammis verò procul ſubmotam, ſenſim tepeſcere, & tandem frigere. Idem planè, nobis perſvaſum habeamus. Si enim Deum perfectè amaverimus, fervere nos pijs affectibus, continuò ſentiemus: ſi verò ex Amore Dei, vel tantillùm remiſerimus, nati-

Digitized by Google

vo tepore infrigidati, omnem in nobis, piæ erga Deum affectionis calorem, deſijſſe experiemur: fatebimurq;, illum ſolum eſſe perfectum, & vividum Dei Amorem, qui piis ſemper calet affectibus. Vt enim vitalis, quo vivimus calor, continuis ſe prodit reſpirationibus, qui poſtquam ſpirare deſierit, eò ipſo, extinctum ſe indicabit: non aliter Divinus, qui vitam in nobis fovet ſpiritualem, Amor, ubi à frequentibus ad Deum aſpirationibus ceſſaverit, jam nullum ſui veſtigium, ſupereſſe manifeſtabit. Quæ cum ita ſint. Si vivere Deo volumus, illud in votis habeamus, quod, præclarum Divini Amoris receptaculum S. Melchidis, ardenter deſiderabat, & omnibus optandum exiſtimabat: ut ſingulæ vitales noſtræ reſpirationes, ſint ad Deum aſpirationes.

ALLOCUTIO V.

Frequens pij colloquij uſus, certum eſt, Perfecti in Deum Amoris documentum.

PArum eſt, Perfectum Dei Amorem, ardentibus ſemper fervere affectibus, niſi etiam, verborum ſæpius ſcintillet ferventi pietate. Scimus ignem, ſolum, reliqua inter elementa, ſonorum & voca-

Cætera Elementa muta, ſolum ignem fecit natura vocalem.

 voca-

vocalem eſſe. Silet continuò terra: vaſi infuſa conticeſcit aqua: aer, niſi ventorum turbine agitetur, tacet quietus: ſolus ignis: dum ardet, ſtrepit quo ſuo uſu, & conſvetudine, bene iterum, Divini Amoris illuſtrat perfectionem: nunquam enim, verus perfectusq; Dei Amor, mutus, & elingvis, eſt ſed ubi opportunum fuerit, in pia ſolvit lingvam colloquia. Non fruſtra ille, Divini Amoris cælo delapſus ignis, lingvarum ſpecie, Apoſtolorum implevit pectora: fecit enim eos, piè diſertos, & loquentes magnalia Dei. Vt inde colligere, ac etiam demonſtrare poſſimus, perfectum Dei Amorē, ibi ſolùm fervere, ubi lingva, libenter ſancta colloquia miſcet, & frequentes, pijs de rebus, facit ſermocinationes.

In lingvis igneis Spiritus S. deſcendit in Apoſtolos, ſemper enim diſertus Amor Dei eſt.

Habet & eam, ſibi à natura inditam virtutem, is, qui nobis Dei Amorem, ſæpius adumbrat ignis: quòd nuſquam abſcondi celariq; poſſit. Sunt cæteris elementis, ſuæ latebræ, & involucra, quibus recondita, perſpicaciſſimos etiam, intuentium oculos, effugiunt, & declinant. Atq; ita aer, ſuâ ſubtilitate involutus, licet acutiſſimo ſæpe non attingitur viſu. Terræ & aquæ elementa, opacis corporibus tecta, aut ſuæ profunditati immerſa, vel certè tenebris involuta, omnem oculorum effugiunt perſpicacitatem: ſola ignis, nunquam otioſa virtus, nullis operiri latebris, nullis tenebrarum poteſt obtegi involucris: ſed ubiq; ſuo ſe lumine, & erumpentibus

pentibus inter flammas ſcintillis, prodit, & oſtentat. Ita planè cæteræ virtutes, eâ, cui plurimùm afficiuntur, ſe obtegunt humilitate, videriq; nolunt. Divinus Amor, dum intra cordis abdita contineri nequit, in piis colloquiorum ſermones, crebro erumpit, & exardeſcit. Talis enim eſt, in humani corporis, Dei opere, ſtructâ compage, lingvam inter, & cordis arcana, nexus, & unitas: ut quod, intra ſuas cor condit latebras, lingva ad extra promat, & evulget: *Ex abundantia enim cordis* (ut Æterna Veritas Lucæ 6. teſtatur) *os loquitur.* Vnde experimento diſcimus, quòd ea, quæ corde latent, in ore patent. Veluti enim, vas opobalſamo plenum, grato adſtantes recreat odore: jam ſi toxico repleatur virulento, tetro afficit, aut peſtilenti perimit fætore. Non aliter, quod intus, cor humanum continet, per os exhalat ad extra. Atq; ita, cui eſt, amor pietatis cordi, non niſi quæ probitatem olent, promit ille verba. Iam ſi quis obſcænitate aliquâ, aut fædâ quapiam aliâ cupiditate, ſentit ſe eſſe affectum: ſolus ex ore ejus, turpiloquij, aut ſcurrilium ineptiarum eructat fætor. Idem & Divino Amori, uſuvenire ſolet: qui poſtquam cordis intima repleverit, illico in pia, & ſancta prorumpit verba: adeo ut nullum, poſſit eſſe noſtri, erga Deum, perfecti Amoris, ac pietatis, magis evidens documentum, quàm de ſanctis, pijſq; rebus, frequens loquendi uſus.

Lingva cordis, index eſt.

Veritas

Abrabam propter pios ſermones à Gentilibus Dei Princeps dictus eſt.

Veritas quam adſtruo, quanquam in multi potiſſimùm tamen in Anteſignato Patriarcharun Abrahamo, patet ad oculum. Mirum eſt, quant olim ſtudio, & reverentiâ, Gentiles Hæthei, in ſu am regionem advenam Abrahamum, proſecuti fu erint. Peregrinum ſe ille, & exulem inter eos, in genuè fatebatur, humiliſq; ad illos, ac precabun dus, accedebat. Ipſi nihilominus, eum apud ſe, tan quam Dei Principem ſalutabant, ac venerabantur *Audi* (inquiunt) *nos Domine, Princeps Dei es a pud nos.* Gen: 23 Vnde quæſo, tantùm authorita tis, apud ignotos ſibi homines, conciliavit Abraha mus? Vnde terræ incolis, in advenam, tanta re verentia, & opinio ſanctitatis? ut eum non vulga rem, ſed Dei Principem nominare, & venerari vo luerint. Totam facti rationem, exiſtimat Philo Hebræus, Lib: de Nobilit: eveniſſe, propter ſanctita tem verborum, quibus utebatur Abrahamus: *Honorabant eum* (inquit ille) *quaſi Dei Principem ſuſpicientes ingenium, auguſtius humano faſtigio nec enim ſermonibus utebatur vulgaribus, ſed Divinitatem quandam præſeferentibus.* Audiebant homines illi, quamvis fidei lumine deſtituti, ex ore Abrahami, nunquam vanum, aut leve verbum ex cidiſſe, ſed omnia, quæ cum gravitate proferebat dicta, inſolitam ſapere pietatem: unde non vilem è vulgari plebe hominem, ſed ut virum Deo unitū ac familiarem, arbitrabantur, & cultu ſingulari

proſe-

proſequebantur. *Ita* ſecum ratiocinati: fieri aliter non poteſt, niſi quòd homo ille, Divinâ quadam virtute polleat, qui nihil eorum loquitur, quæ levitatis alicujus cenſuram, aut mundanæ affectionis notam, afferre poſſint: ſed illa tantùm, ex ore ejus verba prodeunt, & audiuntur, quæ ad Divini Numinis notitiam, cultum & amorem ducunt, & inflammant. Et meritò quidem illi, eam de Abrahamo, ſanctitatis opinionem concipiebant. Nullum ſiquidem, clarius eſſe poteſt, Divini Amoris, & pietatis argumentum, quàm frequens colloquium de rebus pijs, ac Divinis inſtitutum. Tunc demum & nos: Perfectum Dei Amorem, in nobis fervere experiemur, ſi in quavis temporis opportunitate, verba ad pietatem Amoremq; Dei accommodata proferre in uſu, & conſvetudine habuerimus.

Verùm clariùs, rei iſtius evidentiam, exhibet nobis, clarus prodigijs Propheta Eliſæus: quem, cum illa, à ſuæ devotionis pietate, multùm commendata Sunamitis, hoſpitio ſæpius excepiſſet, viri ſanctitatem non mediocriter admirata, 4. *Reg:* . dicebat: *Animadverto, quòd vir Dei ſanctus ſit iſte.* Tenet me, magna ſciendi cupido: unde Sunamitis hæc, ad internam, & ſoli Deo notam, Eliſæi ſanctitatem, oculis potuit pertingere corporeis? Si externa, ad omnem modeſtiam, compoſita viri ſpecies, eam illi, de ſanctitate Prophetæ, ingerebat opinionem? nonne poterat, ex ſua etiam *Eliſæus cur vir ſanctus, à Sunamite appellatus eſt*

notitia,

Digitized by Google

notitia, in partem contrariam, ita ſecum cogitare
Leve iſtud incertumq; eſt, ſolidæ ſanctitatis argu
mentum ad leges modeſtiæ compoſiti mores, cum
experimento compertum habeamus, ſub ovium
tiam pellibus, poſſe, & ſolere latere lupos.
& maligni ſpiritus transfigurant ſe in Angelos
cis: quantò magis inter homines, ſæpe ejuſm
conficta ad ſpeciem probitatis ſimulacra, & eme
titas virtutis impoſturas, hiſce uſurpamus ocul
Vnde prudenti fæminæ, hominis modeſta agend
ratio, non potuit fuiſſe ſufficiens ſanctitatis docu
mentum. Scio Salomonem Rabbi, apud Lyranum
exiſtimâſſe, ex eo Sunamitem, magnam de Eliſæ
ſanctitatis opinionem concepiſſe, quòd in cænacul
ejus menſa, nulla unquam compareret muſca
Quod arbitrarium Hebræi iſtius commentum, ſi a
liquid ſimilitudinis, ad rei veritatem habere po
ſt: facile mihi aſſequi conjecturâ eſſet: ideo E
liſæi menſam & habitaculum, muſcis vacuum fuiſ
ſe, quòd abſtemius Propheta, nulla ubi unquam
aſſervaverit edulia, aut poculenta. Vnde non mi
rum, muſcas cibis, & cupedijs deditas, locum ſin
gulari abſtinentiæ dicatum, averſatas fuiſſe. Itaq;
ex mente ejuſdem Rabbini, dum Sunamitis hæc,
hoſpitem ſuum Eliſæum, à ciborum lautitia, ab
ſtinere conſiderat, perfectam viri ſanctitatem ex
tollit, & deprædicat. At enim, primum hoc eſt,
in Palæſtra virtutis rudimentum, non conſumma
tæ ſan-

Muſcæ in cænacul Eliſæi dum non cōparebant, ſingularem Prophetæ abſtinentiam, denotabant.

Digitized by Google

ſanctitatis elogium: turpe Gaſtrimargiæ vitium, deteſtari. Quod enim, etiam tirones, perfectionis agonem incipientes, plurimùm infamat, ſolidæ ſanctitatis viros, non uſq; adeo commendat. Ergo alia fortè, abſentium ab hoſpitio Eliſæi muſcarum proprietas, Prophetæ indicabat ſanctitatem. Novimus, muſcam eſſe animal vagum, inquietum, importunum, laboris expers, cupediarum avidum: quod vitiorum agmen, quia ab habitaculo Eliſæi aberat, viri ſanctitatem declarabat. Atqui iſta, vitiorum tantùm negationem, non verò ſanctitatis, inferunt affirmationem: proinde ego, mera hæc ſomniantis Rabbini figmenta, unà cum natis in ejus cerebro muſcis, excutio, & repello. Magis verò, Erudito Cardinali Cajetano, cæteriſq; à virtute & doctrinæ, authoritate, commendatis Interpretibus aſſentior, aſſerentibus: quòd ex frequentiori, cum Eliſæo ſermone, ad magnam, ejus ſanctitatis æſtimationem, Sunamitis hæc facilè devenerit. Audiebat illa ſæpius Prophetam, non captatos per compita platearum rumuſculos, narrantem, non quæ levitatem ſaperent dicteria, aut facetias proferentem, ſed de pietatis ſtudio, nec non Divini Numinis cultu, & amore, ardentiùs diſſerentem: unde ſanctitatem ejus, non ex vano aſſecuta, dicebat: *Animadverto, quòd vir Dei ſanctus ſit iſte.* Non enim aliter fieri poteſt, niſi eum eximiâ ſanctitate præditum eſſe, & Divino Amore, continuò æſtuare,

Eliſei, ex frequenti pÿ ſermonis uſu, ſāctitas effulſit.

 ex cu-

Digitized by Google

ex cujus ore, adeo pia, ſancta, & Deum ſonantia verba, prodeunt.

Abſconditam in carne mortali Divinitatem Chriſti unde Petrus aſſecutus eſt

Sed quid, ego, ſanctos quidem, homines tamen, erroribus ſubjectos, in rei iſtius adduco teſtimonium? cui Æterna Veritas, fidem adſtruit. Scimus igneam eſſe Dei naturam, Moyſe, cœleſti luce illuſtrato, ita atteſtante: *Deus noſter, ignis conſumens eſt.* Et hunc Divinitatis ſuæ ignem, Filius Dei, ſecum in terras detulit, ſed humanæ mortalitatis cineri, infoſſum & inſepultum: ita, ut Divinitas ejus, carne obvoluta, à creaturis, intellectu præditis, non tantùm oculorum perſpicacitate attingi, ſed ne rationis quidem ſubtilitate percipi poſſit. Vnde tamen Principi Apoſtolorum Petro, ea mentis ſagacitas? quòd latentem in carne Chriſti Divinitatem, ſit aſſecutus, & palàm confeſſus: *Tu es Chriſtus, Filius Dei vivi.* Tot (per Deum) millia hominum, præ oculis habebant Chriſtum Dominum: neq; tamen in eo occultam Divinitatem agnoſcebant. Perſpicaces, & multa à longè cognoſcentes oculos, conijciebant in eum, veteris Teſtamenti Prophetæ, nec tamen Divinitatem ejus, ſago mortalitatis obtectam, viſu percipere poterant: quare ajebant: *Vidimus eum, & non erat ei aſpectus, neq; decor, unde nec reputavimus eum.* Isai. 53. Petrus verò, unde tantùm hauſit intelligentiæ, ut quem cæteri hominum, fabri progeniem putabant, ille Dei Filium confiteretur? Opera credo,

Salva-

Salvatoris noſtri, prodigijs plenam, eam Divinitatis ſuæ confeſſionem ab Apoſtolo, evicerunt. Sed nonne in oculis, tot hominum, è vicino ſpectantium, faciebat ſigna, & prodigia Chriſtus? neq; tamen quiſquam repertus eſt, qui daret Gloriam Deo, & Divinitatem ejus, tot convictus prodigijs fateretur: immo erant, qui blaſphemo ore dicerent: In Principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Cæleſti, (dicet quiſpiam) lumine, Petrus affatim illuſtratus, latentem in Chriſto Domino Divinitatem confeſſus eſt. At nonne & ipſa, Divinæ Bonitatis Liberalitas, in omne hominum genus, copioſè effundit Gratias Illuminantes? cur tamen hoc Cæleſte Lumen, ſolius Petri intellectum, ita colluſtravit, ut abſconditum, in homine Deum, agnoſceret, & confiteretur? Certè facti iſtius, nullus Interpretum, Doctorumq;, adferre poteſt rationem magis ſufficientem, illâ, quam attulit, idem ipſe, Divinitatis Chriſti, confeſſor Apoſtolus dum ita Ioan: 6. Salvatorem ſuum alloqueretur: *Verba vitæ æternæ habes, & ideo nos credimus, & cognovimus: quia tu es Chriſtus, Filius Dei.* Quaſi diceret: Eſto alia, ad agnoſcendam Divinitatem tuam defuerint argumenta: ego te Verum Deum, de ore tuo judico. Tanta enim verborum tuorum ſanctitas, & Divina virtus, auribus, cordibuſq; noſtris illabitur, ut hominem (niſi bruto ſtolidior fuerit) Divinitatis tuæ, facilè convincere

Chriſtus Divinitatem ſuam plenis pietate ſermonibus declaravit.

poſſit. Audiebat nimirum Petrus, Salvatorem no-ſtrum, illa tantùm proferre verba ſolitum, quæ aut Amorem Dei, in animis hominum accenderent; aut pretium pietati facerent. Hinc, quaſi certo convictus argumento dicebat. *Verba vitæ eternæ habes & nos credimus & cognovimus quia tu es Filius Dei.* Quodſi, latens in Chriſto Divinæ naturæ Ignis ab ore ejus, quaſi ex ardenti foco, per ſermonis pietatem, vel maxime erumpebat, & in hominum notitiam deveniebat? certè & noſtri, ardentis erga Deum Amoris, evidentius argumentum eſſe non poterit, quàm ſi pijs colloquiorum ſermocinationibus aſſveſcamus.

S. P. Ignatius inſignem ſanctitatem ſuam verborum pietate comprobavit.

Omnino Salvatoris ſui preſſè inſiſtens veſtigij, B. Pater noſter, præclarum rei hujus exhibet documentum. Magnus fateor, in corde IGNATII, Divinæ Charitatis ignis exarſerat: ſed non minor erat in ore ejus, pietatis fervor, qui in pia colloquiorum verba, continuò erumpebat. Nullum ſiquidem ille ſermonem, niſi qui pietate, & Dei Amore caleret, proferebat: quod cum eo fervore & ardore vultûs (prout magnus B. Patris ſui cultor, P. Nicolaus Lancicius teſtatur) faciebat: ut flammas, non verba, fundere, & corda urere videretur. Et ſenſerunt profectò, plurimi mortalium, vim propè Divinam, verba ſpiraſſe IGNATII, quibus ille multos, ad exſecrandam vitiorum inveteratam conſvetudinem animabat, multis, à mundi vanitate abſtra-

abſtractis, auſterioris vitæ rationem perſvadebat ; & ad arctiores perfectæ ſanctitatis ſemitas , mirâ verborum efficaciâ deducebat. Quod, ſuo edoctus experimento, inſigne *R*eligionis noſtræ decus , P Hieronymus Natalis, ingenuè fatebatur, ſe ex ſolo familiari, cum *IGNATIO* ſermone, ad Societatem, à cujus Inſtituto abhorrebat , animum adjeciſſe. Nihil minùs; quàm vitæ Religioſæ Profeſſionem, cogitabat & ille alter, Laureâ Theologicâ inſignis Doctor, Michael Turrianus, qui cùm in alio, longè diverſo negotio, conveniſſet IGNATIVM , ita ſe , inter colloquendum, totum ejus pietate, ſenſit inflammatum, ut illico, ſpretis omnibus , opum ac honorum pollicitamentis (quibus eum , & ſua eruditio, & apud viros Principes, non vulgaris æſtimatio lactabat) *IGNATII* ſe voluntati, & vitæ Religioſæ jugo ſubmiſerit. Vt abſtineam reliquos , ſine cenſu & numero recenſere, verbis *IGNATII*, ardorem pietatis ſpirantibus, ad meliorem frugem, & vitæ ſanctioris propoſitum , inflammatos . Vnde quiſquis ſe ferventiori B. Patris ſermone, ad pietatem vehementiùs accendi ſentiebat, dubitare non poterat, tanto eum æſtu Divinæ Charitatis arſiſſe, ut cum intra cordis anguſtias, arctari non poſſet , flammæ inſtar ardentis, per oris repagula, in verba erumperet, Dei Amore inflammata : ad cæterorum mentes & affectus, pietatis ardore incendendos: ut meritò, de eo dici poſſit, qud de igneo Vate Eliâ

Hieronymus Natalis & Michael Turrianus pio S Ignatiÿ ſermone ad magnam ſunt accenſi ſanctitatem.

te Eliâ Sacer Textus memorat: *Verba ejus quaſi facula ardebant.* Ita ille, aliud, quàm de Deo, lo qui neſciebat, qui Deum toto pectore hauſerat. Sed parum erat B. Patri, in Divinæ Charitatis eviden documentum, & proximorum, ad pietatem vehe mens incitamentum, pios inſtituere ſermones con ſveviſſe. Sed nobis quoq; plena ejuſdem pietatis co loquia, cum quovis hominum genere, voluit eſſ familiaria. Vnde, cum ſocios in diverſas mundi pa tes, expediret: Ite (ajebat) orbem incendite: no alijs utiq;, niſi lingvarum tædis, Dei Amore arden tibus. Quod ut faciliùs omnes præſtaremus, unam nobis meridie, veſperi alteram, à menſa horam indulſit, ſpiritualibus colloquijs inſumendam: u diſcamus domi, quid foris ad proximorum ſalutem & ædificationem, loqui debeamus. Faciebat, hâc in re ſatis, menti & votis S. Patris, in ipſis vitæ Religioſæ primordijs Gentis Polonæ, & Religionis noſtræ, inſignis Gloria, B. Stanislaus Koſtka, qui di ctas piorum colloquiorum horas, eo implebat fer vore, ut ad Religioſam Perfectionem, quotquot ade rant, vehementius accenderet: unde viri etiam, an nis & authoritate in Religione graves, ut ab ejus ſermone incaleſcerent, libenter audiebant piè diſſe rentem. Ita Sarmaticus Phænix iſte, eo ſe intus Divini Amoris igne, æſtuare, verbis oſtendebat, qui brevi temporis ſpatio, totus conflagravit.

Pius colloquiorum uſus plurimum eſt nobis à S. P. cōmendatus.

Vnde quivis facilè, ex dictis colligere poteſt

quòd

Digitized by Google

Verba quæ mundi vanitatem olent, Divini Amoris indicant vanitatem.

...od ſicut illi, perfectò ergà Deum, probant ſe ar... Amore, qui, cum ſingulari quadam a... voluptate, pia loqui conſveverunt· ita è con... modicum, aut nullum, in illis Divini Amoris ...eſſe indicium eſt, qui nihil unquam, quod pieta... ſapiat, domi foriſq; proferunt; ſed eos, qui ..., & mundi vanitates olent, ubiq; miſcent ...mones. Quod S. Laurentius Iuſtinianus, de Per...ione Monaſticæ Converſationis cap: 15. acerbo ...borum ſenſu, ita deplorat: *Videmus agricolas, ... in unùm coadunantur, repente, & ſine tædio, ... quæ agriculturæ ſunt ſermocinari. Artifices ... mechanicos, de artificijs, mercatores de merci...bus, Oratores de facultatibus confabulari. ... dolor! ſoli Dei ſervi, quæ proprio congru... ſtatui, loqui non curant, aut ignorant.* Hic ...ller pudor, hæc infelicitas eſt; quòd, cum de bobus ...rret arator, enumeret paſtor oves, vulnera miles: ... vitam Religioſam profeſſi, nihil ſæpe pium, ac ...ligioſum loquimur, ſed ad vanitates, & ineptias, ...mine Religioſo indignas, ora laxamus: quâ ra...ne, nos Amore Dei vacuos, & omni pietate de...tutos palam facimus. Quam profanæ loquacita... nobis inuſtam, ut aboleamus notam, ea quæ Deo, & noſtrâ vocatione digna noverimus, lo-qui aſveſcamus. *I*ta aperiamus os noſtum, ut at-trahamus ſpiritum, qui nos Dei Amore, & eâ, quæ decet Religioſos, impleat ſanctitate.

ALLO-

Regularum S. IGNATII obſervatio, ſumma Perfectio eſt.

Certas viatoribus leges obſervare opus eſt.

SVnt certæ viatoribus leges, & ſtatuta, quibus illi, ſuum accomodant, & moderantur iter. Hinc mane, è ſtratis impigrè ſurgere, tempore antelucano, viam aggredi, & meridianos ſolis ardores prævenire, quaſi è præſcripto, in uſu, & conſvetudine habent. Præterea, juſto tempore, iter definiunt, greſſum, ultra modum non intendunt, & concedunt juſtam quieti moram: cum nimiâ ſiti cælo fervente, ſe æſtuare ſentiunt, etiam frigidam, putant eſſe, ſibi interdictam: ne ex motu incaleſcenti, & ſudore defluenti, ſint nocumento corpori. Hæc, aliaq; ſimilia, legum ſuarum ſancita, qui accuratè obſervant, integris viribus, viam ſtrenuè decurrunt; & felices ad terminum veniunt. Illi verò, qui uſitatæ viatorum conſvetudini, nihil tribuunt, ſed pro ſuo libitu, omnia agunt, facilè in via deficiunt, & metam non apprehendunt. Quòd ſi terreſtre iter, certis legum ſtatutis, dirigere opus eſt! quantò magis, cæleſtem ſanctimoniæ viam agentibus, ſuæ conditionis leges, ſunt obſervatu neceſſariæ. Mittamus alia, alijs conducentia ad Perfectionem

nem ſancita: nobis à Beato Duce, & Patre noſtro GNATIO, ad faciliùs conficiendum iter Perfecti- nis, leges præſcriptas, intueamur: & videbimus, earum diligenti obſervatione, omnem virtutis oſtræ Perfectionem conſiſtere, ac contineri.

Parum eſt (ut ſupra diximus) ad accuratam gum noſtrarum obſervationem, veluti ad Lydi- m lapidem, Divini Amoris explorari valorem: to- inſuper vis, & integritas, ejus, ad quam ſeriò o- igamur, ſanctimoniæ, diligenti Regularum no- ſtarum comprehenditur exſecutione. Hinc adcon- ſequendam vocationis noſtræ Perfectionem, eremos & ſolitudines obire, rigidis Anachoretarum ſpecu- bus, & antris includi, corpus exquiſitis atterere mentis, & extenuare inedijs, minimè opus eſt. Vnde B. Pater, jejunijs, vigilijs, ac cæterâ cultûs iſq; aſperitate, nos ab alijs, Religioſæ ſanctita- is ſectatoribus, ſuperari facilè permittit: noſtræ erò Perfectionis: *In abſolutâ omnium Conſtitutio- num obſervatione, noſtriq; Inſtituti, peculiari rati- one adimplendâ*, vim & robur omne, conſiſtere aſſerit. Debitam vocationi noſtræ, ut conſequa- mur Perfectionem, varias orbis plagas circumire, maria tranare, ultra *Indos* & *Garamantas* excurre- re, nobis non incumbit. De majori quidem Dei Gloriâ, & proximorum ſalute, ibi mereri poſſu- mus: ſed ſanctitatis medullam, in noſtris Conſti- tutionibus, & Regulis, comprehenſam, ubiq; præ

Tota Perfectio noſtra, in obſervatione legum conſiſtit.

Digitized by Google

oculis habemus. Demus tantùm operam, invi-
latæ legum noſtrarum obſervationi, & brevi, ſu-
mum ſanctitatis culmen conſendemus: ita ut quo-
libet cæleſtis Patriæ Incolas, meritis & gloriâ in-
gnes, non æquare ſolùm, ſed ſuperare etiam ſa-
ctitate, ſolâ, eâq; integrâ, Regularum noſtraru-
obſervatione, facilè poſſimus.

Omnis noſtra ſanctitas, ad ſimilitudinem Veteris Teſtamenti Arca, ex obſervatione legum habetur.

Stabiliendo, huic Legum noſtrarum encomi-
firmius documentum, in illâ veteris Teſtamenti
plenâ prodigiorum Arcâ, ſedulò inquiramus
Hanc Regius Vates, diligentius contemplatus, i-
Divinum Numen, Pſalm: 131. alloquitur: *Surg-
Domine, in requiem tuam, tu, & Arca, ſanctifica-
tionis tuæ.* Deum à Propheta, humili obſequioru-
veneratione, ad æternam invitari, ac deduci qui-
etem: non eſt quod miremur: cum Divinæ ſanct-
tati, quietiſſimum illud cæleſtis Patriæ Palatium
ſummo jure deberi, nulli dubitemus: ſed quòd i-
dem Vates, Arcam quoq;, licet prodigijs claram
arte tamen humanâ fabricatam, cum Divina Ma-
ſtate, æquali planè deducat paſſu, & denominat-
onem tribuat ſanctitatis: hoc, locum dat, juſto ſtu-
pori. Noverat optimè cæleſti ſapientiâ eruditu-
Rex & Propheta David, ſolam & unicam ration-
lem (qualis eſt in Deo, Angelis, & hominibus
naturam, ſanctitatis, ac Æternæ Beatitudinis, eſ-
capacem: eccur tamen, Arcam intellectu, ac vol-
tate, ex toto deſtitutam, ſanctitatis nomine com-

pellat?

Digitized by Google

pellat? & in Beatæ quietis atria, ſolenniter intro-
ducit? Et quod majori admiratione dignum eſt;
opulentam, & copioſo, intus & extra, involutam
auro, quomodo ſanctitatis vult eſſe capacem Ar-
cam? cum Æternæ Sapientiæ conſilium, etiam
homines, ſpernere aurum jubeat, ut ſanctitatem
conſequantur perfectam. Si duo Cherubim ad cu-
ſtodiam Arcæ deſtinati, ſuam ei ſunt impertiti ſā-
ctitatem: nonne & homines, tutelari Angelorum
præſentiâ gaudent? & tamen rarò ſanctitate pol-
lent. Pontificia credo, quæ intra Arcam aſſervaba-
tur, Aaronis virga, ſanctum faciebat ſui recepta-
culum. Vnde & nos experimento diſcimus, in il-
lis tantùm hominum cætibus, ſanctitatis famam,
& nomen vigere, ubi virga, ſeverioris diſciplinæ
vigilat aſſervata. E contra verò, proſcriptus ex
communitate, juſtæ animadverſionis, in errata ri-
gor, in omne nefas, laxat licentiæ frena. Atqui
non omnes (obſtinatæ præſertim in malo, homi-
num mentes) inflictis ſapiunt pœnis: immo, ple-
rumq; fiunt, deteriores plagis.

Scimus, præter ſeveritatis virgam, etiam ſva-
ve edulium manna, in eadem Arcâ aſſervatum fu-
iſſe: ut hinc colligamus, non ſolà rigoris ſeverita-
te, ſed charitatis etiam ſvavitate, ſanctitatis vigo-
rem conſervari. Veluti enim, non diu, onus tra-
heret in viâ, jumentum illud, quod continuis ver-
beribus ſtimularetur, nullo verò, aut tenui pabulo

Non rigor aut lenitas, ſed Amor Dei ſovet ſanctitatem.

 refice-

reficeretur: ita debilis (quæ noſtra eſt) infirmitas, non ſolius rigoris impulſu, urgeri, ſed lenitatis etiam, & beneficiorum incitamento, induci debet, ut alacriùs in via Perfectionis progredi poſſit. Cæterùm, qui Deum, purâ intentionis ſinceritate quærit, citra utrumq; motivum iſtud, conſequi ſanctitatis Perfectionem facilè poteſt. Brutæ pecudis, hæc propenſio, non præditi ratione hominis, indoles eſt: plagis impelli, aut beneficijs allici ad virtutem: Ne nomine quidem Religioſi, illum ego, dignum eſſe arbitror, quem, interdum pœnis urgere, interdum beneficijs inescare, ad currendum in via Perfectionis opus eſt. Solidæ virtutis ſtudium, ſolius Dei Amore incitatur. Quod ſi, non duo Cherubim, non virga & manna, Arcam effecerunt ſanctam: Divinis id Legibus, quas, in ſe quoq; continebat, tribuendum eſt. Ita planè ſentit Aureus Orator, & Sanctus Doctor Chryſoſtomus, qui totam Arcæ ſanctitatem, ex literis, ſeu tabulis Divinæ Legis, in eâ contentis, aſſerit provenïſſe. Quod Pſaltes contemplatus, ajebat. *Surge Domine, in requiem tuam, tu, & Arca ſanctificationis tuæ.* Vel, ut Chaldæus legit: Tu, & Arca, in qua eſt lex tua. Ex quo verborum textu, & S. Doctoris ſenſu, clarè intelligi datur: Totam Arcæ ſanctitatem, ex Divinâ (quam aſſervabat) Lege, emanâſſe.

Quòd ſi Regio Vati (interprete Chryſoſtomo) Arcam, rem omnino inanimem, ſanctitatis ti-

tulo

tulo honorare licuit? quòd Divinæ Legis Decalogum, digito Dei exaratum, intra ſe verò, localiter tantùm, depoſitum aſſervaret: quantò magis Leges noſtræ, inſignem nobis ſanctitatem comparabunt: ſi earum accurati obſervatores, fuerimus. Præſertim, qnòd legum quoq; noſtrarum, ſanctum codicem, eadem, quæ Moyſis Decalogum, dextera Dei conſcripſit, ut Divinum, per ſuum in terris Vicarium Paulum V. aſſerit Oraculum: & plurima alia, graviſſimæ authoritatis, per Nicolaum Lancicium, fuſè collecta, evincunt teſtimonia. Habet hæc habuitq; ſemper (quæ Dei Gratia eſt) nova Religionis noſtræ Arca, plurimos ingenio, & doctrinâ, inſignes Cherubinos, viros omni literaturâ eruditos. Viget in eâ (ejuſdem Dei Beneficio) vigilans religioſæ diſciplinæ virga. Adeſt cæleſtis doctrinæ manna, quo, & noſmetipſi, in vitam alimur æternam, & plurimis aliis, *D*ivinum iſtud pabulum, abundè communicamus. Tantis, pleriq; Patrum noſtrorum, claruerunt miraculis, quantis; ne ipſa quidem, prodigioſa Aaronis virga, aut cælo delapſum manna, clarebat olim. Cæterùm tamen, non iſtæ, aliæq; ſimiles, Religioni noſtræ cælitus communicatæ dotes, ſed Divinâ manu traditæ, à nobis verò, accuratâ diligentiâ, conſervatæ Leges, ſolidæ virtutis, impertiuntur donum. Superemus ſanè Anchietas, Realinos, cæteroſq; noſtros Thaumaturgos, prodigiorum numero, & magnitudine; hæc ta-

Non naturâ dotes, aut Dei dona, ſed Regularum obſervatio, ſanctos facit ſocietatu viros.

Digitized by Google

hæc tamen omnia abſq; integra, Legum noſtrarum obſervatione, nos ſanctitate non facient conſpicuos: ſiquidem & iſtos, quos nominavi claros prodigijs viros, non thaumaturga, quæ patrabant opera, ſed legibus noſtris inſcripta, ab illis verò inviolatè obſervata virtus, fecit toto orbe ſanctitate celebres. Paucis, multa concludo: dum nonminùs, liberè, quàm verè enuntio: totius ſanctitatis noſtræ, exactam Regularum obſervantiam, viam compendioſam eſſe: quòd non ex meo, ſed ex omnium, inſigni ſpiritu, & eximiâ ſanctitate, illuſtrium Patrum noſtrorum ſenſu, & experimento, loquor.

Obſervatores Conſtitutionū Societatis IESU digni Apotheoſi.

Quibus, præbet iterum aſſenſum, Dei in terris vicaria Veritas, per ſuum Interpretem, Gregorium (ſi non fallor in nomine) Papam XIII qui perſpectis Conſtitutionum noſtrarum ſtatutis, quaſi extatico ſpiritu actus, coram aſſiſtentibus dicebat: ſi certò poſſet mihi conſtare, quempiam ſocietatis iſtius hominem, omnes illas leges, quas hic deſcriptas lego, inviolatè ſervâſſe, eum ego, ſi non viventem adhuc, certè demortuum, omiſſis omnibus ſcrutinijs & inquiſitionibus (quales, Proceſſus requirunt Canonizationis) immediatè ſacrâ donarem Apotheoſi, & magnum, in Eccleſia Dei pronuntiarem Sanctum. Et omnino veritati conſonum, erat Pontificium iſtud judicium. Quidquid enim in omnium Religioſorum ſtatutis, ad ſummū

Perfe-

Digitized by Google

Perfectionis gradum faciliùs conſequendum, erat maximè accomodatum hoc Legiſlator noſter, veluti argumentoſa apis, ex florum varietate, nectar collegit, & ad ſuum tranſtulit Inſtitutum, ita ut nihil mediorum, ad ſublimem ſanctitâtis perfectionem eſſe, aut cogitari poſſit, quod in noſtris legibus. hoc eſt, in abſoluto ſolidarum virtutum compendio, non inveniatur. Quid enim leges iſtæ nō ſanctum? quid continent non perfectum? quas revelantis Dei digito conſcriptas, ex Pontificio etiam novimus oraculo, & à Sanctiſſima Dei Matre MARIA, materno ore, Beato Patri non dubitamus de eſſe promptas. Magnam proinde, eviſceratâ grati animi ſignificatione, noſtram fateamur felicitatem: quòd leges noſtras, tantâ ſolidarum virtutum copiâ, refertas habeamus, ut ſolâ, & unicâ, diligenti, earum obſervatione, ad ſummum perfectiſſimæ ſanctitatis culmen, eniti facilè valeamus.

Unde de Eliſæi ſanctitate opinio ſunamitis?

Quod quali ratione, & methodo conſequi poſſimus? à S. Prophetâ Eliſæo, edoceri velimus. Redeo ad propoſitam ſuperiori Allocutione de ſanctitate, ejus quem nominavi Prophetæ, quæſtionem. Et dictis ibi, non ſatis contentus, rurſus inquiro: unde celebris illâ, & devotâ mente, optimè S. Prophetæ affecta ſunamitis: tale de eo 4. Reg: 4. formavit judicium? *Video quòd vir ſanctus ſit iſte.* Audiebat (ut dixi) ex ore ipſius verba, ſpiritûs, & devotionis plena: aderat non rarò zeloſiſſimis,

pro

pro concione ſermonibus: hinc virum ſanctum non intra ſe tantùm judicabat, ſed alijs etiam, palam deprædicabat. Atqui iſtud, nondum eſt omnino certum, ſanctitatis argumentum. Plurimi enim reperiuntur, qui (ut Evangelica Veritas ait) *Dicunt & non faciunt.* Commendamus plerumq; alijs, humilitatem, & ſui abnegationem: ſvademus patientiam, ingerimus cruces, alienis humeris tolerandas: inducimus ad inferendas corporis ſeveriores afflictationes: laudamus voluntariam paupertatis inopiam: deprædicamus jejuniorum inedias, cæteraſq; virtutum praxes, ad ſidera tollimus: ipſi verò hæc omnia negligimus, ſenſus indulgenter habemus, ſuperflua congerimus, irâ de facili efferveſcimus, alijſq; paſſionibus, frena laxamus. Dicam, ex ſenſu Evangelij, veriùs: Phariſaicum imitati zelum: Onera gravia alijs imponimus, digito autem noſtro, ne tangere quidem, ea audemus. Solvebat (ut meminimus) propoſitam quæſtionē, Interpres Sacri Textûs Lyranus, ex mente Rabbinorum aſſerentium: ex eo Sunamitim, Eliſæi ſanctitatem, plurimi æſtimâſſe, quòd in ejus menſâ, & hoſpitali cænaculo nulla unquam muſca comparuerit. Scio, (præter ibi dicta) per muſcam, laboris fugam, ſenſuum indulgentiam, & vagam ubiq; diſcurrendi licentiam, deſignari. Vnde, Seraphicus ſui ordinis Fundator, S. Franciſcus, ſi quem ex ſuis, otio affici, laborem fugere, ſenſibus indulgere, huc

Religioſos fagos & otioſos, muſcis ſimiles dicebat S. Franciſcus.

huc

huc, illuc vagari, ac diſcurrère, in aliorum colloquia, importunè involare, adverteret: talem, Fratrem muſcam, appellabat: & meritò equidem: nam veluti vile, & inquietum animal muſca, ubiq; ſe ingerit: & quamvis, nihil unquam operis faciat, prima tamen, ad quodvis opſonium advolat, & quærit cupedias: ita in religioſis etiam cœtibus, pleroſq; reperias, qui omnem laborem declinant, & excuſant, otio indulgent, commoda poſtulant, indulgenter haberi tractariq; volunt, ad januam clauſtri venientibus, primi occurrunt, & ſalutant. Extra domum ſæpius evolant, externorum domos circumeunt, & calices, more muſcarum, deguſtant, & exhauriunt. Quorum, cum nihil in moribus, & habitaculo Eliſæi, videret Sunamitis, ſanctitatem ejus mirum in modum deprædicabat. Cæterùm, modicæ in Prophetâ virtutis, hæc conjectura fuiſſet. Vitijs eum abſtinuiſſe enumeratis: quæ non Aſceticam tantùm, ſed ſæcularem etiam dedecent gravitatem, & verecundiam. Melius proinde, ac ſolidius documentum, de ſanctitate Eliſæi, opinantem, habuiſſe Sunamitim, docent alij Interpretes: dum exiſtimant, piam ac prudentem fœminam, in S. Prophetâ, vocationis ſuæ, legum ac conſvetudinum, exactam obſervationem, oculis ſæpius uſurpâſſe, & exinde eximiæ ſanctitatis opinionem de eo concepiſſe. Videbat illa toties, in ſuo Hoſpite, modeſtam vultûs, & oculorum compoſitionem, gra-

Eliſæus dùm ſuæ obſervat leges, ſanctus judicatur.

Digitized by Google

vem in agendo maturitatem: intuebatur in veſtitu & cultu, abnegationis ſpeciem, non mundinæ vanitatis elegantiam, & concinnitatem: admirabatur cibi, & potûs parſimoniam: audiebat ex ore ejus, non humanæ eruditionis jactantiam, & rerum politicarum tractationem, aut leves, & vix paraſitis, dignas, jocorum ineptias, ſed plena ſpiritûs, & pietatis dictamina: experiebatur, non ſuis commodis, aut quibusvis alijs temporaneis lucris, ſed Majori Dei Gloriæ, & proximorum ſaluti, Prophetam fuiſſe ſemper intentum, continuæ orationi addictum, & Deo in omnibus actionibus conjunctum: hinc in ſtuporem acta, ſanctitatem ejus, plurimùm appretiabat, & admirabunda dicebat: *Video quod vir iſte, ſanctus ſit.*

Quam Eliſæus Propheta, ex accurata, legum ſuarum obſervatione, non Divino tantùm, ſed humano etiam judicio, approbatam ſanctitatis opinionem eſt conſecutus: eandem & nos, non difficulter obtinere, & ſancti, non dici tantùm, ſed eſſe etiam poterimus: ſi in exactam Regularum noſtrarum obſervationem, omni ſtudio, & conatu incubuerimus. Elucet, in quopiam noſtrûm, illa à B. Patre, magis lacrymis, quàm atramento, deſcripta modeſtiæ ſpecies? apparet voluntariæ paupertatis filialis amor? floret Puritatis Angelicæ perfecta imitatio? ſupereminet, obedientiæ captis oculis, promptitudo? Eſt animus ad contumelias,

Regulæ S. Ignatij ſolidarum plenæ virtutum, facilè efficiunt ſanctos.

falſa

falſa teſtimonia, & injurias, exemplo Salvatoris noſtri, patienter, & hilariter tolerandas? Fervet ſtudium, quærendi majorem ſui abnegationem? & continuam in rebus omnibus mortificationem? ſunt in deſiderio, abjecta, & humilia, à quibus ſenſus magis abhorret officia? Tribuitur quotidiè examini, orationi, lectioni, cum omni diligentiâ, præfinitum tempus? Impenditur in virtutum ſolidarum ac perfectarum, & ſpiritualium rerum, fervens ſtudium? Nihil perfectionis, quod Divinâ Gratiâ conſequi poſſimus, omittitur? Datur opera, in abſoluta, omnium Conſtitutionum obſervatione adimplenda? Magna hæc ſunt, & evidentia, perfectæ ſanctitatis argumenta. Quod, ſi Deo, & hominibus patuerit: iſti ſanctitatem noſtram laudibus efferent: ille *Beatâ*, in cælis Apotheoſi, præmiabit. Excedit cogitationis, & facundiæ vires, illa ſanctimoniæ copia, illa cæleſtis præmij magnitudo, quam inviolata legum noſtrarum obſervantia, nobis conciliare poteſt ſoletq;.

Beatos Staniſlaum Koſtka & Aloyſium Gonzaga, Regularum Soc: IESU accurata obſervatio, eximiè ſanctos effecit.

*R*em clariùs inſpecturi, attonitæ mentis cogitationem convertite, in illud par Beatum, humanâ in carne Angelorum, Koſtkam, & Gonzagam, & dicite: quid eos, brevi vitæ mortalis ſpatio, ad eam Sanctitatis, & Gloriæ magnitudinem, provexit? quam, terræ cæliq; Incolæ, nunquam ſatis in eis mirari, minùs autem prædicare poſſunt. Non illi, teneræ complexionis corpus, nimiâ ſeveri-

Digitized by Google

tate excruciabant, non continuâ, jejuniorum inediâ macerabant: nam ejuſmodi, fervidos licet, rigidos in ſe animadvertendi ardores, Superiorum in eis, temperabat prudens moderatio: Nullis illi barbaras inter gentes, *In* propagandâ, veri Numinis fide, & convertendis infidelibus, defatigabantur laboribus. Nullas ab ethnicis, aut hæreſi perſecutiones, & cataſtas patiebantur. Etſi enim ardens, patiendi, pro ſui Salvatoris amore, deſiderium, Beatis Adoleſcentibus non defuit. Quamvis per vaſtas, *I*ndiarum, *I*aponiarum, Braſiliarum, aliarumq; Gentium, terras, & regiones, veri Numinis fidem & cultum edocere; Gloriam propagare, prædam animarum, è faucibus Erebi eripere, mancipia dæmonum, in filios Dei aſſerere, in votis haberent: nondum tamen eos, ætas immatura, & literaria eruditio, non ſatis adulta, Apoſtolicos labores ſubire permittebat. Prodigijs etiam nullis, aut paucis, in vitâ mortali claruerunt: & tamen, tantâ ſanctitatis famâ, & cæleſtium donorum copiâ, immenſa terræ, cæliq; ſpatia, impleverunt, ut inter Beatorum faſtos adſcribi, & publicæ fidelium venerationi exponi, mererentur. Quid igitur eos, tantâ ſanctitate, ad prodigium uſq; inſignes, tantâ, ſupra humanæ cogitationis captum, gloriâ, fecit illuſtres? Certè nemini debent eam felicitatem, niſi religioſis Legibus, à ſe omni diligentiâ, inviolatè cuſtoditis: quarum, ea in illis fuit, obſer-

Digitized by Google

it, obſervationis integritas, ut nullius unquam, minutiſſimæ etiam laxatæ Legis, reos quiſpiam adverteret: immo omnes, ad amuſſim obſervatas videret: hinc, tanta eorum ſanctitatis, crevit apud omnes magnitudo. Ex hoc fonte, cæleſtium donorum, ingens copia emanavit: verbo, exacta Regularum obſervantia, duo hæc, Stanislai & Aloyſij, Nomina, fecit Beata.

Franciſcus Ribera & Fabius de Fabijs, Regularum obſervatione, eximiam adepti ſunt ſanctitatem.

Sed quid ego, duos tantùm, à noſtris legibus, accuratè obſervatis, felices, & Beatos memoro Adoleſcentes? Cum plurimi, ſenes etiam annoſiſſimi, in noſtris Annalibus memorentur, ſimili laude conſpicui. Talis è multis, enituit P. Franciſcus de Mendoza, vir doctrinâ, & pietate inſignis, Sacræ Literæ commentarijs, in lucem editis, ſcriptor eruditiſſimus, ac fere Interpretum Princeps: quē noſter Generalis Præpoſitus, ad orbis ſtuporem, prudentiâ præſtans Claudius Aquaviva, virum omnibus numeris abſolutum, ſæpius appellabat. Hic talis tantuſq; vir, ex Religioſis Legibus, contra quas, nunquam deliquiſſe viſus eſt, maximam laudem & gloriam tulit. Pater verò Franciſcus Ribera, non minùs & ipſe ſanctitate, eruditione, & Sacrarum Lingvarum peritiâ præſtans, Divinarum Scripturarum clarus pariter Interpres, adeò Religioſis Legibus afficiebatur, ut nullo ſtudiorum, nullo ullius negotij pondere, impelli ſe pateretur, ad aliquam illarum, vel minimâ ex parte, laxandam: hinc

De P. Franciſco Mendoza judicium Claudij Aquavivæ.

nulla

nulla eum ſitis adegit, ut frigidâ etiam, ſine permiſſu, eam extingveret. Vnde tantis gratijs, ſanctitatem ejus, Divinâ ſuâ dignatione illuſtravit Chriſtus, ut illi, verba è ſuggeſtu, ad populum facienti, benigniſſimo vultu, aſſiſtere dignaretur eundemq; famulæ ſuæ, S. Tereſiæ, conſcientiæ moderatorem, unicè gratularetur. Poſt mortem verò, viſus eſt, Divinæ lucis illapſu, totus perfundi, & inſolito lumine, Beatorum illuſtrare conſeſſum. Idq; in præmium, rectæ *I*ntentionis, quâ plurimùm ſuis commendatam legibus, in omnibus actionibus, ſæpius eliciebat & continuabat. Quid memorem Patrem Fabium de Fabijs, ultimum vetuſtiſſimæ Fabiorum Gentis decus, & hæredem: Virum omnibus, ex præcipuis, in *R*eligione noſtra munijs (excepto Generalis officio) cum dignitate perfunctum. Hic tantæ authoritatis homo, tam altè regulas, moribus ſuis combiberat ut nullius unquam læſæ obſervaretur: undé viva Societatis Lex, paſſim appellabatur: cujus à morte Gloriam, vir ſanctitate non minùs celebris, Pater Iulius Mancinellus, inſtar cæli ſereni, ſtellis pretiosè diſtincti, & opulentæ hereditatis à Deo acquiſitæ vidit, ob integrè ſervatas ſui *I*nſtituti Leges.

Regularum Soc. IESU obſervatores glorioſi, traſgreſſores ſunt infames.

Quin ſingulos, planè innumeros, recenſeat quos, ad ſublimem ſanctitatis, & Gloriæ cæleſtis gradum, Legum ſuarum promovit obſervatio. O ſi mortalibus oculis, cælos liceret ſpectare apertos! vi-

Digitized by Google

tos? videremus profectò, cum effuſâ animi lætitiâ, innumeros propè Patres, Fratreſq; noſtros (loquor Apoſtoli verbis) *Factores Legis*, eximiè juſtificatos, ac glorificatos. Quot illi *Regularum*, non præterierunt apices, tot in eis, cæleſtis Gloriæ relucent dotes. Summâ (ut jam, innui) & iterum fateri cogor, ſanctitatis perfectione, igneis (dono poſt Apoſtolos nuſquam in orbe viſo) Spiritûs S. lingvis, inter ſcribendum illuſtratus Beatus Pater, ſuum implevit *Inſtitutum*: cui, hâc de cauſâ, non minus excellentem, in cælo Gloriam, per proportionatæ *Iuſtitiæ* leges, neceſſe eſt reſpondere: in quam, dum oculos, gaudio perfuſos attollo: pudet, pigetq; eos, ad infames, Legum earundem tranſgreſſores, demittere, ne ex inſpecto *Regularum* præmio, conceptam, animo lætitiam, acerbâ, eaq; ut plurimùm æternâ, violatorum infelicitate, fermentem, ac luctu miſceam. Mentem potiùs, & animum, genuinis S. Patris filijs addo, ut ſui *Inſtituti* Leges, poſt præmiſſa orationum, lacrymarum, ſacrificiorum, afflictionum, & alia pietatis ſubſidia, inſigni Beati Patris labore, & prudentiâ conſcriptas, Beatiſſimæ Dei Matris dignatione inſtillatas, deniq; lingvâ Spiritûs Sancti, dictatas. omnes, & ſingulas, exactiſſimè obſervemus. Quod ſi, ut par eſt, fecerimus, ſublimem (quam Leges noſtræ ſpirant) ſanctitatis Perfectionem, & parem, cæleſtis præmij gloriam, facilè conſequemur.

ALLO

Digitized by Google

Perfecto Paſſionum dominio celeriter ſupremus ſanctitati gradus obtinetur.

Suaviter equitat, qui paſſiones habet domitas.

NOvimus, diverſos eſſe itinerandi modos quidam enim pedites, quidam equites, au curribus inſidentes, iter ſuum faciunt: inter quos illud diſcriminis intervenire adverto: quòd illi, qu pedeſtri itinere vadunt, & defatigentur ampliùs & viæ conficiant minùs. Iam verò, equis au curribus vecti, & equitant ſuaviùs, & currunt ce leriùs. Dum enim illi, feſſis viribus, lento paſſ procedunt, hi equorum, quos frenant ac dirigunt pernici curſu, ad propoſitum viæ terminum, deve huntur. Pedeſtres ego, illos in via ſpirituali, ar bitror viatores, qui, non ſatis bene frenatis paſſio nibus ſuis, iter illud, gradu tardo nimis trahunt Qui verò, perfectè domitas habent ſuas paſſiones longè celeriùs, ad deſtinatum Perfectionis bravium perveniunt: immo jam, ad conſummatæ ſancti ta tis metas conſiſtunt. Nobis verò, claro ſunt docu mento, in perfecto paſſionum dominio, abſolut virtutis, ſummam conſiſtere Perfectionem.

Huma-

Digitized by Google

Humanæ conditionis, in primis Parentibus no-ſtris, infelicem lapſum, nunquam ſatis, vel eo nomine juſto dolore proſequi, ac deflere poſſumus, quòd cum originali juſtitia, quam in illo miſero caſu, perdidimus, jus quoq;, & dominium, in noſtras paſſiones amiſimus. Ex quo enim, Deo contumax homo, Supremum Conditoris ſui excuſſit imperium, protinus innatas animo, corporiq; ſuo, rebelles ſenſit paſſiones. Parum erat, truces naturâ feras, contra homines, Deo perduelles, depoſitâ obſequij ſubjectione, nativâ rabie, inſurrexiſſe, niſi etiam, omnibus belluis, ferociores, internæ ejuſdem paſſiones, contra naturale humani intellectûs dominium, efferveſcerent: ita, ut vix non faciliùs, ſævos leones, urſos, aut tigrides, ad ſui imperium cicurare, quàm effrenatis animi paſſiones, ad ordinem redigere, humana induſtria poſſit. Cæterùm nondum eò rei tranſactæ, proceſſit infelicitas, ut cauſa, debeat haberi pro deſperatâ. Poſſumus, Dei adjuti gratiâ, in hoc etiam, lapſæ conditionis noſtræ ſtatu, rationi obſequium, recuſantes noſtras, pro poteſtate habere paſſiones. Quòd enim prima, depravati jam generis humani, propago, hominum primogenitus Cain, ex ore Divino audivit: *Sub te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius* Gen. 4. hoc unuſquiſq; noſtrûm, præſtare, Deo auxiliante, poterit. Nunquam intra nos, ita poteſt efferveſcere ira, ut eam, ſerio conatu adhibito, illico compri-

Primum Adami peccatū rebelles fecit in nobis paſſiones.

Dei Gratiâ adiuti, rebelles poſſumus domare paſſiones.

Digitized by Google

mere nequeamus, Nunquam, rectæ rationi diſſo-
nus amor, eò nos, violenter impellere valet, quò
naturale, aut Divinum dictamen, vetat. Nullus
conſtanter fortem in pietate mentem, percellet, aut
à propoſito virtutis, deterrebit timor. Erit non u-
nus David, qui centuriatis ejuſmodi paſſionum ſu-
arum terroribus, impavidus reſpondebit: *Si conſi-
ſtant adverſùm me caſtra, non timebit cor meum.*
Ponamus ob oculos, in unum coactos (nam quis
ſigillatim recenſebit omnes) paſſionum noſtrarum
cupiditates, nulla certè illarum, eam nobis poterit
inferre violentiam, cui heroicæ virtutis, & Dei Gra-
tiæ Clypeo protecti, reſiſtere facilè nequeamus. Si
enim impotentes iræ leones, cæteraſq; truces natura
feras, cicurare humana ſolertia poteſt? multo fa-
ciliùs, intra ſe, commotos animi affectus compeſce-
re valebit. De quo Orientis Eccleſiæ, aureum decus
Chryſoſtomum ſer: 2. in Gen: audiamus, ita diſſe-
rentem: *Subjugandæ ſunt, ac domandæ, à ratione
alienæ, ac belluinæ cogitationes, earumq; dominatus
rationi committendus. Et quomodo fieri poteſt?
dicet aliquis: ut belluinam cogitationem, quis ſubi-
gat? Quid agis mi homo? leones ſubjugamus, eo-
rumq; animos cicures reddimus, & dubitas, an tua-
rum cogitationum feritatem, ad manſuetudinem
poſſis traducere? tametſi leoni, naturalis eſt feritas,
præter naturam verò manſuetudo, tibi verò è con-
tra, naturalis eſt benignitas, feritas præter naturam.*

Vidit

Vidit quondam Hiſpania, ut Nerembergius, in naturali hiſtoria refert, leonem, qui inſpectante conſertà hominum multitudine, ut ex nativo fervore, ebullientes iræ impetus, cohiberet, adeo eos animoſe compreſſit, ut præ violentiâ naturæ factâ, ſubitò exanimatus, concideret. Grandi profectò pudore, nos ſuffundi oporteret, ſi cum expertes rationis feræ, virtutem, vitæ pretio æſtimant, nobis ad ſubjugandos efferatos animi noſtri motus, nihil curæ, & laboris eſſet

Leo dum nativum iræ impetum comprimit, exanimis concidit.

Cæterùm, procul ea mentis inertia, & confuſionis probrum, aberat, ab exercitatis, in hac Palæſtra ſolidæ virtutis viris: quibus tantùm animi, ac roboris erat, ut ſubactis rationi, paſſionum motibus, perfectò illorum potirentur dominio. Quod, priuſquam eos ſtrenuè, ac etiam glorioſè effeciſſe recenſeam, currum Dei Gloriâ, prout eum, Propheta Ezechiel, viſu percepit, produco inſpiciendum. Plenam myſterij quadrigam, fatendũ eſt, fuiſſe illam: quæ Dei Gloriam, currui inſidentem triumphali, magnificè proveheb it. Quatuor currus ille, animalium genera juncta ſibi habebat, Hominis, Leonis, Aquilæ, & Bovis. Satis profectó glorioſè ad pompam, & oſtentationem, Divina in terris Gloria vehebatur: quæ animalibus, naturâ præcipuis, frena injecit, & pro libitu eorum licentiam rexit. Poteſt non in congruè, quaternus iſte animalium numerus, virtutes quatuor re-

Digitized by Google

præſentare Cardinales, ita, ut homo ratione prædi-tus, Prudentiam, pollens viribus leo, fortitudinem, aquila, à putridis abſtinens cadaveribus, Temperantiam, bos, ex mente, ſuperſtitioſæ antiquitatis, Supremo Deorum *Iovi* ſacer, Iuſtitiam exprimat, ac deſignet. Et commoda quidem eſt, hæc interpretandi ratio. Nunquam enim Divina in terris Gloria, comparet magnificentiùs, quàm dum eam, dicta virtutum quadriga, vehit & promovet. Communiùs tamen *Interpretes*, cum Origene, & Nazianzeno, per hæc animalia, intelligunt, varios paſſionum noſtrarum motus. Commodè enim, homo animal ſociabile, exprimit amorem, ferus naturâ leo, deſignat iram, è meticoloſo volucrum grege, aquila, repræſentat timorem, bos cæteras denotat cupiditates. Quæ quidem paſſiones, ſi rationis freno, in ſuo contineantur officio, proſperè & laudabiliter, promovent provehuntq; Dei Gloriam. Summus Imperatores, Regeſq; præpotentes, leonibus aut elephantis, ad pompam, & oſtentationem, vectos, non de victis tantùm barbaris gentibus, ſed de ferocibus, etiam belluis, freno ſubactis, famam ſui nominis auxiſſe. Supremus Rex Cæli, & terræ, in ſuo (quod intra nos eſt) regno, triumphat longè glorioſiùs, cum in ejus obſequium, noſtras ſubijcimus paſſiones.

Humana ſanctitas, domitis paſſionibus glorioſè triumphat.

Sed & humana ſanctitas, nunquam glorioſior comparet, & velocior præfixam conſummatæ Perfe-

Perfectionis metam, attingit, quàm cum ſuis dominatur paſſionibus: *In* cum planè ſenſum, præſentatam Ezechieli quadrigam, exponit Magnus è veteribus Aſceticis, Perfectionis Magiſter, S. Abbas Macarius, dum Hom: 1. ait: *Quemadmodum illa ſpiritualia animalia, non pergebant quocunq; libuit, ſed quò noverat & volebat, is qui ſeſſor erat, & dirigebat: ſic in hac vita, cohibet ipſe, & impellit ſpiritu, ita ut proficiſcantur, non pro arbitrio ſuo.* Quo verborum ſenſu, docet ſanctus hic Aſceta, hominibus ſanctitati ſeriò addictis, uſitatum eſſe, rectæ rationis, ac Divinæ legis dictamine, ſuas regere, ac coercere paſſiones, ne quà exorbitent, deflectantq; de itineris rectitudine. Quod dum faciunt, Dei imitati Gloriam, ad conſummatæ Perfectionis metam, ſuam provehunt ſanctitatem.

S. Ioannes Apoſtolus habebat paſſiones perfectè domitas.

Planè, ad eam pervenerat felicitatem, maximum inter filios hominum, Dei humana in carne delicium, Ioannes Apoſtolus & Evangeliſta, quem Chriſtianæ Theologiæ antiquiſſimus Doctor, Dionyſius Areopagita, perfectiſſimum ſuarum paſſionum, habuiſſe dominium, ſcripto reliquit, dum ita eundem, in inſulam Pathmos relegatum, ſui eruditorem Apoſtolum alloquitur: *Equidem non ſum ita inſanus, ut arbitrer, te aliquid pati, immò & paſſiones corporis, hac tantùm in parte te ſentire credo, ut eas ſolùm dijudices.* Idem omnino, ex

eodem

eödem Dionyſio, oculato teſte, mutuatus aſſerit, de dilectiſſimo Chriſti Apoſtolo, Laurentius, Iuſtinianus: *Ioannes*, inquit, *carnis non cedens blanditijs, voluptates ejus tenebat edomitas: ſenſuum lenocinia, ſub diſciplina cenſuræ ſpiritualis, cohibens: ſicut mentem Deo, ſic ſpiritui ſubdebat carnem.* Magna fateor, plurimis illuſtrata prodigijs, fuit ſanctitas S. Turonenſis Epiſcopi Martini, quam ille non alio, niſi ſuarum paſſionum, rationi ſubjugatarum, vehiculo, in ſublimè provexit: ut de eo Severus Sulpitius, ita memorat. *Nemo unquam Martinum vidit iratum, nemo mærentem, aut ridentem, unus idemq; ſemper, cæleſtem quodammodo lætitiam, vultu præferens, extra naturam hominis videbatur.* Præclarum, & illud eſt Elogium, quod S. Ioannes Damaſcenus, ex Regio Principe, Sancto Eremitæ Ioſaphato, tribuit: quem id conſecutum eſſe aſſerit: *Vt vitioſas omnes affectiones extingueret, carniſq; affectum, ſpiritui, non ſecus, ac ſervum domino ſubijceret. deliciarum omnium, animiq; remiſſionum, oblivione caperetur: ſomno, tanquam improbo mancipio, imperaret.*

S. P. Ignatius ſtupendum ſupra ſuas paſſiones habuit dominium.

Longam nimis, narrationis ſeriem texerem, ſi omnes, ex veteri Chriſtianæ ſanctitatis Palæſtra, ſuorum affectuum glorioſos recenſerem domitores. Ad domeſtica Ductoris noſtri IGNATII relegenda, in hoc paſſu veſtigia, feſtinus propero, quem ad ſublimem ſanctitatis gloriam, ſtupendi

ſuarum

Digitized by Google

ſuarum paſſionum dominio, eſſe provectum, gra-ves, ij'q; non pauci, virtute, prudentiâ, & autho-ritate inſignes viri teſtantur. Rerum inprimis no-ſtrarum Scriptor fideliſſimus, Petrus Ribadeneira, non oculatus tantùm, ex diuturno tempore ſpecta-tor, ſed juratus inſuper teſtis, ita aſſeruit: *Appeti-tus omnes, ſic IGNATIVS, Dei Gratiâ, ſtudio, la-boreq; pervicerat, & obedientes rationi effecerct, ut non quidem ἀπαθὴς, & abſq; animi affectione eſ-ſet (hoc enim ab hominis natura, eſt alienum) ſed certe, ut ab omni animi commotiones, vacuus vide-retur. Eratq; id conſecutus, ut cum calidus naturâ, corporiſq; conſtitutione biloſus eſſet, propter ſum-mam tamen lenitatem, quam in omni ſermone, vi-tæq; conſvetudine adhibebat, frigidior, ipſis medicis, lentusq; potiùs videretur.* Hoc ipſum, Sacrâ inſi-gnes Purpurâ, Vaticani ſenatûs Patres, ſexcentis ſeptuaginta quinq; juratis teſtimonijs edocti, Pau-lo, hoc nomine Pontifici Quinto, retulerunt, dum de ſacra Beati Patris Apotheoſi ageretur: *IGNATIVM habuiſſe pacem interiorem, & dominium ſuorum motuum, ac paſſionum, idq; peperiſſe admirationem ijs, quòd ſemper fuerit, in eadem animi diſpoſitio-ne, nec unquam ſe turbaſſe, de aliqua re, ſed ſem-per fuiſſe animo tranquillo.* Hinc proveniebat, ut IGNATIVS, paſſionibus, ſuo ſubactis imperio, non ad vitium, ſed ad virtutem, juxta rectæ rationis, ac Divinæ legis præſcriptum, uteretur. Vnde ſæpe, affabi-

affabiliter hilariterq; loquens, cum ex contingent
caſu aliquo, quiſpiam meritò objurgandus eſſet
vultu repente commutato, & ad ſeveritatem com
poſito, graviter reprehendebat delinquentem, ſt
timq; illo abeunte, ne puncto temporis interjecto
ad ſuam ille animi tranquillitatem, cæptamq; ſermo
nis jucunditatem, ſereno vultu, & explicatâ ad la
titiam fronte redibat Nullæ illum unquam, fortu
næ adverſantis procellæ, & infelices rerum eventus
de mentis tranquillitate poterant dejeciſſe. Iam ve
rò inanis gloriæ aura, quæ interdum, exercitati
etiam virtutis, animos afflare ſolet, ita procul ab
IGNATIO aberat, ut nullum minùs vitium, quàm
vanitatis, & inanis cujuſpiam gloriæ, extimeſce
ret. Simili in omnes animi ſui motus, dominaba
tur imperio

SS. Ignatium & Xaverium ad magnam ſanctitatem provexerunt domitæ paſſiones.

Quod quantum, ſolidæ virtutis ſit documen
tum, non ex peritis tantùm Aſcetcæ doctrinæ Ma
giſtris, intelligimus, ſed propriâ inſuper, convinci
mur experientia: dum in edomandis paſſionibus
noſtris, conatus & operam eludi omnem ſentimus
ita, ut cum jam dominos, noſtrorum affectuum
nos eſſe exiſtimemus, ſubitò in miſera eorundem
mancipia relabimur. Quò tamen heroica IGNA
TII virtus, poſtquam Deo ſtrenuè militare cæpit
nunquam ſe ſentit dejectam. Inſiſtebat glorioſis
optimi Patris veſtigijs, digniſſimus filiorum ejus Xa
verius, ſupra humanam id puto eſſe intelligentiam

quantam

Digitized by Google

uantam ſanctitatis ſuæ gloriam, per utrumq; or-
em, circumtulit, hic prodigioſæ virtutis Heros.
Non diffiteor quidem ego, plurimo eum, heroicarũ
irtutum ſubſidio, ad metas conſummatæ virtutis
oſtinanter perveniſſe, maximè tamen, ad modera-
en rationis, coercitas paſſiones, ad tantam eum,
irtutis ſublimitatem, evexiſſe exiſtimo: dum
ræclarè factorum ejus ſcriptorem Turſelinum, au-
io: ita diſſerentem: *Omnes animi motus domitos,
ompreſſosq; in ſua ditione habuit. Hinc illa perpe-
va mentis tranquillitas, & idem ſemper vultus.*

P. Balthaſar Alvarez imitabatur SS. ſuos Patres in edomandu paſſionibus.

Æmulabatur SS. Patres, celebris ſanctitate,
n noſtra Societate, ex diuturno vitæ Religioſæ Ma
iſter, P. Balthaſar Alvarez, quo, dum viveret (ut
. Tereſia ex Divino intellexit Oraculo) ſanctio-
em militans Eccleſia non habuit, quamvis illo te-
oris ævo, plurimi ſanctitate conſpicui, & jam à
Vicaria Chriſti in terris Poteſtate, Sacra Apotheo-
i, inſignes Sancti, eidem convixerint: ad quam
lle, rei conformem, ſanctitatis opinionem, ſua-
um vel maximè paſſionum, evectus eſt, ſingulari do-
minio: ut de eo, dignus tanto, Magiſtro, diſcipulus,
Pater Ludovicus de Ponte, teſtatur. *Divino eum
beneficio obtinuiſſe, ut ſui ipſius, & affectuum omni
um, tam exactũ dominiũ, ut nemo turbatũ aut iratum
viderit. paſſiones enim, quæ antea oberant, poſtea
non ſolùm non nocebant, ſed rationi obtemperabant,
n illis, ad quæ illa invitat.* Abſtineo, ab alia filiorum

IGNATII, ſimilium conſummatæ virtutis documentorum enumeratione: cùm ſatis hæc, quæ recenſui, doceant, ut evincant, in abſoluto paſſionum dominio, ſummam ſanctitatis conſiſtere perfectionem, & humanæ ſortis felicitatem: ita ut jam cæleſtis conſortes beatitudinis, in ſuo adhuc mortalitatis curſu, ſummâ perfruantur felicitate, homines illi, qui ſuas paſſiones habent in poteſtate. Doctore venerabili Beda, ita atteſtante: ſermone 18 de ſanctis: *Quid hac vitâ beatiùs, ubi iraſcitur nemo, nemo invidet, cupiditas nulla exardeſcit, nullum honoris, deſiderium pulſat, aut poteſtatis ambitio.* Veluti enim cæleſtis Patriæ, Beati Incolæ, inde ſuam maximè experiuntur felicitatem, quòd nullis cupiditatum fluctibus, jactentur ampliùs: ita cæleſtem planè æmulantur tranquillitatem mortales illi, qui in ſumma mentis pace conſtituti, ſuorum affectuum imperant fluctibus, & procellis, ut de ijs, ad imitationem Romani Oratoris, dici queat. Animum ſuperare, iram vincere, cupiditatibus imperare, fortiſſimi eſt: hæc qui faciat, non modò ego eum, ſummis in terra viris comparo, ſed cæleſtis etiam Imperij Indigetibus ſimillimum judico. Tantum eſt, effrenes animi motus, rationi ſubjeciſſe! ut in hac etiam mortalis vitæ, lacrymarum valle, frui cæleſti beatitudine poſſis.

Cæleſti in terris perfruitur felicitate, qui domitas habet paſſiones.

Scimus, ferventem ſpiritu vatem Eliam, curru flammeo, in ſublimè raptum, per àëra triumphâſſe.

phâſſe. *Igneis* ille quidem equis vehebatur: Morales tamen Scripturæ Interpretes, ſuis eum ſtrenuè edomitis paſſionibus, ad tantam gloriæ ſublimitatem, provectum fuiſſe exiſtimant: quæ equis igneis benè repræſentantur. Quaſi dicant: ideo Prophetam, feliciùs fabuloſo Phaetonte, igneos per æthera equos, rectà ad paradiſum direxiſſe, quòd fervidus naturâ vates, ſuos poſſet fervores temperare. Vtor proinde firmo, à pari (ut vocant) argumento, quamvis in re diverſa. Divi Apoſtoli *Iacobi*, cap: 5. ſuæ Canonicæ dicentis: *Elias, homo erat nobis ſimilis, paſſibilis.* Quodſi tamen ille, ſuâ ſibi non obſtante, fragilis naturæ paſſibilitate, veluti effrenibus equis, ſuis poterat, frenum inijcere paſſionibus, ut glorioſus per æthera triumpharet. Nos idem, *D*ei roborati gratiâ, præſtare non poterimus? Abſit ea à nobis ignominiæ labes. Aliàs, quâ fronte, & animo, unuſquiſq; noſtrûm, exprobrantem audiret Auguſtinum? *Potuerunt hi, tu non poteris?* En ſuarum paſſionum domitorem Eliam, imitati, tot inſignes virtute, quos legiſti Heroes, ſuis infrenatis affectibus, ad ſummum virtutis, & gloriæ culmen, mirâ celeritate cucurrerunt. Tu vires tibi, & animum, ad idem præſtandum, deeſſe, quâ verecundiæ, & veritatis integritate, dices? Immo verò (nam meliora polliceri placet) ſimili perfectæ ſanctitatis incenſus ſtudio, ad edomandam paſſionum tuarum ferociam, vires,

Glorioſiùs è domitis paſſionibus, quàm curru igneo, vectum Eliã, imitari poſſumus.

 & cona-

Digitized by Google

& conatus adhibebis omnes, Huc & nos, quotquot in Religioſæ Perfectionis agone, ad ſummam virtutis metam, & cæleſte bravium contendimus ſeriam conferamus operam, ut Heroicis Sanctorum veſtigijs, per ſubjectas rationis dominio paſſiones, in ſupremo ſanctitatis gradu, paſſu concitatiſſimo, conſiſtamus.

ALLOCUTIO VIII.

Perfectæ virtuti, quævis afflictio ſuavis.

Ut quibuſdam viatoribus, ita & ſolidæ virtuti, ſapiunt moleſtiæ.

QVantùm in hominum animos poſſit, longo uſu continuata aſſvetudo, quanquam multi mortales, potiſſimùm tamen, experiuntur pleriq; viatores: qui dum continuis ſe exercent itineribus, eò felicitatis perveniunt, ut violentos ventorum inſultus, imbrium procellas, ſolis ardores, cæteraſq; cæli injurias, ac viarum, per ſentes, & rupes, aſperas ſatis moleſtias, non forti tantùm, ſed hilari etiam animo ferant, ac ſuperent. Haud alia mens, & animus, longo, ac conſtanti paſſu, viam mandatorũ Dei, currentibus viris ineſt perfectis, quibus omnes, naturâ moleſtæ adverſitatum, & afflictionum acerbitates, mirum in modum placent, ac ſapiunt: ita, ut ſe,

ut ſe, tum vel maximè felices, ac beatos eſſe exiſtiment, cùm ſibi plurimæ adverſitatum procellæ, incumbunt tolerandæ. Nec mirum, ſciunt enim, optimè, ſolidæ virtuti, deditæ mentes, ſummum perfectionis gradum, in percepta ex aſſlictionibus ſvavitate, conſiſtere. Quod ipſum, nos quoq; edocebunt.

Apes acribus instructa telis dulc nectar colligunt.

Non ſine myſterio, provida rerum natura, effectricem mellei operis apem, acri ad pungendum telo inſtruxit. Hoc enim (ut ego interpretor) arcano, perfectæ virtutis ſtudioſas mentes, edoctas eſſe voluit: ex acribus, & punctivis aſſlictionum telis, dulce ſolatiorum nectar emanare. Prout Hebræo contigiſſe olim populo, gentis ejuſdem Rex, & Propheta teſtatur David: dum de Moyſe, Tribus Iſrael, ad perfectam pietatis culturam, in eremo erudiente, Pſalmo 80. narrat: *De petra melle ſaturavit eos.* Mirum in primis eſt, coronatum Vatem, conſtanter aſſerere, Hebræos in eremo, melle de petra ſaturatos fuiſſe: cùm nullam hujus rei mentionem, Sacra faciat Hiſtoria. Scimus Moyſem, ut Sacer perhibet Textus, è duro ſilice, ad ſedandam Hebræorum ſitim, aquas eliciuiſſe copioſas, ſed mel de petra, eundem eduxiſſe, nuſquam Sacri memorant Faſti. Eccur tamen Prophetico ſpiritu afflatus David, ait: Moyſem, de petra melle ſaturâſſe Hebræos? Vnde verò, ea metamorphoſis, quód aqua, in mellis tranſiverit naturam?

Hebræis aqua mellis instar ſapiebat.

nequa-

nequaquam, eò rem deductam fuiſſe, teſtis eſt Chry-
ſoſtomus, qui elicitum è rupe fontem, non ſubſti-
tiam, ſed accidens mellis habuiſſe aſſerit. Neq; e-
nim aqua, propriam amiſit naturam, ſed mellis mu-
tuavit ſuavitatem: ut Hom: 2. ad populum Anti-
ochenum os aureum ait: *Poſtquam ſitientes He-
bræi, ex indigentiâ defatigati, in frigidiores aqua
inciderunt: ex potu, voluptatem aperire volens
mel aquam appellavit, non mutatâ in mel natura
ſed bibentium diſpoſitione, fluenta illa, melle jucun-
diora faciente.* Tantâ nimirum (ex mente S. Do-
ctoris) ſiti æſtuabat populus ille, ut deſtituta omni
ſapore aqua, mellis inſtar, ſitibundis dulceſcere
hominibus. Et meritò, ſiquidem fames, ac ſitis
cibi & potûs, optima ſunt condimenta, ut regio i
diademate, Proverb: 27. teſtatur Sapiens: *Anima
eſuriens, etiam amarum, pro dulci ſumet.* Sed jam
à literali, ad moralem Scripturæ ſenſum, transfe-
mus. Quid durities petræ, quid aquæ inſipidus li-
quor? niſi adverſitatum, & afflictionum deſigna
moleſtias? quibus ſe circumfuſum ſentiebat ille
qui ajèbat: *Intraverunt aquæ, uſq; ad animam
meam*, Pſal: 68. Quod ſi, charitate mens quæp-
am æſtuet, & multa pro Amore Dei pati ſitiat! fa-
cilè ei, quivis afflictionis ſilex, melle dulciores, tri-
bulationis aquas propinabit. Nulla ei, ſeu aliunde
inflicta adverſitas, ſeu ſponte aſſumpta afflictatio
propter Deum non dulceſcet.

Adverſitates viris perfectis dulces.

Senſit

Chriſtus D: paſſionem ſu, am, ſuave e- pulum appel- labat.

Senſit eam, tribulationibus ineſſe ſuavita-
em, perfectiſſimum ſanctitatis humanæ exemplar,
alvator noſter Chriſtus, cum ardenti deſiderio ac-
enſus diceret: *Deſiderio, deſideravi, hoc Paſcha*
vobiſcum, manducare. Quod non ſolùm de Eucha-
iſtico Epulo, ſed de cruenta ejuſdem Salvatoris paſ-
ione, explicant multi Interpretes. Sed quid, ple-
ia acerbis doloribus, Chriſti paſſio, cum Paſchalis
onvivij ſolennitate habere poterat convenientiæ?
it ad eadem, veluti ad ſuaviſſimas epularum de-
icias, Salvator noſter Chriſtus, anhelaret? Funes
ibi, & catenas, virgarum faſces, ſpinas, clavos,
rucem, & vinum myrrhâ conditum, Optime IESV,
ævities parat Iudaica, & tu hæc crudelia, acerbi
loloris tui, & funeſtæ necis tormenta, ſuaves vo-
as epulas? doloribus impleberis, & tu ad hæc,
eluti ad inſtructam dapibus delicioſis menſam,
antâ aviditate properas? Tanto videlicet, pro
Dei Gloria, & ſalutis humanæ augmento, patien-
i deſiderio, tenebatur Redemptor noſter, ut ei, i-
ſa ſuppliciorum amaritudo, dulcis eſſe videretur.
Cruciatus enim (ut ait Cyrillus Alexandrinus)
& opprobria, delicias eſſe putabat.

SS. Stephano & Paulo pa. ti, dulce erat,

Eundem planè, in afflictionibus habebat gu-
ſum, ad ſui Salvatoris imitationem Protomartyr
tephanus, cui, ut de eo, vaticinatum eſt: *Lapi-*
des torrentis dulces fuerunt. Siquidem, inter i-
ſam ingruentium lapidum procellam, Beatus A-
thleta

Digitized by Google

thleta iſte, cæleſtibus repletus delicijs, ajebat: *Video cælos apertos, & IESVM ſtantem à dextris Dei*, Act. 7. Experiebatur ſimilem tribulationis ſvavitatem, oratione Stephani, fidelibus aggregatus, Doctor Gentium Paulus: ille enim, ſive ter virgis cæſus, quinq; quadragenas paſſus, ſaxorum turbine lapidatus, in profundum pelagi merſus, probris affectus ſive vigilijs, & jejunijs maceratus, frigore & nuditate afflictus, fame & ſiti enectus, ultro ſibi inflictis verberibus caſtigatus, cæteriſq; calamitatibus, ſupra quàm dici, cogitariq; poteſt exagitatus: In his omnibus mirâ animi ſvavitate perſuſus, quas læto pectore, non poterat continere delicias, his ad extra verbis exultabundus promebat: *Superabundo gaudio, in omni tribulatione*, 2 ad Co 7. Ita huic conſummatæ virtutis viro, ſapiebat Deus, ut in acerbiſſimis quibuſq; afflictionibus, propter eum toleratis, cæleſtem planè experiretur ſvavitatem, ut de eo, aureo ore, loquitur Chryſoſtomus, Hom. 23. in Geneſim: *Paulus* inquit, *cùm videret tentationes, quaſi nivis cumulos, quotidie ingruentes, non aliter, quàm ſi in medio paradiſo vixiſſet, gaudebat.*

SS. Martyribus tormenta ſapiebant.

Inſiſtebant Apoſtoli veſtigijs, laureâ Martyrij coronâ inſignes Heroes, qui tormentorum exquiſita ſupplicia, inter ſummas reputabant delicias. Ex eorum numero, erant Marcus, & Marcellianus, Romani Martyres: quos ab Ethnica crudelitate, pedibus

Digitized by Google

edibus clavis confixis, ad ſtipitem alligatos, cum
nnaus, quid ſibi animi ſupereſſet, interrogaret?
unquam ſe jucundiùs epulatos eſſe, reſponde-
unt, quàm cum hæc, libenter Chriſti cauſâ per-
erent, & hoc, quàm diutiſſimè tolerare, ſibi in
tis eſſe.

Quod in Paulo deprædicavit, hoc ipſe ſuum
emulatus Doctorem, præſtitit abunde Chryſoſto-
nus: nam cùm non Eudoxiæ Imperatricis tantùm,
nuliebribus furijs exagitatus, ſed Epiſcoporum eti-
m, conjuratâ in ſe invidiâ oppreſſus, inſuper ab
Arcadio Imperatore, in exiluim, pulſus, infinitis
rope calamitatibus, de induſtria affligeretur, om-
ia hæc, læto ſemper animo exhauriebat: ut ipſe-
net Epiſt. 14. ad Olympiadem, ita ſuam effudit
ætitiam: *Quis enim, quæ nobis in via, perferen-
da fuerunt, oratione complecti queat? pericula,
mortes, quæ quidem ipſe, quotidie recordans, ani-
moq; circumferens, præ lætitia volito, & exulto: ob
id q; te obſecro, ut hoc nomine læteris, gaudeas, e-
xultes: Deumq;, cujus beneficio hæc conſecuti ſu-
mus, laudes, ac celebres.*

S. P. Ignatius miram in adverſitatibus experiebatur ſuavitatem.

Sed jam ab extraneis, revocor ad domeſtica,
ejuſmodi conſummatæ virtutis documenta. Quàm
ublimè ſanctitatis culmen, attigerit, in primis Be-
atus Pater noſter IGNATIVS, inter plurima, quæ
d demonſtrant argumenta, eſt læta & inſatiabilis,
dverſitatum tolerantia, tanti enim æſtimavit ille,

 perſe-

perſecutiones, vincula, & verbera ſibi pro Chriſto, non rarò inflicta, ut teſte Maffeio, diceret. Si, quæ à Deo creata ſunt, omnia, alterâ in parte ſtateræ collocarentur, in alterâ verò, carcer, catenæ, calumniæ, & his ſimilia, vix illa omnia, præ iſtis, momentum ullum, apud ſe habitura. Sed enim, diceret aliquis, Beato Patri, inter cæteros procreatricis Dei Potentiæ effectus, cæli delicias, & æternæ beatitudinis felicitatem recenſeri. Ergone horum, quoq; valori, ac ſvavitati, triſtis naturâ, quævis afflictio anteponenda erit? objectioni, certo certius, reſponderet IGNATIVS: cæleſtem quidem Beatitudinem, ſe non aſpernari: perſecutiones tamen, probra, calumnias, & voluntariam rebus in omnibus mortificationem, illis anteponere. Immo malle ſe, incertum æternæ beatitudinis vivere, & interim, pro Deo, & proximorum ſalute, plurima pati, ac tolerare. Vnde proveniebat, ut quamvis ille, plures ærumnas, ac ludibria devoraverit, vincula, ac verbera, pæne ad mortem uſq;, perpeſſus fuerit, plura tamen, pro domini ſui gloria pati, fame inſatiabili expetebat. Coortas verò, in totum ſocietatis ſuæ agmen, undecunq; adverſitatum procellas, ſummo perfuſus gaudio, lætâ fronte excipiebat. Hinc cum aliquando in allatis literis, graves eidem undequaq; tempeſtates, contra Societatem commotæ, ex Hiſpania nuntiarentur, in læto id omine, cenſebat numerandum, illamq; adverſita-

verſita-

Digitized by Google

verſitatem, optimi in Societate proventûs, prænuntiam eſſe. Eò enim, (inquiebat ille) uberiores, lætioreſq́; terræ ſolent fruges effundere, quo major eſſet hibernæ tempeſtatis antegreſſa triſtitia; Societatemq́; ſemper in ijs locis, fuiſſe fæcundiorem, ubi magis vulgò depreſſa, majoribuſq́; jactata injurijs fuiſſet.

S. Xaverius pati, in delicijs habebat.

Beato Patri, digniſſimum ejus filium, accenſeamus Xaverium. Quanta virtutis moles, fuerit viri hujus Apoſtolici, etſi humanæ cogitationis ratio aſſequi nequeat, ex ea tamen, quam ille in rebus adverſis, percipiebat animi voluptate, facilè ſanctitatis ejus ſublimitatem, metiri poteſt. Quãto hic Antipodarum Apoſtolus, ad extremam uſq́; ſui defatigationem, exantlatos labores, barbarorũ odia, & perſecutiones, inflicta ab inferni etiam lemuribus verbera, cæli tempeſtates, viarum, terrâ mariq́;, ſuſcepta incommoda, inedias pæne continuas, ſuper nudam humum, aut nauticos funes, quietis capiendæ conſvetudinem, cæteraſq́; aſſlictionum moleſtias, tulerit, vultu ſemper ſerenò, & animo ad lætitiam ſupra modum effuſo, nemo ſatis dicere, ac ne cogitare quidem poteſt. Adeo ei, graviſſimæ quævis aſſlictiones ſapiebant, ut eis cæleſtes etiam delicias, quibus abundè, non rarò implebatur, poſthabere videretur. Vnde voluptatibus, Divinâ liberalitate, in ſe copioſè effuſis, quaſi ad nauſeam ſatiatus, modum imponi petebat, ſæpiùs

Digitized by Google

pius inclamans: Satis eſt Domine, ſatis eſt. Iam verò labores, ærumnas, deſolationes, alioſq; afflictionum cruciatus, inſatiabili quadam orexi, continuò appetebat, dum eis abundè repletus, ampliùs inclamabat. Effudit eam, in afflictionibus exuberantem lætitiam, calamo in chartam, dum ex Iaponia, ſocios Goæ degentes, ſic per literas eſt allocutus: *Quæſo vos Fratres Chariſſimi, ut me in agendis Deo gratijs, pro tanto beneficio, adjuvetis. Iam ſingulari Dei munere, in Iaponiam pervenimus, ſumma eſt rerum omnium inopia, quod quidem in maximis Divinæ Providentiæ beneficijs numero.* Eundem in eò affectum, demonſtrant literæ, ex Maurica ad ſocios Romanos ſcriptæ lib. 2. Ep: 6. *Terra*, inquit, *eſt aſpera, & ſterilis alimentorum, frumento, & vino caret. caro quid ſit? fere incolæ ignorant, aquæ dulcis magna inopia.* Reliquaſq; ſimiles, poſtquam recenſuiſſet egeſtates, ac miſerias, ſubnectit deinde: *Hæc vobis Fratres Chariſſimi, eò ſcripſi, ut ſciatis, quantùm hæ Inſulæ, cæleſtibus affluant gaudijs: nimirum hæc omnia pericula, atq; incommoda, Chriſti Domini noſtri cauſâ, ſuſcepta, theſauri ſunt cæleſtibus ſolatijs refertiſſimi: ſic prorſus: ut has Inſulas, appoſitas eſſe credas, ad lumen oculorum, paſcentes animum, in ſuaviſſimi fletûs ſuavitate perdendum. Equidem nunquam me, tam liquidâ perpetuâq; animi voluptate, perfuſum eſſe memini, nec tam leviter, labores omnes & ærumnas*

Digitized by Google

ærumnas corporis pertuliſſe, quàm cum Inſulas concurſarem iſtas, inimicis cinctas, eaſdemq́, vel morborum ſubſidijs, vel vitæ tuendæ præſidijs, atq́, adjumentis deſtitutas Ita in hunc, toto agmnine irruentes ærumnæ, ſolidæ virtutis Virum, non cum aliquâ amaritudine affecerunt, ſed mirâ dulcedine delibutum, recreârunt adeo ut non horridis egeſtate & tribulatione Inſulis, ſed cæleſti paradiſo, ſibi intereſſe videretur.

S. Franciſco Borgia ſola niſi inſipida ſapiebant.

Mitto alios prope innumeros, conſummatæ virtutis, Societatis noſtræ viros, eo uſq; perfectioni deditos, ut nihil magis in votis, ac etiam delicijs haberent, quàm pro Dei Amore, aſpera quæq; pati. In præclarum Religionis noſtræ decus, & Ordinis Præpoſitum Generalem S. Franciſcum Borgiam, eſſem injuriùs, ſi ejus hoc loco, admirandam virtutem, tacitus præterirem. Magnam fateor, orbis miratur in eo ſanctitatem sed non minorem, erga omne afflictionum genus, ſuſpicit amorem. Ita ille, univerſis afflictionibus afficiebatur, ut nihil ei ſaperet, quod non eſſet aliquâ moleſtiâ conditum. Vnde illa maxime edulia, guſtum ejus recreabant, quæ ſuo amarore, eundem affligebant. Illæ ædes, præ Regum, Principumq; Palatijs, magis placebant, quæ ruinas agerent, & perviæ ventis, ac imbribus eſſent. Illud iter, erat ei amæniſſimum, quod, pluviâ madidus, nivibus obſitus, frigore congelatus, aut ſole aduſtus, conficiebat. Hoc itineranti hoſpitale,,

tale, videbatur ad guſtum, in quo ad reficiendas & exhauſtas ex itinere vires nihil cibi ac potûs reperiret, ac ſtramen etiam feſſo corpori deeſſet. Quibus delicijs, minimè contentus, in multam noctem, corpus ſeverâ, ac cruentâ caſtigabat diverberatione. Cum verò proſtratis viribus, ſatis ſibi pro voto feciſſet, panſis ad Deum manibus, oculiſq; in cælum defixis, laudes ei perſolvebat: quòd ſe tali ſolatio, ac voluptate dignaretur. Et hoc demum eſt, virtutem ex digno colere, cui nihil unquam triſte, & acerbum poterit contingere: ſed omnia ſapiunt, quæ aliorum debilior virtus, non ſuſtinet ſed horret, & nauſeat. Applaudit & Chryſoſtomus: *Excellentiſſimus, inquit, virtutis gradus eſt non ſolùm patienter, ſed lætanter quoq; res adverſas perferre.*

Amor Dei & Exemplum Christi, dulces facit adverſitates

Neq; verò mirum, cuipiam videatur, ſolidæ virtutis Heroibus, omnes afflictionum acerbitates, tantopere ſapuiſſe: noverant enim illi optimè eos, quibus ejuſmodi, ſunt ad guſtum alimenta, inter dilectos Dei filios accenſeri: Paulo atteſtante *Quem diligit Dominus, caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Ad Hebr. 12. Excitabat in illis, & illud, inſatiabilem afflictionis famem quòd humanâ in carne Dei Filium, non alio niſi tribulationum cibo, ſcirent fuiſſe enutritum. Si enim ſimplex, & rude lignum, amaris naturâ aquis, Moyſe injectum, ſalubres, & guſtu ſvaves, fecit eaſdem?

dem? quid in hominum animis, non efficiet, Sal-
toris noſtri patientiâ, crux delibuta? de qua ille,
m ſingulari guſtu, ajebat: *Hanc amavi & exqui-
i, à juventute mea.* Sap: 8: faciet procul dubio,
ulces nobis, omnes afflictionum ærumnas. Allici-
ntur ad eaſdem adverſitates, ſvaviter tolerandas,
erfectæ virtutis percupidæ mentes, quod non dubi
nt, deliciarum epulis, quamvis è cælo ſubmiſſis,
irtutem ſenſim emolliri, ac enervari: duriori verò
ſſi ctcrum alimento augeri, ac roborari Proin-
e, non conſolationum lacte, puerilem teneritudinē,
d ſolido afflictionum cibo, virile virtutis robur nu-
iunt, ac roborant. Narrant naturæ animalium,
ccurati indagatores, robore & fortitudine, cæte-
s volucribus præſtare ſtruthionem, nec mirum, fer-
o enim, iiſdem teſſil us, pro cibo, ales hic veſci-
ur. Quod natura in ſtruthionibus, hoc in ſolidæ
irtutis hominibus, virtus efficit: quibus, dum fer-
o durior, quævis adverſitas, cibi inſtar d licati ſa-
t, fortes efficit Hinc credo, tribulationibus copi-
ſè paſtus, prodigium patientiæ Iob, ſtruthionum
cietate gloriabatur, dum diceret cap: 30 *Socius
i ſtruthionum*, quòd afflictionum, ferreo planè,
o alebatur nutrimento, inſuperabili robore, ac vi-
ous augeretur.

*Struthio aſſu-
mit robur, ex
ferro quo veſci
tur.*

Hæc planè nobis vovet, ac optat S. Apoſto-
s Iacobus, ita nos in ſua Canonica cap: 1. adhor-
tus: *Omne gaudium exiſtimate Fratres, cum in
varias*

*Stabilitas in
tribulationi-
bus, perfectæ
ſanctitatis, do
cumentum eſt*

Digitized by Google

varias tentationes incideritis. Annuit Apoſtolo, & noſter inſignis, in ſpiritu Doctor, Thomas à Kempis, dum lib: 2. cap: 12 ad unumquemq; noſtrûm directo ſermone, rem concludens ait: *Quando ad hoc veneris, quòd tribulatio tibi dulcis eſt, & ſapit pro Chriſto, tunc bene tecum eſſe exiſtima, quia inveniſti paradiſum in terra.* Hoc enim præſtat perfecta virtus, ut illi ſolùm experiantur ſe, teſte ſcriptura Deutor 32. *Sugere mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo*, qui ex ipſa afflictionum duritie, dulcem animo percipiunt ſvavitatem: eoq; ipſo, in viros evadunt perfectos.

ALLOCUTIO IX.

Conformitas cum voluntate Divina, facit ſecurum, & ſvave Perfectionis iter.

Qui Divinam ſequitur volûtatem, nulli errori, aut moleſtiæ obnoxius eſt.

MAgna eſt, ſpiritualis profectûs noſtri, ex eo infelicitas, quòd non tantùm, viam Perfectionis, ingredi incipientes, labi, deficere, aut quòd pejus eſt, retrò etiam abire ſoleant: ſed illi quoq;, qui ſe non procul jam, à perfectæ ſanctitatis metâ, abeſſe exiſtimant, interdum à recto tramite,

mite,

Digitized by Google

mite, deflectunt: aut poſtquam, ſuſcepti itineris tædere eos cæperit, moleſtiâ victi, de curſu remittunt. Quod, ne unquam viris prope jam perfectis, contingat, Divinam in omnibus Voluntatem amplecti, eiq; ſe ad amuſſim accomodare ſtudeant. veluti enim, qui ducem itineris gnarum, & ad levandas viæ moleſtias, accommodatum ſequitur, non ſolùm aberrare, ſed ne quidem, moleſtum iter, ſentire poterit: ita qui in via Perfectionis, Dei Voluntatem Ductricem habent, nulli unquam errori, aut moleſtiæ, obnoxium iter tenebunt: ſed tuti, & hilares, ubiq; pergent. Scimus populum Iſraeliticum, proſperè ad terram promiſſionis fuiſſe deductum, duplici columnâ, quarum una ignem, altera referebat nubem. Collucens ſiquidem, ante eos ignis, rectum, ac ſecurum, monſtrabat iter. nubes verò, umbraculi inſtar, à ferventioris cæli, urenti æſtu, protegebat viatores, & ſvavem pergentibus faciebat viam. Bina hæc, ignis, & nubis columna, Divinam nobis Voluntatem, optimè, adumbrat, & graphicè exprimit: cujus, quicunq; ductum, conſtanti paſſu ſequitur, igne illuminatur clariùs, ne obrutus inſcitiæ tenebris, in devia feratur erroris. Nobis verò imaginem, ideo Dei Voluntatis præfert, quia ſequaces ſui, & ab annexis viæ periculis protegit, & cæleſtis ſolatij gratum inſtillat rorem. Vtrumq; hoc Divinæ Voluntatis beneficium, ut experiamur, ejus nos du-

Divina Volũtas illuſtrat, & protegit.

 ctui,

ctui, in omnibus conformare velimus.

Viri etiam perfecti, interdum à ſemitis juſtitiæ aberrant.

Quamvis vias Domini, notas habeant, & in eis alacriter currant; viri ad Perfectionis culmen, pro viribus connitentes, non rarò tamen, neſcio quâ menti offuſâ caligine, à ſemitis juſtitiæ aberrant, & gravibus afflicti adverſitatibus, ægreſcentes animo, lento nimis paſſu, in via Perfectionis progrediuntur. Certè, prope jam ad ſupremam ſanctitatis metam, evaſerat vir ſecundùm cor Dei David. Vias enim mandatorum Dei, cucurrerat feſtinus. Erat ei mens, luce Divinâ affatim illuſtrata, ſemitas juſtitiæ, ita notas perſpectaſq; habebat, ut eas, non ipſe tantùm calleret, ſed iniquos etiam, vias Domini doceret, & errantes, ad rectā ſalutis ſemitam, deduceret. Ecce verò, talis, tantuſq; viarum Domini, optimè gnarus viator, poſt emenſum prolixi itineris ſpatium, & exantlatos moleſtioris viæ labores, pecudis inſtar, lumine rationis deſtitutæ, à recta ſanctitatis viâ, procul aberravit, ita, ut errabundus, dolenter ingemiſceret: *Erravi ſicut ovis quæ periјt.* Hinc, illa, exultantis animi, in viâ Domini, ejuſdem viatoris hilaritas, in triſtitiam verſa, gravem mærore animū, in dies conficiebat: ut iterum, Pſal. 37. querulofus diceret: *Contriſtatus, totâ die ingrediebar.* Ita, ſolidè addictas, ſanctimoniæ, mortalium mentes, interdum agit tranſverſùm error, interdum graviter opprimit, retardatq; mæror. Porrò ad evitandum, in

dum, in viâ Perfectionis, utrumq; iſtud malum, Divina voluntas, ſequacibus ſuis ſubmovet, & avertit.

Quod ad errorem attinet, ita eum ſap: 5. miſeri errones illi, ad inferni præcipitium deducti, acerbè nimis, deplorant; *Ergo erravimus in via veritatis* Cauſam verò erroris, non aliam prætendunt, niſi quòd ſol juſtitiæ, non luxerit eis. Solem ego, Divinam Voluntatem, meritò dixero: Veluti enim princeps planetarum ſol, florem heliotropium vacari ſolitum: ſemper obverſo, in lumen cæleſte vultu, ſequacem habet: ita mortalibus, Dei voluntas, ſolis inſtar, prælucet, ut ejus ſecuti ductum, Divinâ luce, nunquam deſtituantur: à qua, quia miſeri errones illi, oculos, & animum, avertebant, ideo ad inferni barathrum delapſi, toto cælo erraverunt. Non Divina illis, ſed propria voluntas, tædæ inſtar infernalis, in viâ iniquitatis prælucebat, quam ſecuti, ad æternæ perditionis metam, erroneo, & irrevocabili paſſu, devenerunt. Annuit veritati Bernardus, dum ait: *Ceſſet propria voluntas, & infernus non erit.* Quaſi dicat, nullus mortalium, crudele illud Erebi antrum, errabundus intrat- niſi ille, qui propriæ voluntatis, ubiq; ſequitur ductum. Hoc, omnium peſſimo duce, primogenitus mortalium Cain, erro, & profugus, ſuæ infelicitatis terminum, non tantùm ipſe reperit, ſed omnibus inſuper, propriæ voluntatis ſectatoribus, ad

Solis inſtar Dei voluntas prælucet hominibus.

Voluntas propria, æternæ damnationis, Divina, ſalutis, eſt fons, & origo.

bus ad inextricabilem, æternæ perditionis Labirinthum, tritum iter reliquit: Quibus, triſtis illa nænia, Apoſtolico Divi Thadæi ore, occinitur: *Væ illis, qui in viâ Cain abjerunt.* Veluti enim iſtum, ex humana progenie, primum, Erebi incolam, ad omnium infelicitatum farraginem, ſua voluntas deduxit: ita & cæteros, humani generis voluntarios viatores, idem excipit, omnibus infortunijs refertum chaos. Alia eſt ſors, conditio longè diverſa, eorum, qui non propriæ, ſed Divinæ Voluntatis, nutum ſequuntur ubiq;: Cælum illis, hoc eſt, omnis felicitatis congeries, meta eſt. O ſi Beatos, boni perennis comprehenſores, liceret intueri, & audire: cujus ductu & adminiculo, tot erroribus obnoxios mortalitatis ſuæ calles, & perplexos anfractus, ſuperârunt? omnes unanimi ſenſu, & ore, Divinam Voluntatem deprædicarent, quæ unumquemq; *juſtum, deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.*

S. Paulum cõformitas ad Dei Voluntatem, multas fecit ſuperare difficultates.

Aſſertam veritatem, ut clariùs intueamur, in Apoſtolum Paulum curſu contendentem, oculos & animum convertamus. Difficile dictu eſt, quantas inter difficultates, & pericula, egerit iter ſuum, viator ille: quæ fuſiùs recenſentem, ipſummet audiamus: inquit ille 2. Cor: 11. *In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, peri-*

culis in

Digitized by Google

culus in falſis fratribus: cæteriſq; ejuſmodi diſ-
ficultatibus, iter ſuum fuiſſe infeſtum aſſerit. Stu-
endum profectò prodigium eſt, S Apoſtolum, tot
antiſq; perplexitatibus, ac periculis ſtrenuè ſupe-
atis, curſum feliciter conſummâſſe, & in in æter-
a felicitate, coronam Iuſtitiæ obtinuiſſe. Sed quis
andem, imbecilles naturâ, greſſus ejus direxit?
Quis eum, adeò perplexâ, & difficili viâ, ad Bea-
æ Perennitatis metam, conſtanter deduxit? Cer-
è non alio duce, adeo arduas viarum difficultates,
uperavit, & evaſit, niſi Dei Voluntate, cui ſe de-
everat, & ex toto adhæſerat, fortunatus viator i-
le. Cùm enim poſt plurimos, quos in ſuo Iuda-
ſmo commiſit errores, *Divinâ* vi, felici caſu, pro-
ſtratus, de terra ſurgeret, aliam Chriſtianæ, & A-
oſtolicæ perfectionis viam, initurus: illico, à Di-
inâ voluntate, duci ſe, dirigiq; poſtulavit, dum
ta; opem, & ſubſidium ejus inclamavit. *Domine,
uid me vis facere*? Quaſi diceret: mea me, cu-
us hactenus, cæco impetu ſequebar ductum, mi-
era voluntas, in tot induxit errores & permiſit la-
ſus. Abſit, in poſterum à me, ut huic peſſimo duci,
iam vitamq; committam meam. Tu mihi abhinc,
ptima Dei Voluntas, itineris mei, Dux comſeq;
ris. Tu me, tuas docebis vias. Tu meos diriges
reſſus. Macte animo fortunatiſſime viatorum, re-
tâ & regiâ perges ſecurus viâ, & propoſitam æ-
ternæ ſalutis metam, felix attinges: poſtquam ita
gnarum,

Digitized by Google

gnarum, ac falli neſcium Ducem, in ſocietatem itineris tui, adſciviſti. Et certè votis, reſpondit abundè eventus: ſiquidem Paulus, Divinæ pediſequus voluntatis, & viâ Iuſtitiæ, ne lato quidem ungve, diſceſſit unquam: & mortali adhuc ſarcinâ corporis gravatus, ad tertium uſq; cæli ſacrarium penetravit. Nunquam enim Divina voluntas, eos aberrare, aut periclitari ſinit, quos ſibi jugiter adhærere videt.

Divina volun tas multas Religioſis facilitat difficultates.

Quanquam omnes Chriſtiani, potiſſimùm tamen Religioſi viatores, in hoc, quod arripuimus, Perfectionis itinere, graves, & plurimas experimur difficultates: occaſiones errandi, habemus fere innumeras, periculis ſubjacemus prope infinitis. Sæpe enim quod vitium eſt, virtutis ſpecies exiſtimatur: paſſione interdum movemur, & zelum putamus: dum diſcreti eſſe volumus, amori proprio, aut ſenſualitati litamus: magiſne nobis, afflictio animi, an conſolatio, conducat ad profectum, ignoramus: fugit non raro, latetq; nos, utrum ſanitas, & firma valetudo, an debilitatæ morbo vires, fortiores nos, & aptiores, Dei obſequio reddant? proſperiſne, an adverſis, plus exerceatur virtus? haud facilè concludimus. In his proinde, cæteriſq; ſimilibus, Divinæ nos committamus Voluntati, cujus ſecuti placitum, non niſi ea, quæ profectui noſtro ſunt profutura, eligemus.

Habet,

Habet, & meritò quidem, ſuos panegyri-
as, celebris illa Sponſa Chriſti, Diva Senenſis Ca-
harina, quòd cum ſibi ſponſus ſuus, geminam ob-
uliſſet coronam, unam auro, & gemmis fulgen-
em, alteram ſpinis, & aculeis rigentem; optio-
emq; dediſſet, alterutram eligendi: præciſâ omni
d deliberandum morâ, pia illa Anima, poſtpoſito
iademate pretioſo, ſertum ſpinis horridum, ma-
ibus apprehendit ambabus: quâ electione, tan-
tum ſibi, apud cæli terræq; incolas, comparavit glo-
iæ, quantum, Chriſto compatiendi, prætulit de-
derij. Magnum fateor, fuit hoc virtutis documen-
tum, dignum omni elogio factum. Cæterùm non
minor, immo ut verum, (prout ſentio) dicam,
ſolidior, perfectæ virtutis nota, apparuit in alterâ,
non minùs ſanctimoniâ, celebri virgine, S. Gertru-
de: huic, cum ſe aſpectabilem (ut Lodovicus
Bloſius, in Monili Spirituali meminit) præbuiſſet
Chriſtus, protenſis ad eam manibus, ita loquebatur:
Hâc manu, ajebat, defero morbos, perſecu-
tiones, deſolationes, cæteraq; adverſitatum gene-
a: hâc verò præſento, corporis ſanitatem, animi
conſolationem, hominum gratias, ac favores, &
id genus alia: Elige filia, utrum placet? Quid hic
geret Gertrudis? ſi proſpera eligat? amori pro-
prio favere videbitur: ſi adverſa? præſidentiæ, ne
dicam audaciæ, notam incurret. Prudentiſſimè i-
taq; elegit neutrum, ſed plicatis ad præcordia, in
crucem

S. Catharina ſenenſis ſertũ ſpineum præ aureo eligens laudem promeruit.

S. Gertrudis proſperitatum & adverſitatũ electionem, Dei committens voluntati, laudis palmam præripuit.

crucem manibus, in genua procumbens ait: O Domine mi, id ego à te, votis omnibus contendo, ut non meam, ſed tuam attendas Voluntatem: ideo ad utrumq; parata, eligo neutrum. Tuum eſt Domine dignoſcere, utrum hoc, an illud mihi relinquas, feram æquali animo, quidquid horum obtuleris. Quod reſponſum, ita Chriſto arriſit, ut diceret: Noveris filia, quod nemo, rem mihi gratam magis præſtare, et me, efficaciùs ad ſe trahere queat, quàm ſi mihi, ſuam, ex integro reſignet voluntatem. Sic edocta Gertrudis, precatiunculam his verbis conceptam: *Non mea, ſed tua Voluntas fiat IESV:* 360. vicibus, per dies, cum ſvaviſſimo guſtu, repetere, in uſu habebat: quâ orandi methodo, vix dici poteſt, quantùm cæleſtium meruerit gratiarum, & quàm recto tramite, ad beatæ felicitatis metam pervenerit.

Proſpera & adverſa Divinæ Voluntati committantur.

Quòd, cum hac pia anima, actum eſt, idem nobiſcum agi, exiſtimemus. Occurrunt non raró menti cogitationes, & varij à Deo profecti inſtinctus, quaſi optio, eligendi daretur: ægrone, an valenti, corpore, famulari Deo velimus? ſubit animum deliberatio: utrùm ſpecioſis, & plauſibilibus, an abjectis, & vilibus munijs, nos diſtineri, ad Divinæ Gloriæ, & noſtri meriti augmentum, magis expediat? Anxia ſæpe mente pendemus: pluſne Deo placeat? in Xenodochijs, & ſterquilinijs, extremæ ſortis pauperibus, impenſus ſalututaris, totâ vitâ

labor

labor an è ſuggeſtu ad ſelectas,ēruditaſq; aurēs,prolata,cum plauſu dictio? *Incerti* animo hæremus: magiſne aridi, deſolati, & anguſtiati, an ſupernis pleni ſolatijs, de Deo, & noſtra ſalute mereamur? In his itaq; omnibus,cæteriſq; ſimilibus,niſi nos Divinæ Voluntati, ex integro committamus, facilè errore abducti, à recto tramite deviabimus. Veluti enim ignarus itineris viator,ſi in bivium incidat, quam, ex duabus, viam arripere debeat? incertus animi hæret: quod ſi alterutram ex ſuo ſenſu eligat, à propoſita ſibi meta plerumq, aberrat. Iam ſi peritum, & fidelem ductorem habeat citra periculum erroris, ad deſtinatum terminum pergit ſecurè *Idem* planè & nobis, contingere ſolet: quoties enim electioni noſtræ, aliquod rerum gerendarum occurrit bivium, ſi nos ad alterutram partem, noſtra voluntas inclinat, ſæpe errare facit: at ſi ad neutrum propenſi, Dei nos indifferenter conformemus Voluntati, rectâ, citra errorem, pergemus viâ. Et hanc, ſaluti æternæ unicè neceſſariam, ad Dei Voluntatem, indifferentiam, feriò inculcat nobis B. Pater IGNATIVS, dum in ſuorum Exercitiorũ Fundamento ait: *Quapropter debemus, abſq; differentia, nos habere, circa res omnes creatas, ita, ut (quod in nobis eſt) non quæramus ſanitatem magis, quàm ægritudinem, neq; divitias paupertati, honorem contemptui, vitam longam, brevi præferamus. Sed Divinam in omnibus Voluntatem exequi ſtudeamus.*

In electionibus noſtris, ignarum itineris victorem expedit imitari.

Divinæ Volũtatis, Leges& ſuperiores, optimi Interpretes.

At enim, (occurret non nemini dubium) unde Dei Voluntatem, ad hoc potiùs, quàm illud, nos inclinantem, intelligemus? cum Deum nobis loqui ad extra, nunquàm contingat audire, internam verò ejus vocem intelligere, non ſatis poſſumus. Sed adſunt nobis præſto, Divinæ Voluntatis, certi, fidiq;, interpretes: ſeu ad vocationis noſtræ exigentiam, conſcriptæ Leges: ſeu, qui vicariâ Dei poteſtate funguntur, noſtri Superiores. Et de Legibus quidem, *Inſtituti noſtri*, certum eſt, in illis omnibus, & ſingulis, Divinam comprehendi Voluntatem: ſi quidem eas Beato Legislatori noſtro, Divino ore, ſuæ voluntati concordiſſimo, communicatas eſſe, nulli dubitamus. Neq; verò minori certitudine præſtant, immo Æternæ Veritati, æquiparantur & illa, quæ per Superiorum noſtrorũ, nobis intimantur edicta: Divino de illis, ita atteſtante Oraculo: *Qui vos audit, me audit*. Vnde facilè intelligimus, ſi veræ fidei, refractarij, eſſe nolumus. Divinam Sapientiam, ac Bonitatem, ſicut per ſe, ita & per ſuæ Voluntatis, dictos Interpretes, falli, aut nos fallere, minimè poſſe. Habemus itaq; Perfectionis noſtræ, nulli omnino errori, obnoxium iter: Si Divinæ, ita nobis intimatæ voluntati, in omnibus obſequi voluerimus.

Alterum viæ noſtræ incommodum eſt, quòd cùm alacres, & hilares curſum diu continuaverimus, poſtea ſenſim, conceptâ quâdam animi ægritudine,

Digitized by Google

tudine, triſtes lenteſcimus, ex eo potiſſimùm, quòd nobis, in hoc itineris paſſu, nec pauca, nec levia, contingunt adverſa. Svaviter certè, vias Domini decurrebat ille, cui cantabiles, hoc eſt, ſvaves ac jucundæ, erant omnes juſtificationes: poſtea verò, malis aggravatus, in illos gemitus erumpebat: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt!* Vel, ut S. Hieronymus, ex Hebræo legit: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt! Ita plerumq; , viros etiam, Perfectioni prope jam vicinos, verùm variè afflictos, piget tædetq; viæ, gratiâ ſanctitatis ſuſceptæ. Hinc illæ (ſi votis non reſpondet eventus) amareſcentis animi, triſtitiæ: ſi ſubtractâ cæleſtis ſolatij ſvavitate, triſtis ingruat deſolatio, anguſtiæ, mentis tædia: quæ omnia, ſanctitatis viam, immo & vitam, multis reddunt amaram. Sed iſtæ etiam, animæ amaritudines, Divinâ Voluntate leniri, facilè poſſunt.

Chriſto Domino, Patris Voluntas, omnes ærumnas ſvaves faciebat.

Ad ſtabiliendum propoſitæ veritatis aſſertum. Perfectiſſimam totius ſanctitatis *Ideam*, & Exemplar, Salvatorem noſtrum, in memoriam revocemus. Nullâ puto, verborum energiâ, ſufficienter exprimi poſſe, cum quanta, exultantis animi lætitia, Æternus Dei Filius, humanam carnem indutus, ſuſceptam pro noſtrâ ſalute, viam egerit: ita, ut de illo, dictum à Propheta intelligatur: *Exultavit ut gigas, ad currendam viam ſuam.* Svaves illi, & jucundi, uſq; ad virium defatigationem,

 erant

erant noſtri cauſâ, tolerati labores: ſapiebat rerum omnium inopia, delectabatur, diebus noctibuſq; , continuatâ inediâ: inſuper ſaturabatur opprobrijs, veluti epulis ſapidiſſimis: libens perferebat obtrectationes, calumnias, & perſecutiones: verbo, perfectiús Doctore Gentium, *In omni tribulatione ſuperabundabat gaudio:* Ecce autem, dum ſupremo vitæ mortalis appropinquaret termino, *Cœpit tædere & mæſtus eſſe:* & ait. *Triſtis eſt anima mea, uſq; ad mortem.* Et quâ tandem ratione, adeo exuberantem, in extremo agone, mæroris amaritudinem, condivit ſibi, afflictiſſimus Servator noſter? En ad Æterni Patris Voluntatem, veluti ad ſvaviſſimum nectar, recurrit, dum in ea amaritudine conſtitutus, ſæpiùs ingeminat: *Pater fiat Voluntas tua.* Immo illum ipſum, calicem, toxico omni acerbiorem, famulantis Angeli manu, ſibi porrectum, non alio, niſi ejuſdem Paternæ Voluntatis condimento, dulcem reddidit, dum diceret: *Pater mi, ſi non poteſt Calix hic, tranſire, niſi ut bibam eum, fiat Voluntas tua.* Matth: 26. Et ita amariſſimum paſſionis ſuæ calicem, adeo ſvavi cum guſtu exhauſit, ut omnia, ſeu verborum convitia, ſeu verberum cruciamenta, delicias inter, & cupedias reputaret: ut etiam cum Pſalte, exultabundus plauderet: *Calix meus, quàm præclarus eſt!*

Dei Volunt as omnes moleſtias emollit.

Quo ſuo, Servator noſter facto, nos edocuit, nihil tam triſte, durum, & acerbum, nobis contingere

tingere

tingere poſſe, quod noſtrâ cùm Voluntate Dei conformitate, emolliri, & mirâ ſvavitate condiri nequeat, Infeſtetur morbis, excrucietur doloribus corpus, abſorbeatur triſtitiæ fluctibus animus, proſcindatur ore malevolo fama, obruátur totus injurijs homo: nihil hæc afficient, Divinæ Voluntati, ex toto adhærentem: hoc clypeo tectum, & ſæpius proferentem: *Fiat Voluntas tua*, ſi totus illibatur orbis, impavidum ferient ruinæ. Nunquam enim miſer eſſe poterit, qui in ſinu Divinæ Voluntatis placidiſſimè conquieſcit. Cùm non ignoret, ſine nutu illius, nec arenuſam à monte, nec capillũ è capite, nec foliolum ex arbore, nec paſſerculum ex aere, decidere: gratè proinde omnia ſuſcipiet, quæ ſibi ab optima Dei Voluntate, obtigiſſe cognoſçet. Inter ipſas amaritudines, ineffabili gaudio animus perfundetur, qui ſe, ad omne, unius Divinæ Voluntatis momentum, librare novit

Experiebatur id, heroicæ virtutis virgo: S Magdalena de Pazis, quæ ſæpius exclamabat: *Nemo niſi expertus novit, quantùm dulcedinis, contineat in ſe, verbum iſtud, Voluntas Dei*.. Habent id omnes exploratum, qui non aliam ſuis deſiderijs, ac deſignationibus metam, nec aliam actionibus normam, & regulam, niſi Divinæ Voluntatis beneplacitum conſtituerunt. Hi enim ſvaviſſimo, exquiſitæ lætitiæ ſenſu afficiuntur. & velut integro internorum gaudiorum innatant oceano. Teſtatum id

SS. Magdalena de Pazis & Aldegundis miram in adverſis ex Dei Voluntate percipiebãt ſvavitatem.

tum id reliquit, inſigni ſanctitate conſpicua, B. Aldegundis, quam varias inter afflictionum preſſuras conſtitutam, cùm Sanctiſſima Cæli terræq; Regina, Dei Præpotentis Mater, per unum è Beatis Internuntijs, petere juberet, quidquid ad ſuæ afflictionis levamen, noſſet opportunum: ſciret ſe facilè obtenturam, quiquid petijſſet. Actis illa, humiliter pro tanta dignatione,Glorioſiſſimæ Imperatrici gratijs, ita reſpondit: Hoc unum poſtulo, ut fiat, quod vult Deus. Nam mea unica voluptas, Dei Voluntas. Quo reſponſo, Dei Genitricem mirè recreavit.

Homines Societatis IESU Duce S. P. Ignatio, omnes adverſitates, Divinâ condiebant Voluntate.

Sed quid talia, è ſacro vriginum profero gynæceo, cui domeſtica non deſunt exempla. Quòd enim, Beati Patres noſtri, qui nos hâc, qua pergimus viâ præceſſerunt, tot Majoris Dei Gloriæ, & proximorum ſalutis cauſâ, exhauſtos labores, rerum omnium inopiam, toleratas perſecutiones, denigratam famam, inflicta verbera, impactos cervicibus enſes, perpeſſas cruces, cæteraq; atrocium pœnarum inventa, forti, ac alacri animo tulerint: certus ſum, quòd omnes ejuſmodi acerbitates, ſola, & unica Dei Voluntas, ſvaves ei, reddebat, & jucundas. Præivit omnibus, B. Pater noſter, quē, tantà mentis tranquillitate præditum fuiſſe, memoriæ proditum eſt, ut, nullæ unquam adverſitatum procellæ, eam, quam intus animo percipiebat, cæleſtis ſolatij ſvavitatem, obruere potuerint. Non

aliâ

aliâ de cauſâ, niſi quòd è Divinæ Voluntatis manu, æquè proſpera, ac adverſa evenire, optimè noſſet. Nos ſi Patris ſecuti veſtigia, in ejuſdem Divini beneplaciti centrum, nos ſecus ac magnes, in polarem lineam, incubuerimus, nihil nobis triſte, & acerbum contingere poſſe, facilè experiemur. Et hæc ſunt à Divina Voluntate, nos, in columna ignis, & nubis deducente, profecta beneficia: quæ dum ſequaces ſui, ab omni errore. & moleſtia liberant, ad portum Æternæ Beatitudinis, feliciter deducunt.

ALLOCUTIO X.

Deſiderium videndi Deum, conſummatæ Perfectionis, indicium eſt.

ACcurati naturæ indagatores, motum in fine, volunt eſſe velociorem. An verò, in omnibus phyſicis motibus, verificetur dogma iſtud univerſale, ſedulò inquirere, propoſiti mei non eſt. Religioſæ Perfectionis noſtræ motus, quòd veritati huic debeat, ſoleatq; conſonare, extra dubium eſt. Quamvis enim, toto vitæ noſtræ tractu, in Deum, tanquam totius boni metam, ac centrum tendere debea-

Deſiderio videndi Deum tenentur viri perfecti.

debeamus, maxime tamen, in perfectioris vitæ noſtræ decurſu, totâ mentis, & affectûs pernicitate, in eùm, propiorem jam, Beatitudinis noſtræ terminum, agi, ferriq; incumbit properantibus. Veluti enim ferrum, quò propius, ad arcanam magnetis virtutem, accedit, eò velociùs proſilit, ut vi, jungatur tractivæ. Haud aliter, quævis anima, dum perfectiori mentis, & cordis affectu, Deo appropiat, incitatiori in eum, tanquam ſupremam, deſideriorum ſuorum metam, fertur affectu. Et meritò quidem, nam quò clariùs, ſummum illud Divinæ Bonitatis, & Excellentiæ pertium, menti & affectui relucet, eò fortiùs, trahit ad ſe deſiderium, ita præparatum. Quoniam verò, ad Perfectionis culmen, prope accedens animus, longo Divinarum lucubrationum uſu illuminatus, cæleſtis Patriæ, omni felicitate, exuberantem effluentiam, & immenſam Divinæ eſſentiæ Excellentiam, non trivialiter ſibi cognitam, habere ſupponatur, ſequitur neceſſariò: quod ejuſmodi cognitione, illuſtrata voluntas, ad poſſeſſionem tanti, ſibi verò, probè cogniti boni, currere debeat, incitatiſſimo deſideriorum paſſu. *Rem clariùs illuſtrabunt dicenda.*

Propinquitate meta, majus ſui excitare deſiderium, patuit in Hebrais.

Habet iſtud illicium, quævis propoſita viatoribus meta, quòd licet omnibus, maximè tamen propioribus, ardens ſui injiciat deſiderium. Quò enim iſti, & plures, in via exhauſerunt labores, & metam præ oculis, habent viciniorem, eò celeriori motu,

motu, feruntur ad eam. Quod, in illo peregrino Hebræorum populo, patuit manifeſtè. Educti enim, è ſervitute Ægyptiaca Iſraëlitæ, ad deliciarum compendium, terram lacte & melle fluentem, lento nimis paſſu, 40 annorum ſpatio, illuc gradiebantur: verùm, terreſtri paradiſo illi, poſt ſegnes viarum moras, propiores facti, ejuſq; potiundi, deſiderio accenſi, mirâ celeritate, reliquum itineris, facilè confecerunt: ut de illis, Rex, & Vates eorum, Pſalm: 15 loquitur: *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea acceleraverunt*. Quaſi dicat: Deſes ille, moroſuſq; populus, qui diu, lentus in via trahebat moras, conſpectâ è vicinio promiſſionis terrâ, concitatiſſimo poſtmodum curſu feſtinavit. Dicunt enim, Gentis ejuſdem eruditiores Rabbini: Populum Iſraëliticum poſtquam aſpectabilem, terræ promiſſionis amænitatem habuiſſet, vehementi erga eam affectu exarſiſſe, & ad obtinendam, curſum celerem promoviſſe. Scimus per refertam, plurimâ deliciarum copiâ, promiſſionis terram, Patriam Cæleſtem torrente voluptatis exuberantem, deſignari. Quòd ſi, temporaneis tantùm affluens illecebris, Palæſtina, Æternæ Beatitudinis typus, & umbra, ſegnem alioquin gentis Hebrææ populum, propoſito oculis ſui oblectamento, ad velocem curſum excitavit? illa, humanâ capacitate, majorum deliciarum ferax cæleſtis Regio, ad ſui poſſeſſionem, noſtra non alliciet deſideria?

 Immo

Immo verò, niſi Iudaicâ ignaviâ ſocordiores, audire velimus, totâ mentis & affectûs velocitate, ad perennes illas, nobis è propinquo objectas delicias, evolabimus.

Dabid perfectionem adeptus, cõtinuo cæleſtis Patriæ tenebatur deſiderio.

Ita hunc ipſum, qui hæc, de ſua gente enuntiavit, feciſſe Prophetam, facilè intelligimus. Dum enim ille, incipientium more, minori Perfectionis ſtudio, incumberet, lento nimis paſſu, ſe in via Domini ambulaſſe, ingenuè fatetur, dum ait. *In via hac, quâ ambulabam.* At verò, poſtquam perfectam adeptus eſt vitæ ſanctimoniam, jam non tantùm cum pernicibus cervis, curſu contendere, ſed cum volucribus etiam avium pennis, certare audebat: dum Pſalm: 41. diceret: *Quemadmodum deſiderat cervus, ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Plus audet Pſalm: 54. dum ait: *Quis mi dabit pennas, ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam:* Quibus, animi ſui, incitatiſſimis affectibus innuit, tanto ſe, in Æterna Felicitate, fruendi Deo, incenſum fuiſſe deſiderio, ut ad eam Beatæ perennitatis metam, cervos etiam, & volucres, curſu prævertere, in votis habuerit. Vnde, quantum unuſquiſq; noſtrûm, in via perfectionis profecerit: ex eo, quod in ſe ſentit cæleſtis Patriæ, & viſionis Beatæ deſiderio, potiſſimùm metiatur. Dum enim concupiſcit, & deficit in atria Domini, cum memorato Pſalte, cujuſpiam anima, indicium eſt, eam, prope jam ad metas,

tai, conſummatæ ſanctitatis pervenifſe. Quòd ſi, terrenis adhuc oblectamentis, inhæreſcens animus, nullo ſe, aut exiguo, ſentit cæleſtis Patriæ teneri deſiderio: parum ille, noverit ſe, in via Perfectionis profeciſſe.

Beati ſpiritus nunquam Divinâ ſatiantur viſione.

Neq; verò, mirum cuipiam videatur, animā in ſanctitatis Perfectionem, ſeriò incumbentem, affectu ardentiſſimo, vidend in Beata Felicitate Deum, continuò æſtuare, cum in meditatione ejus exardeſcat ignis ille, qui menti oſtendit, in Deo, naturâ præſtantes, numero infinitas, eminenter Perfectiones: quarum conſpectu, quamvis humani appetitûs capacitas, abunde impleatur, nunquam tamen ſatis exſatiatur. Vnde Princeps Apoſtolorum Petrus, Divini vultûs contemplatus decorem, meritò, 1 Petri 1 pronuntiavit: *In quem Angeli deſiderant proſpicere.* Quod effatum, Apoſtolico ore prolatum, quamvis infallibili, ſit conforme veritati, ſuâ tamen non caret difficultate. Neq; enim, creatus ſatis capit intellectus, quomodo, perſpicui Beatarum Mentium oculi, Conditoris ſui faciem deſiderant contueri? quâ eos continuò frui, Æterna Veritas aſſeverat, dum Matth: 18. ait: *Angeli eorum, ſemper vident faciem, Patris mei, qui in cælis eſt.* Quid quæſo, in eum proſpicere deſiderant, cujus faciem nunquam videre ceſſant? Si enim arcu emiſſa, & per àëra ad metam volitans ſagitta, poſtquam terminum attigerit, vola-

Digitized by Google

re deſinit: Angelorum deſideria, cur in Deum tendunt? quem ſuâ viſione attingunt. Cujus difficultatis nodum, ita Hugo Cardinalis diſſolvit: *Cur videre deſiderant? cujus faciem, nunquam cernere ceſſant: niſi quia, contemplatio Divinæ Præſentiæ, ita Angelos beatificat, ut ejus dulcedinem, quaſi novam, inſatiabiliter eſuriant.* Ex quo, tantam in illo Divinarum Perfectionum Oceano, bonorum copiam, reperiri docemur, quam nulla, creaturæ aviditas, ſuo poſſit deſiderio exharire. Hoc idem ante Cardinalem, Hipponenſis Præſul Auguſtinus, de Beatis Angelorum, hominumq; mentibus, Me, dit: 27. aſſeruit: *Eſt in eis deſiderium viſionis Dei, cum ſatietate; & ſatietas cum deſiderio, quibus nec deſiderium pœnam generat, nec ſatietas faſtidium parit.*

Deſiderio videndi Deum, S. Paulum debemus imitari

Quòd ſi Beatæ Patriæ felices incolæ, tantò videndi Deum deſiderio inardeſcunt? quamvis jucundiſſimo ejus conſpectu fruantur ſemper. Nos miſeri mortales, & ab ea felicitate, procul poſiti exules, quâ tandem votorum contentione, in illud ſummum bonum tendere, & ad ſtatum (ut eum vocat Doctor Angelicus) omnium bonorum aggregatione perfectum, anhelare debemus? quilibet, naturæ, & fidei, lumine præditus, conjicere facilè poteſt. Et ſentiebant profectò in ſe, ad eum, Divini Numinis, exuberantem perenni felicitate fõtem, æſtuantis deſiderij ſitum, perfectâ ſanctitate

inſignes

Digitized by Google

inſignes animæ: ita, ut inflammato amoris intra præcordia æſtu, ardere potiùs, quàm vivere cenſerentur. Certè illa, ex incaleſcente Doctoris Gentium pectore, veluti ex ardenti foco, flammea verba, erumpebant: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Et iterum, *Quis me liberabit de carcere mortis hujus?* Tanto videlicet videndi Salvatoris ſui deſiderio, tenebatur hic Apoſtolus, ut quamſibet, vitæ mortalis moram, ferret ægerrimè, Ita ei illa cæleſtis arriſit pulchritudo, ut ne oculo quidem dignaretur, omne illud, quod caducis fulgoribus, & mortali vetuſtate, mundi aſperſit fucus, ſed omnia mortalium pretia, arbitrabatur ut ſtercora.

S. P. Ignatius magno ſemper deſiderio videndi Deum tenebatur.

Eodem ſuccenſus igne, S. Parens noſter IGNATIVS, continuò videndi Deum amore flagrabat. Hinc ſæpius nocte intempeſtâ, ſolarium conſcendere ſolitus, unde cælum liberrimè conſpicere liceret: hic ille, corpore immotus, oculis in cælum defixis, genu ſubmiſſo, per ampliſſima illa, cælorum ſpatia, mentis aciem diſtendebat: atq; illic, ad ſcintillantes aſtrorum faculas, erecto vultu, eo uſque exardeſcebat, ut niſi lacrymarum imber, ardorem temperâſſet, IGNATIVS totus in flammas abijſſet. Continuos tamen inter ſingultus, & liquidiſſimæ voluptatis illecebras, identidem ſecum ingeminabat: *Quàm ſordet terra, dum cælum aſpicio.* Vnde quidquid mundi ſectatores, ſeu ad voluptatem ſvave, ſeu ad opes æſtimabile, ſeu ad faſtum,

Digitized by Google

ſtum, glorioſum, plurimi æſtimant; ille, tantam eorum concipiebat nauſeam, ut non ſolus ipſe, omnia hæc abominationi haberet, ſed nobis quoq; *Omnino, & non ex parte, abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat & amplectitur*, ſeriò injunxerit.

Ingens Deum videndi deſiderium erat in S. Xaverio.

Quid, de altero Gentium Apoſtolo Xaverio, dicam? Tanto ille, videndi Deum æſtuabat amore, ut cum conceptum animi ardorem, ædificiorũ anguſtiæ, continere non poſſent, in campos latè patentes proſiliret, ut frigidiori aurâ, ferventes pectore affectus, temperaret: & ſæpe paleæ inſtar leviſſimæ, ſuccini virtute, trahi ſolitæ, ad Deum, ſublimis à terra elevaretur. Quæ in IGNATIO & Xaverio, arſêre faces, eæ ad plures eorundem ſequaces, propagatæ ſunt. Talis in P. *Ioanne* Baptiſta Sanctio, ardor erat, & votum, ultra mortalium vota, inſvetum. Nam, cum ad viſionem Beatificam, continuò anhelaret, ita comparatus vivere didicerat, ut unicâ moriendi, & ad Deum evolandi ſpe, vitam toleraret: unde, ſi quis ei affirmâſſet, in veſperam eſſe victurum, gravi confixu doloris telo, illico concidiſſet: quòd tam diu Dei, quem ardenter deſiderabat, conſpectu, abſuturus eſſet: proinde, res erat plena prodigij, hominem vivere, eâ tantùm gratiâ, quòd ſe, citò ſperaret moriturum. Vt alios noſtræ Religionis, ignes, non homines, videndi Deum, deſiderio ardentes, tacitus prætercam;

Non ce-

Digitized by Google

Non cedit viris, in hoc heroico deſideriorum affectu, & infimior ſexus. Seraphica inprimis virgo, Divino jaculo ſauciata Tereſia, amoris, & dodoloris impatiens, ad ſingulas horas, exclamabat: *Eja anima mea, jam unâ horâ propiores, dilecto tuo, quo in æternum perfrueris.* De Beata autem autem Corrilia, celebri, in Bætica ſanctimoniali, diſertè, ſcribit P. Martinus de Roa: quòd cum Divinitus didiciſſet, ſe poſt anni ſpatium, cum ſponſo, in cæleſti thalamo, certò futuram: uſq; eò moram illam impotenter ferebat, ut nulla res eam oblectare, nulla poſſet lenire dolorem: unde in hos queſtus erumpebat: O carcer! o captivitas! o vita, quantum mihi es martyrium! Properate tempora, currite dies, ut illa acceleret hora, quâ, ſummâ Dei fruar bonitate.

Scio multos, ſed omitto plures, faciles, ad concipiendas ejuſmodi flammas, muliebres affectus, memorare. Bernardum, hæc omnia, indubitatè expertum, libens audio: ita ſerm: 35 in Cantica atteſtantem: *Quæ anima, ſemel à Deo didicit, & cæpit Dei Præſentiam ſuſpirare, & quærere faciem ejus ſemper, talis, neſcio, an ipſam gehennam ad tempus, horribiliùs, pænaliùſq; ducat, quàm à guſtata Divina dulcedine ſeparari.* Intenſa hæc, & ardentia, fateor, fuère deſideria, animarum, corporis adhuc ergaſtulo incluſarum. Sed, nec minùs ſanctimoniæ ſtudium, & perfectio. Semper enim ſoli-

S. Bernardus nihil graſtius putabat, quã à viſione Dei ſeparari.

Digitized by Google

nim ſolida virtus, fruendi Deo fervet amore. Iam ſi quiſpiam, vitæ perfectioris, viam ingreſſus, raro ſe, aut nullo, cæleſtis Patriæ ſentit uri deſiderio, toto ille cælo, diſtat ab eâ, quam profitetur, virtutis perfectione. Nec mirum, cùm in excitando, ad cæleſtia affectu remiſſio, inter graviores imperfectionis notas, meritò computetur, & graviter, non ratò plectatur. Experiuntur eam, etiamnum, pænæ atrocitatem, animæ à corporibus ſegregatæ, quæ ſuam, à Divini vultûs conſpectu, ſeu æternam, ſeu temporaneam repulſam, omnibus gehennæ cruciamentis, ac cataſtis, ferunt acerbiùs, & ſentiunt graviùs.

Rarò excitatum Deum videndi deſiderium, gravibus pænis obnoxium eſt.

Quam tormentorum, atrociſſimam damni pænam, pleraſq; animarum, ideo tolerare conſtat, quòd, cùm mortalia corpora incolerent, nullo, aut exiguo videndi Deum, tangebantur affectu. Talis erat, celebris ſanctitate, Anachoreta ille, de quo, S. Birgittæ cælitus revelatum eſt, quòd inſolens, & diuturnum purgatorium, pateretur, in quo, ſolo deſiderio, (quod in mortali vitâ neglexerat) videndi Deum, graviſſimè affligebatur. Conſimile quid refert Cæſarius, raræ ſanctitatis Virgini Religioſæ contigiſſe: quæ cælo ſecluſa, graviſſimâ triſtitiâ afficiebatur, quòd vivens, non ſatis fervidè conſpectum Dei deſideràſſet. Dignum & illud memoratu eſt, quod noſter Nerembergius, ſcribit, de Patre Ioanne Fernandio: hic Theologiæ Romæ

Profeſ-

Profeſſor, cùm de Sanctiſſima Trinitate Quæſtiones tractaret, tanto ejus, intuitivè videndi deſiderio exarſit, ut in extaſim raperetur: in quâ vidit, inter cujuſdam horti amænitatem, ſpeciem hominis, venuſtiſſimè ornati: ab eâq; didicit, quod eſſet anima, unius Fratris noſtri, qui cùm pluribus annis, in vitâ Religioſa tradictis, frequens, ac fervens deſiderium, intuendi Sanctiſſimam Trinitatem neglexiſſet, tanti boni, gravem, ad tempus, jacturam, acerbiſſimè eò loci tolerabat. Et modicum iſtud, aut propè nullum, non ſatis bene conſultis mentibus, culpæ genus videbitur? in deſiderio videndi Deum intepeſcere, quod tanto plectitur ſupplicio.

Ignis famulorum Dei proprietates, bene adumbrat.

Sed ſinamus, imperfectiores animas, ſuum ſerò lugere imperfectum: ad ſolidæ virtutis animos, cogitationis obtutum, adhuc convertamus. Non vulgarem puto latere rationem, quòd Præpotens ille, cæli terræq; Dominus, Superdigniſſimus Deus, ſervos ſibi famulantes, vult ignis habere naturam: ut eum Regius Vates Pſalm: 13. ita alloquitur: *Qui facis miniſtros tuos, ignem urentem.* Quid quæſo, cauſæ eſt? quòd Divina Majeſtas, ſelectas, ad ſui obſequium Angelorum, hominumq; catervas, igni, non alteri cuipiam elemento, facit eſſe perſimiles? Scimus frigida, aut tepida, reliqua eſſe elementa: ſolus ignis continuò fervet, & ardet: quia verò Deus, compotes rationis creaturas, frigi-

das quidem odio habet, tepidas autem deteſtatur: ideo non frigidæ, naturâ aquæ, non tepido aëri aut terræ globo, ſed fervido igni, ſervos ſuos cupit eſſe ſymbolicos. Habet & eam, cæterorum elementorum natura labem, quòd facilè varijs ſit obnoxia inquinamentis, & ita videmus, aquam cæno inquinari, terram fimo fætere, aerem peſtilentia afflari: ſolius ignis natura, tantùm abeſſet, quòd aliquam contrahat maculam, ut ipſius etiam, nativo fulgore, nitentis auri, purget, & excoquat labes, ac ſcorias. Porrò, cum nihil coinquinatum, poſſit in Divinum conſpectum venire: congruum, immo neceſſarium eſt, Divinæ Majeſtati aſſiſtens famulitium, ab omni, uſitatâ alijs elementis, labe expediri: ignis verò puritatem æmulari. Cæca præterea, & obſcura ſunt reliqua elementa, mutuato aliunde lumine indigent, ut videri poſſint. Ignis, ſuâ luce, ſe aſpectabilem facit: immo alijs etiam lumen impertitur. Cum ergo ſervos Dei, non iniquitatis involutos tenebris, ſed rectefactorum luce, decet eſſe illuſtres, lucidiſſimum illi, naturâ ignem, non tenebroſa æmulantur elementa.

Ignis ad inſtar, homines perfecti ſurſum ad Deum continuò tendere debent.

Ineſt inſuper, ea perfectio igni, quòd cum terra, nativâ gravitate, deorſum tendat: aqua terræ globo infuſa, huc, & illuc fluat, & refluat: aer ſua levitate, per inane cæli, ſuſdeq; vagetur: ignis, ſemper cælum verſus feratur, & niſi alimento, quo paſcitur, adhærere cogeretur, rectâ ad cæleſtem

leſtem ignis ſphæram evolaret. Hinc, quòd noſtro deſervit propoſito, diligenter perpendamus: ſi ignis, ex eo, quòd perfectione, cæteris antecellit elementis, toto ſuo niſu, & conatu, in cælum fertur, & rapitur? quantò magis, perfectiori ſpiritu, incenſos mortalium animos, ad ſupremam, Dei (qui ignis conſumens eſt) ſedem, continuò decet anhelare. Quò enim aliquis, ex Perfectionis ſectatoribus, amoris fervore, & Divinæ colluſtrationis lumine, alios antecedit, eò magis, ignis adinſtar, ad Dei conſpectum anhelabit: quòd tantò faciet alacriùs, quantò accuratiori cognitione, & frequentiori mentis contemplatione, omnem ſenſum, ac cogitationem, excedentem Æternæ Beatitudinis, perpendet felicitatem: prout eam graphicè deſcribit S. Gregorius Papa, dum Homil: 37 in Evangelia, ita in ejus laudes excurrit: *Quæ autem lingua dicere, aut quis intellectus capere ſufficit, illa, ſupernæ civitatis, quanta ſint gaudia? Angelorum Choris intereſſe, cum Beatiſſimis ſpiritibus gloriæ Conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari.* Quæ cum Sanctus Doctor, ſvaviter recenſuiſſet, ſubitò & ipſe, in cæleſtis Patriæ amorem exarſit: unde & ſubtexuit: *Ad hæc audita, inardeſcit animus, jamq; cupit illic aſſiſtere, ubi ſe ſperat, ſine fine gaudere.* Quam cæleſtium

Cæleſtis Patriæ gaudia, animos hominum ad ſe potenter trahũt.

bonorum, vivam imaginationem, & ardens deſiderium, ex addictiſſimo, perfectæ ſanctitati animo, prodijſſe, extra dubium eſt. Siquidem, magna ſunt, & ſtuporis plena, quæ de hujus Pontificis ſanctitate, perhibentur documenta. Ita videlicet, quò ſanctior anima, eò fruendi Deo cupidior. Et hunc, videndi Deum ardorem, niſi viri perfecti, Dei (cujus nutum, ubiq; ſequebantur) voluntate, & proximorum utilitate, temperaſſent, vivi, ab hoc, deſideriorum igne, olim conſumpti fuiſſent. Similem & noſtræ, in cæleſtium bonorū contemplatione, defixæ mentes, videndi Deum, concipient ardorem, ſi in perfectionis ſtudium, ſeriò, & conſtanter incumbere voluerint: cujus efficax deſiderium, ille nobis inijciat, qui eſt, ſuprema votorum noſtrorum meta, fons, & origo omnium Bonorum DEVS.

Anima, quò ſanctior, eò fruendi Deo cupidior.

ALLOCUTIO XI.

Cæleſtem in terris Beatitudinem conſequuntur, qui Deum habent ſemper præſentem.

Cælo in terris fruuntur qui Deum habent ſemper Præſentem.

CÆleſti in terris Beatitudine, poſſe frui mortales, ſi tam liberè, quàm verè aſſererem, loqui

Digitized by Google

loqui paradoxum, non nemini viderer. Cæterùm genuinæ veritatis, non paradoxi, aſſertum illud, eſt. Nudis, quam ego verbis affirmo veritatem, illi potiſſimum practicè ſciunt, qui Dei Præſentiam habent ſibi familiarem. Quid enim, ad Beatam Felicitatem, illis deſſe poterit? qui in Dei conſpectum, oculos nuſquam tenent evariatos. Nam ſi cuipiam viatori, adhuc itineranti, illum contingeret, habere præ oculis amicum, cujus gratiâ, & videndi deſiderio, longum & arduum iter ſuſcepit: nonne iſte, in via, eam nanciſceretur felicitatem, quam ſe conſecuturum, ſperabat in meta. Haud aliter, illi, qui Deum videndi, ejuſq; fruendi cauſâ, difficilem Perfectionis viam arripuerunt ſi eum, ad quem toto deſideriorum conatu tendunt, ſemper præſentem, præ mentis intuitu habent, quæſitam metæ Beatitudinem, anticipatè, in via, felices conſequuntur. Rem rationum momentis, & vitæ ſpiritualis peritorum ſenſu, facio clariorem.

Duo ſunt, quæ cæli incolas felices, ac beatos faciunt. Primum eſt: quòd Cæleſtes illi Indigetes, ne minimam quidem peccati labem, contrahere poſſunt. Alterum, quod virtute ſtabiles, humani intellectûs capacitate, majoribus abundent ſolatijs. Quod ad primum attinet, quanta ſit rationalis creaturæ felicitas, nullam prorſus peccati, poſſe incurrere culpam, mens non capit, lingva ſatis non explicat: ratio, dum aliquid, pro ſuo modulo, co-

Immunitas à peccato, cæleſtis eſt felicitas

matur

natur afferrē, rem ita demonſtrat: Eſſe immunem à malo, malorum maximo, ſumma felicitas eſt: ſi enim, minoris mali indemnitas, minorem, majoris ampliorem, inducit felicitatem? manifeſtum eſt, maximi immunitatem mali, eſſe maximum felicitatis compendium. Cum verò peccatū, ſit malum, malorum maximum, ut rationum (quas hîc afferre non vacat) gravitas, & SS. Patrum, cū totâ Theologorum ſcholâ, evincit authoritas: ſequitur manifeſtè, omni ad contrahendam peccati labem, deſtitui poteſtate: eſſe certum, maximæ felicitatis documentum. Noverant, hujuſmodi immunitatis pretium, plerią; ſanctorum, in mortali adhuc vita degentium: qui, commune illud, humani generis terriculamentum, mortem, non tantùm non expaveſcebant, ſed æſtimabant etiam, & appetebant, eò vel maximè nomine, quod peccandi, mors ſit, ultimus limes. Certè Apoſtolus, non alio titulo, (ut ejus mentem interpretatur D. Auguſtinus) *Mori lucrum* putabat, niſi, quia morte, fomitem peccati extingvi, ſciebat. Ex eodem motivo, unus ex recentioribus, noſtris in Anglia Martyribus, cum ad ſupplicium raperetur, conſpicatus, ac teneri ſenſu complexus patibulum, voce lætitiam reſonante, exclamavit: O quanto gaudio, perfundor Bone JESV! non ſolùm, quia pro Fide tua morior: ſed quia te, offendendi, omni periculo eximor. Simili affectu, & illa celebris ſa-

S. Paulus, ne ampliùs, peccaret, mori lucrum putabat. Idem Virgo Aldoncia optabat.

ctitate

ctitate in Caſtellana Provincia virgo Aldoncia, (ut memorat Ioannes à S. Maria) ad mortem anhelabat: cui, cum ſupremam imminere horam nunciaretur: pleno gaudij ſenſu, in has voces erupit: *Benedictus Deus! hæc hora ultima eſt, quâ Deus à famula ſua ultra offendi non poterit.* Pluris adhuc æſtimabant alij, duce S. Anſelmo, eam ab omni peccati labe immunitatem, ita, ut potiùs cruciatus gehennæ, citra peccati crimen, æternùm perferre, quàm cæleſtibus ſolatijs frui, quopiam infecti peccato, ultro eligerent. Quo impeccabilitatis privilegio, cum omnes gaudeant Cælites, maximæ id ſibi felicitati ducunt, & unicè gratulantur. Sed eandem prorſus ſortiuntur fortunam, omnes illi, quamvis adhuc terrenæ inhabitationi, adſtricti mortales, qui Deum ubiq; præſentem intueri conſveverunt. Veluti enim, in Beatos Patriæ cæleſtis incolas, ex Dei intuitivâ viſione (ut docent Theologi) hæc impeccabilitatis, emanat felicitas: ita, in mortalitatis adhuc agone, conſtituti homines, ex continuo Dei Præſentis intuitu, ſimilem in ſe, gratiæ derivant efficaciam: quæ eos, à malitia peccati, faciiè præſervat, eòq; ipſo, conſortes facit Beatæ Felicitatis.

Ioſeph Dei Præſentiâ adjutus, grande evaſit periculum.

Rei quam affero, evidens ut adferam documentum, ſtupendum conſervatæ pudicitiæ prodigium, Hebræâ gente prognatum, integerrimæ virtutis, Adoleſcentem Ioſeph, produco in medium. In

ùm; In quantum ille, proſtituendi pudoris periculum, & lubricam, labendi ad ſcelus occaſionem, devenerat, verbis referre ſupervacaneum puto, quod graphicâ hypotipoſi, Sacer Textus deſcripſit: Gen: 39. Illud potiùs noſſe vellem, quid præſidij, ac tutaminis Sanctus Iuvenis, præſto habuit? quòd ex illo, quo erat circumventus periculo, integer evaſit. Pudor credo ipſe, enormitatem ſceleris Adoleſcenti verecundiſſimo propoſuit, atq; ita, à flagitio oculos, & animum averrit. Accurriſſe non dubito, concitato ad ſuppetias paſſu, Timorem Dei, Iuveni graviter periclitanti, & accenſâ, piaculari igne, quam manibus præferebat, tædâ, obſcuram mentis aciem, facilè illuſtrâſſe, propoſitiſq; gehennæ æternis cruciatibus, à ſcelere deterruiſſe. Et non diffiteor quidem ego, in illo periculoſo certamine, Sancto Adoleſcenti, verecundum pudorem, & Vindicis ſcelerum Dei Timorem, auxilio fuiſſe. Cæterùm non minùs doctrinâ, quàm ſanctitate, glorioſus Doctor S. Baſilius felicem victoriæ iſtius ſucceſſum armis Divinæ Præſentiæ adſcribit, dum ait: *Ioſeph non alio clypeo armatus, victor evaſit, niſi Præſentiâ Dei Conditoris ſui.* Sentiebat quidem, in eo diſcrimine poſitus Ioſeph, non tantùm innocentiæ ſuæ, vim, ab improba prædatrice, inferri, ſed corruptæ etiam naturæ ſtimulo, ſe in ſcelus propelli. Verùm, obverſo oculorum obtutu, in præſentem ſpectantis Dei vultum, quem

ubiq;

Digitized by Google

ubiq; intueri conſvéverat: illico, verecundiâ tantæ Majeſtatis percullus, à ſcelere pedem, & animum revocavit ita ſecum, (ut puto) ratiocinatus: Egone vilis creatura, ego miſer homuncio, in conſpectu Præpotentis Dei, tantum nefas audebo? Abſit à me, talis impndentiæ auſus! Apage, flagitij crimen! Atq; ita, Dei Præſentiâ animatus, gloriosam, è pugna retulit victoriam, ab immani ſceleris labe immunis.

Quod ſi, ſtudijs deditus aulicis, Ephebus Ioſeph, adeo grande, & violentum ſcelus, Divinæ Præſentiæ, roboratus ſubſidio, ſuperare potuit? quid non potuerunt, intra Sacratiora Cænobiorum Clauſtra, Religioſæ mentes, eodem Præſentis Dei, adjutæ præſidio? vincent proculdubio, minorum occurſus vitiorum, quando violentiores etiam inſultus criminum, hoc facilè ſuperantur remedio. Vnde idem præclarus vitæ religioſæ Inſtitutor, quē modo nominavi, Magnus Baſilius, modum ſuperandi peccata, à *Ioſeph* edoctus, contra omnia, impugnantium vitiorum tela, Divinæ Præſentiæ clypeum, ſuæ diſciplinæ ſectatoribus, opponendum porrigebat. Dum enim quiſpiam ſuorum, ut ei, animi ſui latebras panderet, accedebat, rogaturus: quâ ratione, mentis evagationes, ſub tempus orationis, gregatim involantes, propulſare à ſua cogitatione poſſet? hoc in remedium adferebat: *Deum tibi, ſemper præſentem cogita.* Et nunquam,

Præſentia Dei Religioſi Clypeus eſt, contra omnia mala: ex mente S. Baſily.

Minm dum

dum venerabundus (ut par eſt) coram Deo a[illegible]
alio mentem irreverenter evagari ſines. [illegible]
alius, ſe obſcænis cogitationibus, impugnari [illegible]
aliquâ aliâ pravâ ſuggeſtione tentari, [illegible]
id unum, pro ſcuto, & huic [illegible]
tibi, ſemper præſentem cogita. Quaſi dice[illegible]
tundes, crede mihi, omnes impuræ im[illegible]
inſultus, & quaſvis alias, hoſtis maligni [illegible]
ſuum illecebras: ſi te, in conſpectu Divin[illegible]
ri, continuò cogites. Minus ſibi alter[illegible]
gioſæ rigorem ſapere, coram eodem, [illegible]
Moderatore, incuſabat: iiſdem & hunc [illegible]
ſtruebat ille: *Deum tibi, præſentem* [illegible]
Certus, quòd ad ſerium, Dei [illegible]
ſâ plurimum [illegible], aſpectum, [illegible]
auſterioris amaritudines, ſubitò dulce[illegible]
dum ille Perfectionis ſtudioſus, [illegible]
tus, contra diverſa vitia, eadem [illegible]
ſumebat, omnes infeſtas vitiorum acie[illegible]
bellabat.

Impii, etiam à ſuis ſceleribus, Dei Præſentiâ avertuntur.

Sed quid admirabuntur audientes [illegible]
pietati animos, à vitiis Divinâ Præſenti[illegible]
cùm ſceleribus etiam, diu [illegible]
Præſentis Dei conſpectum, non raro [illegible]
quod Paphnutius, in Thaide, Ephrem [illegible]
am alio, infami proſtibulo, probaverunt [illegible]
uterq; fœdâ voluptate irretitas, qua[illegible]
infixo memoriæ, Dei omnia inſpicientis oculo, [illegible]

ſtupro[illegible]

Digitized by Google

revocavit meliorem Et quidem meritò: hominis, aliquâ authoritate pollentis, o-ulos, impudentiſſimus quiſq; ganeo cavet, ac re-evetur? quis ita frontem exuet? ut Dei (quem nihil latere poteſt) oculum, non exhorreſcat? ſi ntegerrimi, olim Iuvenis, Bernardini Senenſis, ſanctitas, tantùm voluit? apud pleroſq;, etiam in-ſolentes? ut multi, verbis, & moribus, ad omnem licentiam diſſoluti, ad ejus præſentiam, invere-cundum ſermonem, illico abrumpere, & ſe ad o-mnem modeſtiam, componere, ſolerent? ſe invi-cem adhortati: Bernardinus adeſt. Si noſter An-gelicus Adoleſcens Aloyſius, tantæ, in aula Regis Catholici, reverentiæ erat? ut nullus aulicorum, ore alioquin, ad omne nefas aſſveto, nihil indecens, præſente Gonzaga, effutire auderet? Dei quid non efficiet præſentia? ſi ob oculos, verſetur perpetuò.

S. Bernardini & B. Aloyſij præſentia multos à peccatis deterrebat.

Aſſentior quidem ego, Ethnico ſapienti Senecæ, conſonè ad veritatem dicenti: *Maxima peccatorum pars tollitur, ſi peccaturis vir bonus teſtis aſſiſtat:* Sed magis fidem tribuo, maximo Doctori Hiero-nymo, in cap: 22 Ezech: ita aſſerenti: *Memoria Dei, excludit omnia peccata.* Hoc idem teſtatur Clemens Præſul Alexandrinus, dum ita, lib: 3 Pæ-dag: ait: *Hic ſolùm ratione ſit, ut quis, nunquam in peccatum labatur, ſi Deùm, ſibi ſemper adeſſe exiſtimet.* Rem optimè, quanquam omnibus in commune mortalibus, maximè tamen, addictis Re-

 ligioſæ

ligioſæ Perfectioni animis Doctor Angelicus, Opus: 58. c. 2. ita inculcat. *Si Dominum præſentem, & omnia videntem, ac judicantem, ſemper cogitaremus, vix, aut nunquam peccaremus.* Quod, non de gravioribus tantùm peccatorum noxis, ſed de venialibus etiam culpis, S. Doctor loqui intelligendus eſt.

Cælites æmulantur, qui Deum ſemper præſentem habent.

Cùm ergo homines, in mortalis adhuc vitæ curſu conſtitutos, Præſentiâ Dei, longo uſu continuatâ, ab omni, peccatorum labe præſervari, in comperto habeamus: eo ipſo, felicitatem eorum, Æternæ Beatitudinis participem, neceſſe eſt, ut fateamur. Et gratulor equidem ego, effuſo in lætitiam affectu, Beatis Cælitibus, quòd intuitiva (quâ in cælis perfruuntur) Dei viſio, omnem eis, ad Divinæ Majeſtatis offenſam, adimat poteſtatem. Sed non minori gaudio, illorum felicitati applaudo mortalium, quos, uſitata Dei Preſentia, ad peccati malitiam, omnem præcludens aditum, facit conſortes Beatæ Felicitatis. Hanc credo, cæleſtem in terris beatitudinem, conſecuti, pleriq; Sanctorum, Clauſtra Paradiſum, Cellas, Cælum appellabat, in quibus, defixo perpertim, in Deum mentis oculo, à quovis immunes peccato, æmulam Cæli Incolis, vitam in terris agebant. O Beatos, in præſentem Dei vultum, continuò intentos mortalium oculos! qui ex perpetua Dei Præſentia, parem Cælitibus, hauriunt felicitatem, à graviſſimo malorum, immunes peccato. Venio

Venio ad alterum, ex memoratis, Æternæ [illegible] privilegium: quod in perpetuitate, [illegible], cum Divina Gratia, virtutis, & ineffabili- [illegible] deliciarum uſu, conſiſtere, non dubi- [illegible] Tanta enim, ex illa Beatifica Dei viſione, [illegible] tores, redundat efficacia, ut eos, & in [illegible] ſanctitate, faciat æternùm ſtabiles, & ſu- [illegible] ſenſum, ac cogitatum, exuberante per- [illegible] cujus copiam ac ſvavitatem, [illegible] Apoſtolus, extatico affectu correptus, [illegible] *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec* [illegible] *aſcendit, quæ Deus præparavit dili-* [illegible] Eiuſdem inexplicabilis boni, peren- [illegible], dum contemplaretur Pſaltes, ita gratu- [illegible] accinebat: Pſal: 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum* [illegible]. Utriq; aſſentitur D Auguſtinus, dũ [illegible] ita loquitur: *Ibi ſumma & certa* [illegible] *ſecura tranquillitas, tranquilla jucundi-* [illegible] *felicitas, & felix æternitas.* Et hic [illegible] ineshauſtus voluptatis torrens, in Beatos [illegible] non aliunde profluit, niſi ex Divino, [illegible] contemplantur vultu. Sed gaudent [illegible] felicitate, illi quoq; mortales, quamvis, à [illegible] Patria, adhuc exules, qui mentis ſuæ oculis, Deum intuentur, ubiq; præſentem.

Beati Cælites, gaudent perpetuitate & gratia ſanctificante.

Quod ut clarius perſpectum habeamus, in glorioſum Chriſti Protomartyrem Stephanum, o-

culos,

S. Stephanũ, Dei Præſentia in ipſis tormẽtis faciebat Beatum.

culos, & animum convertamus. Extra ſe rap[illegible]
mens plena ſtuporis, quoties cogitatione [illegible]
quanto virtutum ſplendore, in tenerio[illegible]
tatis juventâ, coruſcabat iſte, cruore proprio [illegible]
puratorum Anteſignanus Heroum. Integ[illegible]
inprimis, ab Angelica ejus facie, em[illegible]
centia: Mens, Divinâ plane, reluceb[illegible]
Ignea, zeli ardentis verba, erumpeba[illegible]
Pectus non Diviná tantùm, & proxim[illegible]
ritate, ſed inimicorum etiam ardeb[illegible]
nus omnino aureæ, præclaro in[illegible]
nitore: invicta patientia pretioſis, ab e[illegible]
lapidibus, inſignis: in Herois nomi[illegible]
coronâ, ita, ut inter ipſos, à ſaxi[illegible] imp[illegible]
res, claro lumine circumfu[illegible]
ſvavitate. Quæ omnia & ſingula [illegible]
deo firma ſolidabat conſtantia, u[illegible]
ſaxorum impetu, & violentia, deji[illegible]
tudine poſſet. Ita ille virtutum [illegible]
ut etiam lapideo imbre, minime [illegible]
ſed incaleſceret magis & quaſi ſilex, [illegible]
ferro alliſus, ſcintillaret totus. Vnde [illegible]
ni, in pleno ærumnarum agone, adhuc [illegible]
tam multiplex, & ſtabilis, virtutum ſplend[illegible]
de tanta cæleſtium ſolatiorum copia? Div[illegible]
Præſentiæ, ad quam Stephanus, intentos ſe[illegible]
habebat oculos, tribuit S. Doctor & Antiſte[illegible]
broſius, dum ait: *Stephanus interritus, inter* [illegible]

Es ja[illegible]

[illegible] *ſtetit: quia immobilis fide, immobilem* [illegible] *quem vidit, illiq; ſe totum, animo, obtutuq; af*[illegible]. Quod & ipſe, ingenuè ita fatetur: *Video IE*[illegible] *ſtantem à dextris virtutis Dei.* Vnde facilè [illegible]mus: Dei Præſentiam, quæ S. Martyris, ſemper ſui avidos rapiebat oculos, tanto eum, ſā[illegible] decore illuſtrâſſe, & cæleſti ſvavitate, in [illegible] adhuc degentem impleviſſe: ut exilium in [illegible], terram in cælum, commutata ſibi ſen[illegible]. Hinc nemo miretur, quòd feliciſſimus hic [illegible], quamvis patentibus cælis, Beatæ Felici[illegible] videndi copiam habuerit: nullo tamen evo[illegible] [illegible] eam deſiderio, ſe teneri profitebatur: non [illegible] non de carcere mortis hujus liberari, cu[illegible] quia in terra præſente Deo, toto fruebatur cælo.

Quæ Beatum, in mortali vitâ, fecit Stephanum, Præſentia Dei, eadem cæteris quoq; mortalibus impertitur Beatitudinem, dum eos, & inſigni virtutum gloriâ illuſtrat, & cæleſtium ſolatiorum ſvavitate ſatiat. Si quis, Beatus inprimis Pater noſter IGNATIVS, eam in ſe felicitatem, abunde experiebatur. Humanam id, lingvæ facundiam, ac mentis capacitatem ſuperat, quantâ ſe virtutum, & ſanctitatis luce ſplendebat: ita, ut non Beata tantùm ejus anima, tota pietatis fervore igneſceret, ſed corpus etiam, cæleſti lumine circumfuſum, non rarò glorioſè radiaret. Effundebatur

S. Ignatium continua Dei Præſentia, cælo, in mortali vita, frui faciebat.

batur

batur in vultum, planè cæleſtis ſplendor [illegible] ex ore, Beatæ Felicitatis deguſtata dul[illegible] ſupernis æſtuans delicijs, in dulces [illegible] reſolvebatur. His verò omnibus ita [illegible] ebatur, ut non luteo vaſi, ſed fir[illegible] ti, ſuâ luce conſtanter illuſtri, animam [illegible] habere infuſam. Præclare [illegible] Gloriæ Cæleſti æmulæ, in IGNATIO [illegible] minor, Divini vultûs contempl[illegible] ille, ita defixus cogitatione, [illegible] mentis ſuæ obtutum, nun[illegible] ſi oculi, in quodpiam aliud inciderent [illegible] in ipſis, quas cernebat creaturis, Deum [illegible] contemplabatur. Quam virtutis [illegible] parem cæleſtibus delicijs [illegible] experiri faceret, continuum Divinæ [illegible] ſum, in ſuis nobis Conſtitutionibus [illegible] conatu, perſvaſum eſſe voluit, ut hoc [illegible] tæ Religioſæ aſperitates, in cæleſtes [illegible] ſvavitates. Et hoc Optimi Patris con[illegible] quot conſtantes exequebantur filij [illegible] ctionis clareſcebant ſanctitate, & cæleſtes [illegible] delicias, affatim deguſtabant.

S. Xaverius, & alij ſocietatis noſtræ Viri perfecti, ob familiarem ſibi [illegible] præſentiam, cæleſtibus affluebant delicijs.

Nihil attinet, ut de Apoſtolo Indiæ [illegible] rio, in hoc genere aliquid dicam; quem [illegible] quem pervulgatâ notitiâ ſcimus, ita Deo, [illegible] mari, immatâſſe, ita virtute, ut ſolem [illegible] illuſtrâſſe, ita ſvavitate cæleſti, ut oceanum [illegible] abundaſ-

abundâſſe. P. Ioannes Suarez, ex eo magnam, ac prodigijs etiam illuſtratam ſanctitatem, conſecutus eſt (ut pleriq; rerum noſtrarum ſcriptores aſſerunt) quod Divinæ Præſentiæ ita aſſveverit, ut ad ſingulos motus, aut pedum ſuorum greſſus, elicitos erga Deum charitatis actus, multiplicaverit, & expleverit votum S. Greg: Nazian: optantis: *Tam ſæpe Dei meminiſſe, quàm reſpirare, oportere.* Patrem Alphonſum Cortes, mægnæ ſimiliter in Regione noſtra ſanctitatis virum, cum P. Ioannes Sebaſtianus, diligentiùs ſæpe obſervâſſet: vidit ſemel Chriſtum Dominum, Divinitatis ſuæ lumine circumfuſum, ad Alphonſi latus aſſiſtere: cùm verò ab eo rogaret: quid interea temporis cogitâſſet? reſpondit Alphonſus, ſe mentis ſuæ oculos, in ſui Salvatoris Præſentiam intentos habuiſſe, & exinde plurimùm ſe ineffabilis ſolatij percepiſſe. Illud prodigio ſimile, quod de magni Xaverij, intimo cliente, P. Marcello Maſtrillo, noſtri referunt Annales. In tantùm ille, ſuum Indigetem, æmulabatur Xaverium, ut prodigioſam conſequeretur ſanctitatem, quam ex continua Dei Præſentia, augebat in dies. Vnde ad eam pervenit felicitatem, ut inter atroces: crudeliſſimi ſuſpendij dolores, & exquiſitos cruciatus, cælum ſe inveniſſe gloriaretur: dum enim lictores, urſis, aut tigridibus ferociores, Patrem extremè excarnificatum, amoto equulei operculo, per deriſum interrogâſſent: num illos, ali-

Digitized by Google

quid vellet? Ne me hinc amoveatis, reſpondit, ſed in hoc me Paradiſo meo, delectari permittatis. Tantùm eſt, Divinæ aſſveſcere Præſentiæ, ut in maximis etiam ærumnis, non poſſis, non eſſe felix, & Beatus.

Tutelares noſtri Angeli, cælo inter nos fruuntur, quia ſemper vident faciem Patris Æterni.

Vltimum, ad utramq; diſſertationis adſtruendam partem, à Sanctis Tutelaribus noſtris Angelis, compendioſum, breviter accipio, documentũ. Duo ſunt in Beatis Spiritibus, ad noſtri cuſtodiam, & tutelam deputatis, quæ admirationem pariunt. Vnum, quòd Angeli, quamvis tot ſcelerum contagia, inter homines, quibus aſſiſtunt, videant: ipſi tamen, nullâ criminis lue coinquinantur. Alterum, quòd ab illo cæleſtis Patriæ, & totius felicitatis emporio, procul ſemoti, nullo ſedis Empyreæ tædio afficiuntur. Nolo rei hujus, ab humano prognatas cerebro, rationes afferre: cum Æterna Sapientia, propoſitæ quæſtioni, ſatis faciat: dum Matth. 18. ait: *Angeli eorum, ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Quo effato palàm declarat: Beatos Turelares noſtros Angelos, quamvis inter ſceleſtiſſimos quoſq; homines, continuò verſentur, & procul, ab Æternæ Beatitudinis Paradiſo degant, nullam tamen, aut ſceleris labem contrahere, aut tædio ad cæleſtem Patriam affici poſſunt: dum ſemper & ubiq;, Dei contemplantur vultum. Vt ergo immortales Spiritus, in hoc nobiſcum degentes exilio, Dei conſpectus, æquali, ac

intimos

Digitized by Google

intimos cæli incolas, felicitate beat: dum in ſcelerum, & ærumnarum loco, puros conſervat, & facit *Beatos:* ita & hominum mentes, in Dei Præſentiam ſemper intentas, in hoc, adhuc ſcelerum peſte, afflato, & ærumnis referto, mortalitatis ſuæ exilio poſitos, à peccati contagione immunes, & cæleſtium donorum conſortes, idem Dei vultus, facilè efficiet: facietq;, ut unuſquiſq; noſtrûm tanti boni incenſus deſiderio, cum Vate Coronato exclamet: *Providebo Dominum in conſpectu meo ſemper:* Vnde eveniet, ut hic etiam, Beatâ Felicitate perfruatur: prout S. Ephrem ſpondet, & concludit: *Semper Dei memineris, & cælum, mens tua evadet.*

ALLOCUTIO XII.

In agone Perfectionis contendentes, ſola coronat Perſeverantia.

NOn alacriter viam inchoâſſe, non feſtino gradu iter intendiſſe, ſed conſtanti paſſu, ad metam perveniſſe, perutile, & glorioſum viatoribus eſt. Quid enim refert, longum, & permoleſtum iter, animo ingredi alacri? Quid juvat, inter conti-

Grande infortunium eſt cæpta non perficere ſumma felicitas inchoatam virtutem conſummare.

ter continuos nubium imbres, aut ſolis ardores, cæteraſq; cæli frigidioris injurias, niſu feſtinare pertinaci, ſi priuſquam metam attingas, in via deficias, aliò aberres, aut quod pejus eſt, retro pedem referas. Miſeret me profectò, viatoris illius, qui poſtquam in via ſæpius ſudavit, & alſit, alioſq; labores exhauſit, metam, cujus gratiâ, tot ſuſtinuit incommoda, non attigit. Iam verò, qui ſe in propoſito viæ termino, conſiſtere advertit, ridet omnes, & nihili ducit, toleratas itineris moleſtias, & adverſitates: dignus ſingulari plauſu, & præmio. Verùm multò magis, miſeram ſortis ſuæ vicem, experiuntur illi, qui in ſpirituali vitæ profectu, poſt ſuperatas viæ auſterioris aſperitates, & emenſos virtutum calles, dum ſe, non procul jam, à ſummo quæſitæ Perfectionis culmine, abeſſe exiſtimant, viribus, & animo deſtituti, miſerè labuntur, aut retro abeunt, nunquam ſatis deflendi viatores. Alia eſt ſors, conditio longè diverſa eorum, qui ſuperatis ſeverioris diſciplinæ rigoribus, & impenſo, coacervandis virtutibus labore, ad deſideratam ſe cōſtitiſſe metam, advertunt: tales enim, quaſi poſt ſævas tempeſtatum procellas, ad littus appulſi nautæ, aut debellato hoſte victores, coronati triumphant. Et illis quidem, grande hoc infortunij malum, ſuam ſibi inconſtantis animi, accerſere levitatem, iſtos à conſtanti in arrepto virtutis itinere, Perſeverantia, glorioſè coronari, mihi evincere propoſitum eſt.

Quod

Viris Perfectioni deditis, idem quod jaculatoribus & architectis contingere ſolet.

Quod ad metam collimantibus, plerumq; contingit jaculatoribus, hoc viam ſanctimoniæ ingreſſis viatoribus, uſu venire ſolet. Prout enim illi, ſi jaculis, procul à ſcopo aberrent, aliorum riſus, & ludibria excipiunt: ſi verò non irrito ictu, metam apprimè contingunt, laudes, & præmia referunt: ita in ſpirituali vitæ noſtræ curſu, deſtinatam animo metam non attingere, infame dedecus, & grande infortunij malum eſt: adeo ut omnes (quod de Architecto Æterna Veritas teſtatur) incipiant illudere ei, quia cæpit, & non potuit conſummare. Iam verò ſi quis, ad propoſitum Æternæ Felicitatis metam, paſſu conſtanti accurrat, ſua eum, mille laudibus effert, & coronat Perſeverantia.

Iuſti ſtellis meritò comparantur.

Quod in primis attinet, ad miſeram, & amarè deflendam infelicitatem eorum, qui arrepto ſemel virtutis curſu, deficiunt, & à propoſita Perfectionis meta, procul aberrant. Ad mentem clariùs illuſtrandam, placet à fulgentibus, in cælo ſtellis, lumen mutuare. Puto aliquid ineſſe miſterij, quòd Sacra Eloquia, homines juſtitiæ deditos, ſtellis æquiparare ſoleant: prout eos clarè (inter cæteros non paucos textus) Daniel: 12. Sacra Pagina, fulgorem ſtellarum, aſſerit æmulaturos: nec vacat cauſis comparatio. Novimus in primis, ſtellas non ſuâ, ſed à ſole mutuatâ luce, noctis tenebras illuſtrare: ita & homines, maximâ etiam præditi ſanctitate, nihil boni à ſe, omnia verò habent, à

ſole

Sole Iuſtitiæ Deo: prout Paulus, quamvis & ipſe, primæ magnitudinis ſidus, palàm 1. Cor: 15. de ſe atteſtatur: *Gratia Dei ſum, id quod ſum:* quibus verbis fatetur Apoſtolus, ſe, omnium donorum gratias, à Deo, velut ſidus, à Sole hauſiſſe. Noſtris præterea id uſurpamus oculis, ſtellas non eſſe luce, & quantitate pares: ſimilem inæqualitatis menſuram, in meritis, & gloria juſtorum, intervenire, extra dubium eſt. Eodem Doctore Gentium, loco memorato, ita atteſtante: *Stella enim differt à ſtella, in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum.* Vbi Apoſtolus, eâ meritorum, & præmiorum diverſitate, juſtos ſe invicem ſuperare, aſſerit: quâ ſecum, cæli ſidera certant, lucis inæqualitate. Legimus in Sacræ Hiſtoriæ Faſtis, ſtellas, Dei populo prælianti, ſuppetias tuliſſe, & contra Siſaram depugnâſſe: ſimile omnino ſubſidium, & nos, contra malignos hoſtes, à noſtris claris ſanctitate Indigetibus, non rarò experimur. Grandi nimis mole, conſtant cæleſtis firmamenti lumina, ut docent Aſtronomi, & evincit ratio: ita ut terreſtris globi machinam, minima ſtellarum, multipliciter ſuperet, molis ſuæ magnitudine: in ea tamen, ſtellæ, à nobis conſpiciuntur parvitate, ut humani quantitatem oculi, vix æquare videantur: ea eſt Iuſtorum conſvetudo, qui licet, in magnam ſanctitate excreſcant, minimi tamen, & humiles, in ſuis & aliorum oculis, videri amant. Beneficâ ſui influentiâ, ſtellas

Digitized by Google

ſtellas agere, in ſublunaria, humana explorat & fatetur experientia: ſimilem in nos, derivari à Sanctis, beneficiorum influxum, non fide tantùm nobis, ſed experimento etiam, evidenter conſtat.

Gravis & dolendus ſtellarum de cælo caſus eſt.

Optimæ ſunt hæ, & rationi conſonæ, ſtellas inter, & Iuſtos analogiæ. Noſtro tamen propoſito, illud maximè quadrat: quòd ſicut cæleſtis ſphæræ ſidera, quamvis firmiter fixa ſint cæleſti firmamento, miſerè tamen hæc præclara lumina, labi, & deorſum cadere, non rarò contingit. Videmus enim frequenter, inter noctis tenebras, ſudo & innubi cælo, ſtellas ſubito caſu ruere, & extingvi. Et fuerint ſanè, hæc decidua cæli lumina, non veræ, & genuinæ ſtellæ, ſed accenſæ exhalationes, ut peritis Meteororum placet: cæterùm ipſa etiam genuina firmamenti ſidera, caſibus ſubjacere, certiùs omni evidentiâ conſtat. De ijs ſiquidem, quæ falli non poteſt, Æterna Veritas Matth. 24 prædixit: *Stellæ cadent de cælo* Erit, erit olim, triſte illud tempus! quo illuſtria hæc cælorum ſidera, grandinis deciduæ inſtar, inferné depluent. Quis unquam crederet, tam ſpecioſi luminis, inſignes luce, & firmiter cælo hærentes ſtellas, poſt tot rectè continuatos motus, è ſuperna ſede, in ima terræ, dolendo lapſu caſuras? & tamen aliter fieri non poterit, quod ita futurum edixit, Dei infallibile effatum.

Scio

Stellas & Angelos cælo decidentes, dolendo caſu homines ſæpe imitantur.

Scio ſacros, loci hujus Interpretes docere non inanimis tantùm cæli ſideribus, ſed rationi etiam, & ſanctitate præditis hominibus, hunc eſſe prædictum ore Divino caſum. Et quid ſæpius noſtras incurrit in aures? quid frequentiùs, iſtis percipimus oculis? quàm inſigni ſanctitate, illuſtri, um olim Angelorum, hominumq; ruinas. Grande perfectò naturæ, & gratiæ prodigium, erat ſummus ille Angelus, Lucifer, ita ab indita ſibi, beneficio Conditoris ſui, donorum luce, appellatus: & tamen non ſolus ipſe, cælo lapſus corruit, ſed inſuper, tertiam ſtellarum, hoc eſt Beatarum Mentium, partem ſecum traxit in ruinam: ob unius perſeverantiæ, in Dei cultu, defectum: ut ei *Iſaias* Propheta acerbo affectu, meritò indoleat: *Quomodo cecidiſti Lucifer? qui mane oriebaris*. Quaſi dicat, nunquam cogitatione attingere, nedum in animum inducere potui: te Divinæ Potentiæ, tot, tantiſq; inſignem donis, principem creaturam, eò caſûs, & ruinæ devenire potuiſſe. Quod ipſum, hominum prudentiſſimus Iob, ad ſtuporem uſq; admiratus, cap: 4. ait: *Et in Angelis ſuis reperit pravitatem.* Cujus rationem, eam præmiſit: *Ecce qui ſerviunt ei non ſunt ſtabiles*. Quo verborum ſenſu, totam, lapſûs Angeli cauſam, in ſolam mentis reijcit inconſtantiam. Quid de hominum: ſanctitate alioquin inſignium, ſimili ruina dicam? ſtellas cæli, faciliùs ad calculum revocabo, quàm miſeran-

ſerandos eorum caſus, recenſebo.

Dolendus Iudæ Proditoris caſus.

Nulla unquam, è recordationis noſtræ memoria, eliminabit oblivio, illam, in duodeno Apoſtolorum Zodiaco ſtellam, ab Æternâ Sapientiâ, lumen haurientem, Apoſtolico munere inſignitum Iſcariotem. Quid illi quæſo, ad exquiſitæ ſanctitatis Perfectionem, deeſſe poterat? qui ex ipſo Divinitatis foco, cæleſti pietatis flammâ accendebatur. Omnem (loquor ex ſenſu SS. Patrum) Apoſtolicæ vocationis amor, ad mundi vanitates affectum, docoxerat in eo, hinc abjecta munia, quibus humilitatis, & abnegationis foveret ſtudium, fervens arripiebat: voluntariæ paupertatis, caſtimoniæ, & obedientiæ, ardenti deſiderio æſtuabat: in fervida oratione, & prolixa meditatione, illo exardeſcebat igne, quem ſe Dei Filius, ad inflammanda, Dei amore corda, de cælo miſiſſe profitebatur: Accendebatur ardenti animarum zelo. Inclareſcebat miraculorum prodigijs. Sed quid ei, ſtrenuè impenſum virtuti ſtudium iſtud, profuit? quando præclarè facta, infelix Proditor, exitu turpi fædavit, & collectam virtutum copiam, reſte infami ſtrangulavit. Non memoro Origenes, Tertulianos, Oſios, ſexcentoſq; alios, præclaræ olim eruditionis, & virtutis viros, qui egregiè cæpta, & diuturno uſu cõtinuata, virtutum ſpecimina, peſſimo tandem fine corruperunt.

E cælo Religionis, multi miſerè decidunt.

Ad Religioſa Cænobia, mentis converto oculos: o quot, Bone Deus! ex hoc, pietate, fulgenti vitæ Religioſæ cælo, in æternæ perditionis abyſſū, olim virtute clariſſima ſidera, dolendo lapſu ceciderunt: Recurrunt in mentem, Eutiches, Ochinus, Lutherus, & pleraq; alia, quondam Religioſâ ſanctitate, commendata nomina, nunc probra, & fumantes erebi tædæ. Illuſtrabat fateor, ſtellarum inſtar, unuſquiſq; eorum, doctrinâ & pietate ſuæ Religionis hemiſphærium: ſed quid contulit, hæc, tanti luminis ſidera diu luxiſſe? quibus tandem per Sacrilegam Apoſtaſiæ impietatem, contigit, à fide, & pietate, horrendâ eclipſi deficiſſe. Quis cæterorum abſq; lacrymis videat, aut enumeret, caſus dolendos? S. Abbatem Bernardum audiamus, uni ſuorum, turpem, è Clara Valle lapſum, Epiſt: 112. ita acerbè exprobrantem: *Quis non doleat, florem juventutis tuæ, quem lætantibus Angelis, Deo illibatum obtuleras, vitiorum ſpurcitijs, &, ſæculi ſordibus inquinari? Quomodo qui vocatus eras à Deo, revocantem diabolum ſequeris? & quem Chriſtus trahere cœperat, poſt ſe, repente pedem, ab ipſo introitu gloriæ retraxiſti.*

Religio Societatis IESU cælum eſt, unde plures in ſæculi & perditionis barathrū miſerè ruunt

Sed quid ego, ab alienis cælorum hemicyclis, lapſa ſidera, defleri dolenter audio, & enarro? cum iſtud quoq; Societatis noſtræ, in quo nos Deus collocavit, cæleſte planè firmamentum, ſimilibus (quod ſine dolore loqui nequeo) non vacat

caſibus,

caſibus. Si cuipiam alteri, certè noſtro cætui, illud quod memoravi, ſervit planè ad literam, Danielis vaticinium, dicentis: *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Quibus verbis (ex multorum mente) noſtram Religionem, S. Vates graphicè deſcripſiſſe videtur: & verè conformiter ad rem: veluti enim, cæleſtis firmamenti ſtellæ, quamvis derivatum à ſole lumen, continuo influxu, mundo toti communicent, ipſæ tamen communicatâ luce, nunquam deſtituuntur: ita Religionis noſtræ, cælitus hauſtâ doctrinâ, & ſanctitate viri illuſtres, quo majorem alijs, eruditionis, & pietatis lucem, impertiuntur, eò magis augent ſuam. Non fruſtra B. Patris noſtri, in ſacris cineribus, ſtellæ comparuerunt luciſſimæ, hoc enim oſtento, puto eſſe declaratum: quòd veluti in vulgari cinere, ignis ſcintillæ fovetur, & relucent: ita incineratum Beati Patris corpus, tot procreat ſtellas, quot filios: ut illi etiam, dictum eſſe videatur, quod Abraham Gen: 32. audivit: *Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli.* Et fulgent equidem, fulgebuntq; perenniter ſine cenſu & calculo, hæc noſtra ſidera. Sed ingens quoq; (quod rurſus dolenter loquor) illorum numerus eſt, qui cum diu, in hoc vitæ Religioſæ cælo, ſtellarum inſtar, multâ virtute luxiſſent, miſerè tandem lapſi, primùm in ſcelerum voraginem,

deinde in perditionis barathrum deciderunt: primò ſuis cupiditatibus, deinde erebi flammis accenſi, æternùm arſuri titiones. Quorum triſtes exitus, ut fuſiùs recenſeam, ſupervacaneum puto: noſtram conſulamus memoriam, & venient plurimi, gregatim in mentem: qui operoſo conatu, jactis vitæ religioſæ fundamentis, ſuperatis auſteritatis, & moleſtiæ obicibus, collecto laborioſè virtutum pretio, impenſâ animarum lucro, diligenti operâ, ipſi tandem, ab inſtituto vitæ religioſæ curſu, effrenatâ in omne nefas licentiâ, in devia acti, quaſi de cælo, in cænum, lapſi, horrendis caſibus, æternùm perierunt: quorum inconſtantiæ levitatem, teſtari, & deplorare, meritò poſſumus, verbis Auguſtini cap: 29 ſibi ſoli loquentis: *Vidimus ſtellas, de cælo cecidiſſe, & eos, qui inter filios Dei ambulabant, in medio lapidum ignitorum, quaſi lutum ad nihilum defluxiſſe.*

Viri Perfecti adinſtar populi Iſraëlitici, in ultima ſuæ perfectionis meta, glorioſè coronantur.

Sed jam ab iſtorum inconſtantia, amotos, & deterſos à luctu oculos, ad exporrectam perſeverantibus coronam, expanſis manibus, convertamus: quam, ut tantò faciliùs conſequi poſſimus: Animam, per Salomonem decantatam, ſequamur præeuntem: Hujus diu, & ſeriò impenſum virtuti ſtudium, præmiaturus Sponſus cæleſtis Cant: 4. ajebat: *Veni Sponſa, veni, coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon.* Novi ex Sacris Interpretibus, Amana, Sanir, & Hermon,

montium

Digitized by Google

montium nomina eſſe. Vnde congruè Sponſam auro & gemmis radiante coronâ, adornandam, in præaltos montium vertices evocari arbitror. Nemo enim ſibi, cæleſtis Gloriæ coronam polliceri poteſt, niſi priùs, Perfectionis arduum montem, juxta ſuæ vocationis ſtatum, conſcenderit. Vnde & Æterna in carne Sapientia, in montibus paſſim Apoſtolos, cæleſti doctrinâ inſtituebat, quòd ad Perfectionem, eruditos eſſe volebat. Sed cur nominatos, non quoſpiam alios, altitudine, aut rerum, in eis geſtarum famâ, magis celebres montes, coronationis iſtius ſolennitati, cæleſtis Sponſi arbitrium deſtinavit? Referunt accurati Paleſtinæ Geographi, prædictos montes, in ipſo terræ promiſſionis ad tu, ſitos fuiſſe: hinc Hebræi (ut teſtatur Lyranus) poſt conſummatum iter, quod per 40 Annorum ſpatium, ex Ægyptiaca ſervitute, ad liberum Palæſtinæ Regnum, ſuſceperunt: poſtquam eos terræ, tot, votis exoptatæ, conterminos montes attigerunt, ſerta ſibi, & coronas, è floribus, in ijſdem montibus prognatis concinnatas, capitibus impoſuerunt, ibidemq; glorioſè triumphârunt. Habebat procul dubio, in illo diuturno itineris ſui tractu, Populus Iſràeliticus, multos alios obvios montes, in nullo tamen eorum, præſumebat floridis adornari coronis. Præteribat inter cæteros, montem Sinai, Divinæ Legis intimatione ſacrum, nullos tamen inde flores decerpere, ad contexendas ſibi coronas, audebat.

At poſt-

Digitized by Google

At poſtquam, peregrinationis ſuæ curſum, ad præfixum metæ terminum, ultimatò deduxit: & in montibus Amana, Sanir, & Hermon, hoc eſt in ipſo terræ promiſſionis limine, fauſto pede conſtitit: illico gratis floribus, vernantes ſibi coronas concinnavit. Atq; hinc colligimus, ideo piam Animam, ad recipiendam cæleſtis Gloriæ coronam, in illos montes, ſponſi voce evocari, in quibus olim vetus Dei Sponſa, Gentis Hebrææ Sinagoga, poſt longum, & arduum ſui itineris, in eremo tractum, conſtanti paſſu limen attigit, terræ ſibi appromiſſæ. Vt inde unaquæq;, potiſſimùm tamen Religioſa Anima, diſcat, non ante ſibi, perennis gloriæ, à cæleſti Sponſo, porrigendum diadema, niſi conſummato, ſuſceptæ Perfectionis itinere, in limine, mille votis exoptatæ cæleſtis Patriæ, conſtiterit.

Arduos S. Pauli labores finalis coronavit perſeverantia

Quod firmum veritatis dogma, ſi quæpiam alia, certè Beata, Pauli Apoſtoli Anima, clarè percipiebat. Multa, ac prope infinita ſunt, heroicæ virtutis facinora, quæ, ſtrenuus Viator iſte, Divinæ inprimis Gloriæ, deinde ſuæ, & proximorum ſalutis cauſâ, præſtitit. Totus, promovendi Dei Honoris ſtudio, æſtuabat: Divino, ita firmiter adhærebat amori, ut ab eo, nullius creaturæ violentiâ, ſeparari avelliq; poſſet: Animarum, adeo ſe impendebat ſaluti, ut pro ijs, etiam anathema, & flammæ infernalis victima, fieri ardenter deſideraret. Corpus ſæpe jejunijs multis, caſtigationibus rigidis,

rigidis, laboribus, & ærumnis, fame & ſiti, cæteriſq; aſperitatibus, ſupra modum affligebat. In orationibus aſſiduis, extaticè extra ſe rapiebatur, & & tamen, ad præparatam ſibi, cæleſtis Gloriæ coronam, manum extendere, nunquam præſumebat, niſi in ipſo vitæ mortalis, conſtanter tranſacto decurſu, cum ſuæ Perſeverantiæ certus, 2. ad Timot: 4. diceret: *Bonum certamen certavi, fidem ſervavi, curſum conſummavi, in reliquo, repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ.* En fortiſſimum Pugilem, & Athletam, qui nullâ (quas longâ ſerie recenſet) virtute (ſolam, ſi excipias Perſeverantiam) coronari ſe, arbitratur poſſe: ut ei meritò, ſvavis, facundiâ Doctor Ambroſius, Adhor: ad Virg: ita applaudat: *Quis fortior, quis Beatior Paulo? ille tamen, non ante ſibi coronam vendicavit, quàm certamen omne, conſummaretur.* Nec mirum, ſolam enim Perſeverantiam, cæleſte præmium concernit, Æternâ Veritate Matth. 24 ita atteſtante: *Qui perſeveraverit uſq; ad finem, hic ſalvus erit.*

S. Ignatij magna in virtutum exercitio conſtantia.

Sed jam in uſitatum Exemplar noſtrum, & itineris Ducem, S. Patrem IGNATIVM, mentis oculos convertamus: rei ſolidius argumentum habituri. Magni fateor ponderis, & pretij, eſt cæleſtis Gloriæ, diadema illud, quo Beata S. Patris Anima, in cælo redimita relucet: ſed par præmio, in cultu virtutum Perſeverantia. Longus, ac propè infinitus, in dicendo eſſem, ſi omnia particula-

tim,

Digitized by Google

tim, conſtantis Perſeverantiæ ejus documenta, recenſerem, ſufficiat compendioſè dixiſſe: IGNATIVM (ut ex omnibus rerum ab eo geſtarum commentarijs conſtat) nullum virtutis opus aggreſſũ, quod ad ultimum vitæ terminum, conſtanter non perduxiſſet. Inſiſtebant veſtigijs Patris, conſtanti conſummatæ virtutis paſſu, filiorum plurimi. P. Thomas Sanchez, non minùs doctrinâ, quàm pietate clarus, quodcunq; virtutis exercitium ſemel inchoavit, toto illud, vitæ mortalis decurſu, nunquam interrupit: unde cilicium, quod ab ineunte Religionis ætate, induerat, non infirma tantùm valetudo, ſed ne mors quidem ipſa, poterat ei detraxiſſe. P. Petrus Rodericus, ita in quovis arreptæ virtutis uſu, conſtanti animo perſeverabat: ut inter cætera: caſtigandi corporis conſvetudinem, quâ per ſemihoræ ſpatium, in ſe quotidie acriter deſæviebat, ne illo quidem, quo obijt die, intermiſerit. P. Ioannes Lorinus, vir virtute, & eruditione clarus, præter alia innumera conſtantiæ documenta, in eo ſingularis Perſeverantiæ, ſpecimen dedit, quod per 50. & amplius annos, quibus in ſocietate vixit, ad primum nolæ: è ſomno excitantis ictum, ſemper è lecto, promptus exilierit. P. Iacobus Crucius, ſenex annoſiſſimus, nam duos ſupra 90 annos, natus exceſſit: ultimis hiſce annis, conſvetæ auſteritatis, erat retinentiſſimus: unde ab amicis admonitus, ut ſibi aliquid indulgeret, poſſe

S. Patris conſtantiam, multi ex filiis ſunt imitati.

Digitized by Google

poſſe hoc fieri, nullo virtutis, quam in tutò habe-
ret, nullo exempli damno: quis enim grandævam ætatem, molliùs habendam ignoret? Quibus ille, nolle ſe, in clivo deficere, reſpondebat: Cum virtus, ultra decrepitæ ſenectutis metam, pertingere debeat. Hoc demum eſt, virtutem colere! quæ cùm æternitatis rudimentum ſit, nemo (niſi peſſimo conſilio) eam tempori, accommodat. Vt enim, tum flumina labi, & fluere deſinunt, cùm in mare influunt: ita virtus, antequam Divinitatis Pelagū attingat, ceſſatione, non torpeſcit. Quis enim unquam, bravium tulit? qui in curſu defecit. quis victrici lauro tempora cinxit? qui è prælio pedem retulit. Nullum, virtus finem habere debet, æternitate, compenſanda. Vt præclarè Synodus Tridentina, ſuo effato ſeſſ: 6 cap: 16 monet. *Incaſſum bonum agitur, ſi ante vitæ terminum, deſeratur. Quia, & fruſtra velociter currit, qui priuſquam ad metas venerit, deficit.*

Quare, cùm ſolius Perſeverantiæ privilegium ſit, cæteros virtutum, ac meritorum actus, cæleſtis præmij, gloriâ coronare: illi nos maximè addictos, ac devotos eſſe oportet: hanc omnibus deſideriorum votis optare, hanc, omni ope, ac conatu retinere, ſtudeamus. Scio quidem, ex mente Ss. Patrum, finalis Perſeverantiæ, inæſtimabile donum, omnia noſtra vota, ac merita ſuperare: ita, ut in omnibus

Digitized by Google

virtutum, ac meritorum theſauris, tantùm non inveniatur pretij, quod finalis Perſeverantiæ, adæquet valorem. ſola, Divinæ Bonitatis manus munificentiſſima, doni iſtius diſpenſatrix eſt. Si quæpiam alia, finalis certè Perſeverantiæ Gratia, *non volentis* (verbis Apoſtoli ad Rom: 9 loquor) *neq; currentis, ſed miſerentis Dei eſt*: cujus clementiam continuo poſtulationis noſtræ ſtudio, ſupplices exoremus: ut finalis Perſeverantiæ donum, quod noſtrarum tenuitate virium, conſequi non poſſumus, Divinà Liberalitate obtineamus. Inclina aures tuas, in preces noſtras, Benigniſſime Deus: ut in Primæ Diei, aſperiori viâ, abolendis, & emundandis vitiorum nævis, impenſos labores, datam alterâ *Die*, colligendis virtutibus, operam, incenſos Amore Dei, Tertiâ Luce affectus, in ipſa, ſuſcepti itineris meta, coronet finalis Perſeverantia: quatenus, eam, quam terimus, Religioſæ Perfectionis noſtræ, TRIUM DIERUM VIAM, Ducis ac Legislatoris noſtri S. Patris IGNATII veſtigijs inhærentes, in finali Perſeverantiæ amplexu, conſtanti animo, proſperè finiamus.

A. M. D. G.

INDEX

INDEX
Titulorum, ſeu Propoſitionum, quas in hoc Opere, ſingulæ elucidant Allocutiones.

DIES PRIMA
Viæ Purgativæ.

ALLOCVTIO I.

Magna Hominibus Religioſis, Perfectionis incumbit neceſſitas. 9.

ALLOCVTIO II.

Finis Perfectionis Religioſæ, ſolus & unus, Deus eſt. 23.

ALLOCVTIO III.

Quævis Creatura, homini ad ultimum finem, ductoris inſtar eſt. 36.

ALLOCVTIO IV.

Maximè naturalibus, & ſupernaturalibus Dei donis, incitamur

Digitized by Google

tamur ad Finem ultimum; 49.

ALLOCVTIO V.

Vanus eſt difficultatum, in via Perfectionis metus. 62.

ALLOCVTIO VI.

Timor Dei, viam Perfectionis ineuntes, ducit & cuſtodit. 74.

ALLOCVTIO VII.

A ſæva latrocinantium peccatorum crudelitate, Dei Timore protegimur. 85.

ALLOCVTIO VIII.

Leves culpæ, gravium ſunt, cauſæ malorum. 96.

ALLOCVTIO IX.

Grandis eſt, cujusvis ſcandali malitia 108.

ALLOCVTIO X

Seria mortis Conſideratio, magnus eſt Religioſæ Perfectionis ſtimulus. 120

ALLOCVTIO XI.

Grandem teporis malitiam, Dei Iudiciorum, & pœnarum inferni, ſæpe efficaciter amovet, memoria. 131.

ALLOCVTIO XII.

Vitæ auſteritas, ad conſequendam Perfectionem, omnino requiritur. 144.

DIES SECUNDA.

Viæ Illuminativæ.

ALLOCVTIO I.

Arduam naturâ virtutis viam, Chriſti Domini, & ſancto-

rum

rum veſtigia, faciunt expeditam. 157

ALLOCVTIO II.

Humilitas, ſolidum eſt, & neceſſarium virtutis & ſcientiæ fundamentum. 169

ALLOCVTIO III.

Oratio, Religioſæ Perfectionis, alimentum eſt. 182

ALLOCVTIO IV.

Religioſa Paupertas, viam Perfectionis facit expeditam. 195

ALLOCVTIO V.

Amœnum, & feſtinum, ad Perfectionem, Caſtitatis iter eſt, ſed facilis in eo laſſus, niſi ſtudium mortificationis adſit. 207

ALLOCVTIO VI.

Recta, & ſecura eſt, ad Perfectionem via, quâ ducit Obedientia, ſed ſi vel tantillùm ab ea aberretur, gravis error incurritur. 222

ALLOCVTIO VII.

Accurata ſilentij obſervatio, multa bona, violatio, plurima adfert nocumenta. 235

ALLOCVTIO VIII.

Vita communis, virtutes fovet, vitia tollit. 249

ALLOCVTIO IX.

Fraterna Charitas, vinculum eſt Religioſæ Perfectionis. 262

ALLOCVTIO X.

Animarum Zelus, ad noſtram Perfectionem requiſitus, jun-

cta

Ctâ virtuti ſcientiâ animatur, Exemplis Chriſti & Sanctorum incenditur. 276.

ALLOCVTIO XI.

Chriſti in Cruce afflictio, eſt Religioſæ Patientiæ Idea. 288.

ALLOCVTIO XII.

Chriſti Patientis imitatio, & Religioſa Perfectio, continuâ mortificatione efficitur, & conſervatur. 303.

DIES TERTIA

Viæ Unitivæ.

ALLOCVTIO I.

Perfecti erga Deum Amoris meta, ſola Excellens Dei Bonitas eſt. 321.

ALLOCVTIO II.

Perfectus Dei Amor, nihil præter Deum intendit. 334.

ALLOCVTO III.

Perfecto Dei Amori, proprium eſt, agere & pati. 345.

ALLOCVTIO IV.

Ille perfectus Dei Amor eſt, qui pijs fervet affectibus 360.

ALLOCVTIO V.

Frequens pij colloquij uſus, certum perfecti in Deum Amoris documentum eſt. 371.

ALLOCVTIO VI.

Regularum Societatis IESV, accurata obſervatio, ſumma Perfectio eſt. 384.

Digitized by Google

ALLOCVTIO VII.

Perfecto Paſſionum dominio, ſummus Perfectionis gradus obtinetur. 406.

ALLOCVTIO VIII.

Perfectæ Virtuti, quævis afflictio ſuavis. 412.

ALLOCVTIO IX.

Conformitas cum Voluntate Divina, facit ſecurum, & ſuave Perfectionis iter. 424.

ALLOCVTIO X.

Deſiderium videndi Deum, conſummatæ Perfectionis, indicium eſt. 439.

ALLOCVTIO XI.

Cæleſtem in terris Beatitudinem conſequuntur, qui Deum ſemper habent Præſentem. 452.

ALLOCVTIO XII.

In Agone Perfectionis contendentes, ſola coronat Perſeverantia. 467.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
Rerum ſpecialium, quæ in hoc Opere continentur,
Numerus deſignat Paginam.

A

Abraham dum mortem cogitat contemnit terena. 128. Tres præ oculis cælites habens, cur unum adoravit? 250. Propter ſermonis puritatem Princeps Dei dictus eſt. 314

Arca Veteris Teſtamenti, à Divinis quas aſſervabat Legibus ſanctitatis habuit denominationem. 386.

Adam omnium ditiſſimus, ad extremam devenit inopiam. 88

B. Aloysius, calcaribus ſuum in ſanctitate urſit profectum 154. Ejus de oratione ſenſus. 192. Caſtitatis beneficio, citò eſt Perfectionem adeptus. 213. Ejus præſentia, multos à malo arcebat. 459.

Amari Deus, cum creatura non poteſt. 331.

Amor Dei, ad ſolam Divinam Bonitatem collimat. 322. Zelotypus eſt. 338. Dives & avarus eſt. 345. Non ſecus ac aurum, probari debet: 346. Nunquam eſt otioſus. 354. Igne tribulationis probatur. 353. Facit ſvaves ærumnas 359. & ſeq: Inſtar tormenti bellici, concepto fervoris igne in flammam erumpit. 370. Aquam igni admotam, & calorem vitalem imitatur. 370 Eſt ſemper diſertus. 372. Magis quàm rigor, aut lenitas, ſanctos efficit. 387. Dulces facit adverſitates. 422. Amoris Dei probatio, Præceptorũ & Regularum obſervatio eſt. 348. & ſeq: Amorem ne dividamus, eundem Creatorem, & Redemptorem habemus. 340. Amorem Dei, & mundi, ſimul conſiſtere non poſſe, dicebat Arſenius 340. Amorem Dei, ſẽper piis fervere affectibus, documento ſunt Seraphim. 361. & ſeq: In Amore Dei, Iob, Patriarcham Iacob ſuperavit, David utrq; palmam præripuit. 332. Amor quilibet ad ſuam colli-

mat

Digitized by Google

mat metam. 369. Malè ad creaturas deviat. 334.

P. Andreas Spinola, quas antea timebat, poſtea riſit, vitæ Religioſæ difficultates. 69. P. Andreas Zea, in cinere, ſuam fovebat ſanctitatem. 130. Angeli, nunquam Dei viſione ſatiantur. 443. In terris cælo fruuntur. 466. Angelos ſuperbia & invidia, cælo detruſit. 111. Caſum eorum, imitantur homines. 472. Animæ magnum eſt pretium. 284. Apes, cur telis armatæ? 413. Etiam ex urticis, mel colligunt. 41.

Apostoli quomodo à Chriſto, nihil petierunt? 27. Cur minùs Patriarchis laboraſſe dicuntur? 159. Abſq; virga, in viam expediti, ut ultionis carerent inſtrumento. 170. & ſeq:

Aqua, mellis inſtar, ſapiebat Hebræis. 134.

Asinus, cur à Divino ſacrificio excluſus? 323.

Augusti Cæſaris, infamis metus. 21.

Austeritas vitæ, multùm urget ad profectum in ſpiritu. 153. & ſeq:

B

P. BALTHASAR Alvarez, perfectum dominium ſuarum habuit paſſionum. 409.

S. BASILIUS, Dei Præſentiâ, omnia ſuperare vitia, docebat. 457. & ſeq:

BEATITUDO cæleſtis, hominum animos ad ſe rapit. 15. In ea ſumma conſiſtit felicitas. 461.

BENEFICIA Dei, fervorem à nobis exigunt. 365.

S. BERNARDINI præſentia, multos arcebat à malo. 459.

S. BERNARDUS, nihil graviùs putabat, quám à Deo ſeparari. 447. Eius obedientia, Chriſto fuit gratiſſima. 228.

P. BERNARDI Conlagi inſignis ſui victoria. 176.

C

CASTITAS, virtus eſt Angelica, delicijs plena. 209. Facit homines, Angelis celeritate pares. 214. Via ejus amæna, ſed lubrica. 207. & ſeq: Viâ Caſtitatis citò curritur. 210. Eſt alis inſtructa. 212. Inter mortificationis ſpinas, floret ut lilium. 220. Iter ejus lubricum, & periculoſum. 215. & ſeq:

CHARITAS facit Religioſos felices. 266. Præſtat omnibus mundi opibus. 272. Malignos ſpiritus reprimit. 273. Arduám Perfectionis viam facilitat. 264

Chari-

Charitatis fautores fovet Religio, ejicit violatores. 267. & ſeq:

CHRISTUS, magis ſalutem animarum, quàm cibum & potum eſuriebat, & ſitiebat. 281. Mancos & monoculos, vult ſuos eſſe ſervos, ut ſolum Deum intueantur & apprehendant. 336 Paſſionem ſuam, ſvaue epulum appellavit. 415. Suo exemplo, viam Perfectionis facilitat. 158, & ſeq: Eſt omnium virtutum Exemplar. 158. Chriſtum vult à ſe abire Anima ſancta, ut ejus ſequatur veſtigia. 163. & ſeq: Chriſti Patientia, nos animat ad patiendum. 289. & ſeq: Ejus Paſſio, continuam à nobis requirit mortificationem. 304.

P. CLADIUS Aquaviva, orationem dicebat eſſe medium conſervandæ Societatis. 190. Patientiæ ejus præclarum ſpecimen. 297.

COLLOQUIA ſancta, ſunt documenta ſanctitatis. 372. Propter colloquij pietatem, Abraham, Princeps Dei, appellatus eſt. 374. Colloquijs ſanctis, Chriſtus ſuam declaravit Divinitatem. 379 Colloquia ſancta, plurimùm nobis S. Pater commendavit. 382. S. Columbanus mira præſtitit per obedientiam. 232.

COMMODA homines, non amicitiam quærunt. 332. Eorum copia, vitiorum occaſio eſt. 199.

CÆLESTIS Beatitudo, hominum ad ſe animos rapit. 450.

COMMUNIS vita laudabilis in Religioſis. 250. Fons eſt Humilitatis & Charitatis. 251. Gratiam Dei & præmia meretur. 252.

CONCORDIA, viatoribus neceſſaria. 262. & ſeq: Conſervata inter animalia, proſperam Arcæ faciebat navigationē 264. & ſeq:

CONFORMITAS cum Voluntate Divina, multas facit ſuperare difficultates. 428. & ſeq: Vide Voluntas Dei

CREATURÆ, reſpectu Dei nihil ſunt. 28. Ex creaturis facilis ad Deum aſcenſus. 40. Multa ab ijs diſcere poſſumus. 46. Creaturæ, propter Deum amari poſſunt. 344.

CRVX, ſedes Patientiæ Chriſti. 290.

D

DAVID, difficultates non exhorruit 64. Perfectionem adeptus, Deum videre, continuò cupiebat. 442. Auro onuſtus

progre-

Digitized by Google

progredi non potuit. 197. Pi. js ferv bat affectibus. 563.

DEVS, Finis noſter ultimus eſt. 24. Ignitos vult habere ſervos. 30. Beneficijs incitat ad virtutem. 50. Etiam propter Beneficia amari poteſt. 330. Se, non ſua, vult amari, 332. Cur rigoroſè, non de congruo, voluit ſibi ſatis fieri, pro peccatis hominum? 338. Propter ſe amari debet. 344. Cur ſua Præcepta in lapide exaravit? 374. Dei Gratia, Perfectionis eſt adjumentum. 57. Ejus Bonitas amoris meta eſt. 322. Dei oblivio, fons eſt omnium imperfectionum. 35. Ejus viſio nunquam Angelos ſatiat. 443. Magno ejus videndi deſiderio, tenebatur S. Paulus 444. Dei Præſentia, terræ incolas, cælo frui facit. 452. Ioſeph, ex gravi eripuit periculo. 455, & ſeq: Clypeus eſt contra omnia adverſa. 457. Etiam impios, arcet à ſcelere. 478. & ſeq: Mortales, pares cælitibus facit. 460. Deo munda debetur oblatio. 324. Deo ſervire, propter aliquod commodum, non eſt glorioſum. 324. & ſeq: Hoc ipſum, cælitus didicit quidam Eremita. 326. Ad ſerviendum Deo, etiam pœnis impellimur. 331. Soli Deo noſtros debemus affectus. 337. Deum habere finem ultimum, magna dignitas eſt. 24 & ſeq: Multi eum finē non agnoſcunt. 26. Præter Deum, vani ſunt cæteri fines. 26. Deum perfectione noſtrâ imitari debemus. 33 Videre eum perfecti deſiderant. 43. ſeq: Videndi Deum, deſiderio non teneri, gravi eſt obnoxium pœnæ. 448. A Deo ſeparari, maxima infelicitas eſt. 447.

DIFFICVLTATEM in via ſpirituali, ipſi nobis fingimus. 63

DOCTRINA & virtus, ſunt germanæ ſorores. 53. Doctrina juvat ad ſanctitatem. 54.

E

ELECTIO, ignarum itineris viatorem, imitari debet. 433.

ELIAS glorioſiùs domitis paſſionibus, quàm curru igneo triumphavit. 447.

ELISÆVS, pijs ſermonibus, ſuam manifeſtavit ſanctitatem. 375. & ſeq: Obſervatione Legū ſuarum, eandem confirmavit. 391 & ſeq:

EXEMPLVM Chriſti, difficultates in via ſpirituali facilitat. 155. & ſeq: Svaves facit labores 161. Magna eſt vis exempli. 167 & ſeq:

F

P. FABIVS de Fabijs, viva Lex Societatis, appellatus eſt. 397. & ſeq:

S. FRANCISCVS Borgia, in aucupio, fructum venabatur ſpiritualem. 42. Formicas nos imitari volebat. 46. E ſepulchro ſanctitatem hauſit. 1.9. Conſervandæ ſocietatis medium, orationem dicebat. 190. Continuã in Religioſis volebat vigere mortificatiom 309. Sola ei inſipida, ſapiebant 42.

P. FRANCISCVS de Mendoza, exactus erat omnium ſuæ Religionis Regularũ obſervator 293

P. FRANCISCVS Ribera, miram conſecutus eſt ſanctitatem, ex accurata Regularum obſervatione 292.

P FRANCISCVS Suarez, Humilitatem Regnis & Scientijs præponebat 187. Plurimùm orationi addictus erat 189.

S FRANCISCVS Xaverius, leves culpas ſeverè puniebat. 105. Humilitatem, ad perſeverantiam in Societate, omnino requirebat. 181. Magna ejus paupertas. 201. Multas animas cælo invexit. 206. Aſperè corpus tractabat. 316. Multa pro Deo tolerabat. 358. Deum, propter ſolam ejus bonitatem amabat. 330 In pios affectus continuò erumpebat. 367. Domitas habebat paſſiones. 414. Pati in delicijs habebat. 419. Deſiderio videndi Deum continuò ardebat. 446 Cælo in terris, propter continuam Dei Præſentiam fruebatur. 464.

FORMICA virtutis magiſtra. 44. A formicis, multa didicit, Malchus Monachus 45.

G

GARRVLITAS, graviter reprehenditur 247. Infamat Religioſam communitatem. 245 Garruli magna incurrunt mala. 242. Garrulæ hirundines reprehenduntur. 242.

S GERTRVDIS, mira cum Dei Voluntate conformitas. 431.

GLORIA vana, graviter à S. Pachomio punita. 33.

S. GREGORIVS Papa, terrenis non afficiebatur. 341.

GRATIA Dei, omnibus bonis potior. 83. Non cogit, ſed invitat. 365.

H

P. HIERONYMVS Natalis, ex pio, cum S. IGNATIO colloquio, ad ſocietatem mentem adjecit 381. P. Hieronymi Domenec-

ci de

Digitized by Google

et de oratione opinio. 192.

HOMO gratus eſſe debet pro Dei Beneficijs. 32. Ex creaturarum uſu, mentem ad Deum attollat 37. Etiam à brutis, multa diſcere poteſt. 44. & ſeq: Dei Beneficijs nutritur, ut alacriùs Deo ſerviat 49. Propter hominem, Deus omnia fecit 32.

HVMILITAS ad ſalutem æternam, eſt omnino neceſſaria. 171 Eſt ſcientiæ fundamentum. 178. Regnis & ſcientijs præſtat. 181. Religioſis Societatis ſpecialiter eſt neceſſaria. 171. Humilitatis via, violis, & parvulorum veſtigijs plena. 169 Ob humilitatis defectum Angeli cælo exciderunt. 180. Humilitatem plurimùm nobis S. IGNATIVS commendavit. 172. & ſeq: In Humilitate multi è Societate excelluerunt. 174. Sine Humilitate nemo in Societate perſeverat, ex mente S. Xaverij 182. Abſq; ea, virtus non ſubſiſtit. 171.

I

IACOB, à parentibus, pauper in viam expeditus eſt. 198.

S. IGNATIVS initio converſionis ſuæ maximè aſperam duxit vitam. 8 Actiones ſuas ſemper ad Deum dirigebat. 24. Omnia à nobis propter Deum fieri volebat. 34. Ex intuitu cujuſlibet creaturæ ad Deum elevabatur. 41. & 342. & ſeq: Afflictâ valetudine, ad ſanctitatem non impediebatur. 52. Invicti erat animi. 72. Leves etiam culpas, graviter plectebat, 130. & ſeq: & 217. Chriſtum D. perfectiſſimè imitabatur. 156. Scientiæ, Humilitatem, voluit eſſe baſim 170. Frequenti uſu orationis, ſummam eſt conſecutus ſanctitatem. 187. Paupertatem maximè amavit 201. Paratus erat, ex obedientia, manifeſtis vitam periculis objicere. 231. Ex ſilentij obſervatione, de Religioſa judicabat diſciplina. 239. Pro ſalute proximorum, multa fecit, & paſſus eſt. 278. & 356. Magna ejus fuit Patientia. 290. In omnibus ſe mortificabat 316. In via unitiva, multùm profecit. 320. Sola Divinæ Bonitatis Excellentiâ, ad ſerviendum Deo, incitabatur 328. & ſeq: Pijs ſemper fervebat affectibus. 356 Sanctis colloquijs, ſuam declarabat ſanctitatem. 380. & ſeq: Deſiderio videndi Deum, continuò æſtuabat 445. Magnam in adverſitatibus experiebatur ſvavitatem. 417. & ſeq: Propter continuam Dei Præſentiam cælo in terris

fruc-

fruebatur. 463. In cujuslibet virtutis exercitio erat conſtantiſſimus. 480. S. Ignatij Reliquiæ, ſtellis conſpicuæ, zeloſos ejus filios deſignabant. 285. Stupendum ſupra paſſiones ejus dominium. 406.

IGNIS, ſolus ex elementis vocalis 371. Famulorum Dei adumbrat proprietates 440.

S. IOANNES Bapt: abſq; mortificatione, vitæ ſanctitatem non poterat conſervare 313. Puer in eremum ſeceſſit, ut ſervaret caſtitatem 278. S. Ioannes Evang: habuit paſſiones perfectè domitas. 405.

IOSEPH fratribus exoſus quòd à Patre indulgentiùs habebatur. 261.

IVDAS, á minoribus culpis, ad majora crimina, ſenſim progreſſus. 134. Dei beneficijs non movebatur. 135. Caſus ejus dolendus. 473.

IVSTI, ſtellis meritò comparantur. 469. & ſeq: Eorum caſus dolendus. 471. & ſeq:

L

LABORIS imparitas, imparē recipit mercedem. 260.

LINGVA, cordis index. 373.
In lingvis deſcendit Spiritus S. S. ut faceret Apoſtolos piè diſertos. 37[illegible].

LEO, dum iræ impetum cohibet, exanimis concidit. 403.

M

S. MAGDALENA de Pazis, mori recuſabat, ut diutiùs pateretur. 256. Omnia ei Voluntas Dei, ſvavia faciebat. 347.

META quò propior, eò ardentiùs ſui excitat deſiderium. 440

MERCE dilata, gravem facit laborem 161.

MICHAEL Turrianus, pio S. Ignatij ſermone, ad Societatem accenſus eſt 381.

MORBUS eſt officina virtutis. 56.

MORS paſſiones refrenat. 129 Religioſos velut vagabundas apes, coercet. 130. Teporem excutit, ad fervorem verò excitat. 124 Ad contemptum mundi inducit, & abſterret á vitijs. 121. & ſeq: Vires ad profectum ſpiritualem, reſtaurat 121. Mors Eremitæ, plena horroris 178. ſeq:

MORTIFICATIO urget ad Perfectionem 144. Emundat à peccatis 145. Maximè eſt Religioſis neceſſaria. 305. Conſervat ſanctitatem 311. & ſeq: Debet ád imitationem Chriſti aſſumi. 303. & ſeq: In ea homines Societatis multùm excelluerunt. 150 & ſeq:

Mun-

Digitized by Google

MUNDUS inſtar Bibliothecæ. 43. Fœnus vitijs. 60.

O

OBEDIENTIA, ſenis baculo ſimilis. 222. Quantùm Deo placeat, patuit in S. Bernardo 228. S. Petrum, per fluctus maris ſecurè duxit. 229. Omnia refrenat vitia 231. Obedientia cæca, pari cum fide, gaudet certitudine 225. Ejus virtute factum, quòd ſerpentem Moyſis nemo adoravit: ſicut vitulum Aaronis. 225. Qui obedientiæ ductum ſequitur, fluctus ſuarum paſſionum calcat. 231. Mira per Obedientiam præſtitit S. Columbanus. 232. Qui ab Obedientia deviat, graviter errat. 231. Ex Obedientia mori Religioſus voluit. 232.

ORATIO, eſt animæ cibus, ex mente S. Hieronymi 183. Eſt vita animæ 194. Per orationis uſum, Religioſi ſanctitatem cõſequuntur 186. Ejus defectus, omnium malorum origo. 192. Ab oratione vires anima ſumit. 194.

P

PASSIONES non coërcitæ, faciunt à fine ultimo deviare. 29. Paſſionum domitores, cælo in terris fruuntur. 410. Supremum ſanctitatis conſequuntur gradum 409. Paſſiones peccatum fecit in nobis rebelles 401. Poſſumus eas Dei Gratiâ adjuti, domare ibid: Paſſionibus domitis, triumphat ſanctitas. 404.

PASTORES lupum ſcandalizârunt. 114.

PATIENTIA, etiamſi nulla deſuper habeatur conſolatio, neceſſaria eſt. 294. In duobus Eremitis, & in S. Ignatio, mirè enituit 295. & ſeq: Patientiam, ſuo nos Chriſtus docet exemplo. 289. & ſeq: Claudij Aquavivæ patientiæ ſpecimen. 297. Alterius è ſociet: grande ejuſdem documentum. 298. Magna Patientiæ neceſſitas. 299. & ſeq: In Patientiæ præmium, Lazarus ab Angelis in ſinum Abrahæ deportatus eſt. 301. Patientiæ cælum debetur. 302.

PAUPERTAS virtutis occaſio eſt. 199. Ut pia mater, tenuiter ſuis conſulit filijs. 200. Non habetur ut mater, ſi contra ejus defectus murmuratur. 202. Contra eam murmur, gravi eſt obnoxium pœnæ. 203. Contra eam delinquentes, graviter puniuntur. 204. & ſeq: ſunt multis ſcandalo. 206.

S. PAULUS, initio ſuæ converſionis, ad cælum raptus eſt, ut
ſibi

Digitized by Google

ibi zelum diſceret. 279 & ſeq: Conformitate cum Voluntate Divinâ, multas ſeparavit difficultates 428. Mori lucrum putabat, ne ampliùs peccare poſſet. 454. Finalis eum coronavit perſeverantia. 478 Dulce ei erat pati. 415. Nihil eum poterat ſeparare à Dei Charitate. 365. Magnũ ei inerat deſiderium videndi Deum 444.

PECCATUM deturpat hominem 145. & ſeq: Omnibus eum ſpoliat bonis. 86. Privat Dei Gratiâ. 88. Angelos divitijs ſpoliavit. 90 In homines maximam exercet crudelitatem 90. & ſeq: Terribilius eſt ipſo dæmone 92. Sancti nihil, præter peccatum timebant 92. & ſeq: Peccata maximi latrones 89. Peccatis iraſcendum. 94. Peccata venialia ſunt ſcopuli periculoſi. 97. Maculant hominem 97. & ſeq: A conſpectu Dei arcent 101. Graviter puniuntur 101. & ſeq: Diſponunt ad mortalia 105. & ſeq. Gravibus puniuntur ſceleribus. 102. Peccati immunitas, cæleſtis felicitas eſt. 453.

PERFECTIO Religioſa citó, & facilè acquiri poteſt. 1. In partes, vias, & dies dividitur 3. & ſeq: Non temerè arripienda. 9 Magna ejus neceſſitas 236. Ingens obligatio 10. In Legum conſiſtit obſervatione. 355. & ſeq: Perfectionis iter, triduanum 2. Chriſti & Sanctorum exemplis tritum. 4 & ſeq: Perfectionis via purgativà conſiſtit in emundatione à peccatis, & aſpera carnis mortificatione. 2. Ejus neglectus, magnam meretur pœnam. 10. Sæpe coincidit cum cõtemptu 17. Via ejus ardua. 334. Triplex eam, in cælo adumbrat zona 321 Magnopere eam à nobis deſiderat S. Ignatius 5 Perfectionem non perficere, grande dedecus eſt. 467. & ſeq: In Perfectione, non progredi, regredi eſt. 22. Perfecti Deum videre cupiunt 441. Etiam in ſæculo reperiuntur 12. Quòquis perfectior, cò videndi Deum cupidior. 452. Perfecti, inſtar Hebræorum, in meta ſuæ perfectionis coronantur. 126. & ſeq: Perfectæ actiones, debent eſſe ab omni defectu depuratæ 33.

PERSEVERANTIA, conſtantes in virtute coronat. 476. & ſeq: Finalis non cadit ſub meritum. 481. Deo tamen pro ea humiliter ſupplicandum eſt. 482.

S. PETRUS, quia fervens erat in Amore Dei, ideo ſæpe pijs æſtuabat affectibus. 164 & ſeq:

Digitized by Google

ſeq: Chriſti Divinitatem, ex pijs ejus ſermonibus aſſecutus eſt 378 & ſeq: P. Petrus Cottonus, etiam dormiens, pijs vacabat affectibus 368. Petri Ribadeneira affectus erga S. Ignatium 61.

PHILOMELA inter ſpinas ſecurè cantat paſſer inter plumas laniatur. 316.

POENITENTIA non quælibet placat Deum. 253.

PRÆCEPTA Dei, cur in lapide exarata? 347.

PRÆSENTIA Dei, multis è Soc. IESU erat familiaris 464. Vide Dei Præſentia.

PROXIMORUM ſalutis cura ardua, & formidabilis etiam ſāctis 276. & ſeq:

R

REGULÆ Soc: IESU, licet ſub peccato non obligent, graviter tamen contra eas delinqui poteſt. 15. In Regularum obſervatione, tota conſiſtit noſtra Perfectio. 385. & ſeq: Regularum Soc: IESU obſervatio, ſanctos & dignos Apotheoſi efficit 390. & 394. Earum obſervatores glorioſi, violatores fiunt infames. 398 & ſeq:

RELIGIO multas patiendi offert occàſiones 293. Religioſi diſſoluti totum perturbant ordinem 13. Perfectionis neglectores, ſunt mendaces 15. Loquaces religioſo indigni contubernio. 248 Maximè indigent mortificatione 306. & ſeq: Æqualitati non addicti apud multos incurrunt indignationem. 269. & ſeq: Interdum è Religione velut ſtellæ cadunt. 474.

RELIGIOSOS, vita communis plurimum commendat. 250. Vagos & otioſos, muſcis ſimiles dicebat S. Franciſcus. 392. Religioſis etiam perfectis interdum cō tingit à via. Iuſtitiæ aberrare 124 Religioſa domus quibuſdam carcer eſt. 39. Religioſæ vocationis felicitas. 61. Vitæ Religioſæ finis prænoſci debet. 23.

S

SANCTITAS ad ſui conſervationem, indiget mortificatione. 311. & ſeq: Inter ſpinas á viris ſanctis conſervata eſt. 316. Perfectæ ſanctitatis, indicium eſt, ſvavitas tribulationis. 423. Ad ſanctitatem, æquè ſanitas, ac morbus conducit. 51. & ſeq:

SCANDALUM, Angelos Cælo, homines Paradiſo ejecit. 112. Plus quàm dæmones nocet. 112. In authoritate pollentibus, magis nocivum eſt. 114. Scandala ſunt lapides offenſionis. 109. Gra

 viter

viter puniuntur. 101. Ad ea tollenda Angelicis viribus opus eſt. 119

SCIENTIA virtuti famulari debet. 55. Inſtar panis, interdum roborat, interdum necat. 55.

SEPULCHRUM ad ſanctitatem, magis Eremitæ profuit, quã Eremus. 123.

SERAPHIM ab amore dicti. 363.

SILENTIUM condecit ad Perfectionem. 237. Hoſtes evitat. 135. Eſt gratiſſima Deo Pſalmodia. 235. Eſt indicium diſciplinæ Religioſæ. 239. Magna ſunt ſilentij commoda. 239. Silentio maxime aſſveſcere debent, qui ſalutem proximorumcurant. 240 Silentio addicti olores, læti moriuntur. 242. Ob ſilentium diligenter ſervatum, Abbas Pambo lætus moriebatur. 243.

SOCIETAS IESU, mutuam charitatem fovet, diſſidia non patitur. 269. & ſeq: Requirit homines mundo crucifixos. 292. Societatis hominibus, Humilitas maximè eſt neceſſaria. 171. Homines Societatis multa pro Deo faciunt & patiuntur. 358. Sunt ſtellis ſimiles. 474. & ſeq: Magna eorum in virtute conſtantia. 480. Divina Voluntate ſuas condiunt adverſitates. 438.

Magnam habent ſpiritualis alimoniæ copiam. 5. Servant in omnibus æqualitatem. 157.

B. STANISLAUS Koſtka, quòd vero Dei Amore arſerit, Regularum obſervatio documento eſt. 361. & 395. ac ſeq; Caſtitas eum, ad ſummam evexit ſanctitatem. 313.

STELLARUM dolendus è cælo caſus. 471. Stellas cadentes, ſæpe imitantur homines. 472.

S. STEPHANUS Præſentiâ Dei delectatus, ſvavitatem, inter tormenta ſenſit. 462. Lapides ei dulces erant. 415.

STRUTHIO robur ex ferro, quo veſcitur, ſumit. 423.

SUPERIORUM diſſimulatio, reprehenſa. 247.

T

TENTATIONES, edentatis ſimiles leonibus. 65. Solo vincuntur diſſenſu. 66.

TEPIDITAS magnum eſt Perfectionis impedimentum. 131. Religioſis maxime nocet. 20. & ſeq: Plurimis ſubjacet malis. 135 Tepidos Deus execratur. 136. Tepidi Dei Iudiciorum memoriâ, ad frugem reducuntur meliorem. 137. & ſeq: Ignium piacularium recordatione incaleſcunt. 141. & ſeq: Tepidæ actiones

Digitized by Google

opus Deo ſunt indignæ. 31.

S. TERESIA pati continuò violebat. 355.

P. THOMAS Sanchez ſpecialis humilitas. 176.

TIMOR Dei utilis. 74. In via perfectionis, dux eſt & cuſtos 75. & ſeq: Odit vitia, virtutes cuſtodit. 79. Divitias ſpernere docet. 82. Ab hoſtibus tuetur. 86. A peccatis protegit. 94. Ioſeph periclitanti, ſuppetias tulit. 95. Timoris Dei defectus, homines paradiſi felicitate privavit. 75. Multos e Religione eliminat. 79. & 84. Herba Timoris Dei, caſtimoniam conſervat. 80. Timor difficultatum, multos à propoſito Perfectionis deterret. 62. Arduas reddit difficultates. 68. Eſt inſtar maris 81. Nautis opes eripit. 51. Timidi, muſcas, putant Elephantes. 68.

TORMENTA SS. Martyribus ſapiebant. 416.

TRIBULATIO Dei Amorem probat. 353. & ſeq: Tribulationes ſapiunt viris perfectis 421. & ſeq:

V

VERBA, quæ mundi vanitatem olent, Divini Amoris indicant vacuitatem 383.

VIA Unitiva ad Dei unionem ducit. 383. Ejus difficultates facilitat, Gratia Dei, & exempla ſanctorum. 320. Dei Amore fervet. 321.

VIATOR multa pati debet: 288. Certas leges obſervare debet. 384.

VIRTUS, magnetis inſtar, aſperis conſervatur. 314. Virtutes multis ſunt horrori. 67. & ſeq:

VITA noſtra plena hoſtibus: 85.

VOCATIO magnum Dei Donum, 59. Zelum à nobis requirit. 287.

VOLUNTAS Dei protegit & illuſtrat. 425. Solis inſtar prælucet hominibus. 427. Omnes moleſtias emollit. 436. SS. Magdalenæ de Pazis, & Aldegundæ, omnia reddebat ſuavia. 437. Eſt ſalutis æternæ cauſa. 427. Multas in Religione facit ſuperare difficultates. 430. Voluntas Patris Æterni, Chriſto Domino omnes ærumnas ſuaves faciebat. 435. Voluntatis Divinæ, Superiores optimi Interpretes. 434. Divinæ Voluntati, proſpera & adverſa committi debent. 431. Qui Voluntatem Dei ſequitur, non errat. 424. Voluntas propria perditionis cauſa. 427. Volun-

 tatis

tatis propriæ idolum, multorum malorum cauſa. 227.

Z

ZELUS Animarum Societati IESU proprius. 280. In S. Xaverio inexhauſtus 286. Zeli inſigne documentum, in P. Ioanne Baptiſta & P. Ioanne Gonzalez. 2.. & ſeq: Zeloſos S. Ignatii filios, ſtellæ in Reliquijs ejus conſpicuæ deſignabant. 281.

INDEX
Locorum Sacræ Scripturæ,

Aſceticis Conſiderationibus, aut Authoritate SS. Patrũ, explanatæ.

Ex Libro Geneſis

Capite 3. Verſu 4. Nequaquam morte moriemini. 78.
C. 7. v. 18. Arca ferebatur ſuper aquas. 264.
C. 22. v. 17. Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas. 285.
C. 23. v. 3. Surrexit ab officio funeris. 127. v. 6. Princeps Dei es. 374.
C. 32. v. 10. In baculo meo trãſivi Iordanem. 158.
C. 37. v. 4. Quòd à patre plus cunctis amaretur, oderant eum. 461.
C. 39. v. 9. Quomodo poſſum peccare in Deum meum? 455.

Ex Libro Exodi.

C. 3. v. 18. Viam trium dierum ibimus. 1.
C. 13. v. 13. Primogenitum aſini, redimes ove. 325.
C. 26. v. 7. Facies ſaga cilicina, ad operiendum Templi Tabernaculum. 311.
C. 31. v. 4. Fecit vitulum conflatilem. 2.6.

Ex li-

Ex Libro Numerorum.

C. *13.* v. *33.* Terra quam luſtravimus, devorat habitatores ſuos. *67.*

C. *21.* v. 5. D eſt panis, non ſunt aquæ. *203.* v. 9. Fecit Moyſes ſerpentem æneum. *226*

Ex Libro Deutoronomij.

C. *4.* v. *13.* Decem verba ſcripſit in Tabulis lapideis. 337.

Ex Libris Regum

L. *1.* C. 17. v. 3. Non poſſum ſic incedere. 197.

C. *24.* v. *13.* Iudicet Dominus, inter me, & te. 1-8.

C. *2.* c. 23. v. 7. Noluit bibere. 122.

C. *3.* c. *6.* v. 7. Securis, & omne ferramentum, non ſunt audita. *238.*

C. *19.* v. *3.* Surge comede, grandis enim tibi via reſtat. 185.

L. 4. c. 4. v. *9.* Animadverto, quòd vir ſanctus ſit iſte. 375 & *391.*

Ex Libro Iob.

C. 30 v. 29. Socius fui ſtruthionum. *432.*

C. -1. v. *23.* Quaſi tumentes fluctus, inde Dominum. *8*1.

Ex Libro Pſalmorum.

P. 4. v. 5. Iraſcimini, & nolite peccare. *94.*

P. *15.* v. *4.* Poſtea acceleraverunt. 441.

P. *43.* v. *22.* Propter te, mortificamur totâ die. 304.

P. *50.* v 9. Super nivem dealbabor. *146.*

P. 80. v. 17. De petra melle ſaturavit eos. 4*3.*

P. 10*3.* v. 4. Qui facis miniſtros tuos ignem urentem. 449. v. *16.* Panis cor hominis cõfirmans *184*

P. 1*31.* v. 8. Tu, & Arca ſanctificationis. *396.*

Ex *Libro Proverbiorum.*

C. *6.* v. *6.* Vade piger, ad formicam 44.

C. *22.* v. *13.* Leo in via. *63.*

Ex Libro Iſaiæ.

C. 1. v. 3. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. *224.*

C. *6.* v. *3.* Seraphim ſtabant, & clamabant ſanctus. *363.*

C 14. v, 12. Quomodo cecidiſti Lucifer? 19.

Ex Is-

Ex Libro Threnorum.

C. *3.* v. *18.* Tacebit, & levabit ſe ſuper ſe. *237.*

Ex Libro Ezechielis.

C. 1. v. *5.* Similitudo animalium. *403.*

Ex Libro Danielis.

C. *21* v. *3.* Fulgebunt juſti ſicut ſtellæ. *460.*

Ex Libro Ionæ.

C. *3.* v. 5. Veſtiti ſunt ſaccis, à minore, uſq; ad majorem *253.*

Ex Libro Canticorum.

C. *2.* v. 7. Abi poſt veſtigia gregum. *90.* & *172.*
C. 4. v. 9. Vulneraſti cor meum in uno oculorum. *337.*
C. 5. v. *5.* Manus meæ diſtillaverunt myrrham. 1.5.
v. *7.* Percuſſerunt me vulneráverunt me *91*
C. *7.* v. *11.* Egrediamur in agrum *39.*
C. 8. v. *14* Fuge dilecte mi. *163.*

Ex Evangelio S. Matthæi.

C. 4. v. 2. Poſtea eſurijt. *281.*
C. 9 v. *9.* Vidit hominem ſedentem. *197.*
C. 14. v. 12. Iubé me venire ad te. *229.*
C. *16.* v. 1. Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. *364.* & *3*[illegible]
C. *18* v. *7.* Væ mundo à ſcandalis. *109.*
v. 10. Angeli eorum vident faciem Patris. *466.*
v. 60. Bonum eſt tibi cum uno oculo, aut cum una manu in vitam ingredi. *3*[illegible]
C. *20.* v. *12.* Pares illos nobis feciſti. *257.*
C. 24 v. 29. Stellæ de cælo cadent. 47*1.*
C. *26.* v. 42. Fiat voluntas tua. *436.*

Ex Evangelio S. Marci.

C. 8. v. *2.* Triduo ſuſtinent me. 5

Ex Evangelio S. Lucæ.

C. *1.* v. *80.* Erat in deſertis. 218
C. *9.* v. *3.* Nihil tuleritis in via. 270.
C. 18. v. 22. Veni ſequere me 12
v 39. Qui præibant increpabant. *113.*

Ex Evangelio S. Ioannis.

C. 4. v. *38.* Alij laboraverunt, & vos in labores eorum introiviſtis. 159.

C. 5.

C. 5. v. 4. Ecce ſanus factus es, noli peccare. 51.

C. 6. v 69. Verba vitæ æternæ habes. 379.

C. 17, v. 24. Modò non poteſtis quidquam facere. 27.

C. 20. v. 4. Præcucurrit citius Petro. 21.

C. 21. v. 17. Tu ſcis quia amo te. 366.

Ex Actibus Apoſtolorum.

C. 7. v. 55. Video IESUM ſtantem 463.

C. 9. v. 6. Quid me vis facere. 429.

C. 22. v. 3. Secus pedes Gamalielis eruditus. 179.

Ex Epiſtolis S. Pauli,

1. Ad Cor: c. 3. v. 1. Uniuſcujuſq; opus quale ſit, ignis probabit. 354.

2. Ad Cor: c. 12. v. 10. Cum infirmor, tunc potens ſum. 52.

Ad Tit: c. 2. v. 4 Repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ. 470.

Ex Apocalipſi S. Ioannis.

C. 12. v. 4. Cauda ejus trahebat tertiam partem ſtellarum. 112.

C. 18. v. 21. Lapidem quaſi molarem, miſit in mare. 119.

Errata quæ irrepſerunt, Prudens Lector, facilè corriget, & dabit veniam Typo:

A. M. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google